13ten 7. 16

R-5318 R-5318

# DILVCIDA, VERA,

## ET FIDELIS SANCTAE CRVCIATAE

Bullæ explicatio, & Concionatoribus, & Confeſſarijs omnibus deniq; quibus animarum cura demandata eſt apprimè vtilis & neceſſaria, Ab Antonio Gomecio in iuris Pontificij Mineruа aſsignato, necnon totius Comitatus de Fuenſalida Prætore, in lucem ædita.

*Cui adiecta eſt ſubtilis quædam proprij Pij. V. Pont. Max. de cenſibus interpretatio.*

Fœliciter Clariſsimo ac Religioſiſsimo viro Doctori Garſiæ à Loaiſa, Sereniſsimi Philippi Hiſpaniarum Principis Magiſtro meritiſsimo dicata.

*Eſt autem in calce rerum omnium, quæ in Bulla comprehenduntur verus Index & copioſus.*

De la Libreria del Colegio Maior Real de Granada



DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. 3ª C. 58 N. 1.

CVM PRIVILEGIO.
Compluti, Ioannes Iñiguez à Lequerica excudebat.
Anno 1593.

R-5318 R-5318

## Hic Antoni Gomecij liber ſuo conſonat exẽplari, exceptis mendis.

Fol. 1. pag. l. 11. agredit. Corrige, aggredi, & l. 19. exploremur exploremus. & diuinu affe-
ctu, diuino affatu. f. 5. p. 1. l. 5. antiſtifis. antiſtitis. & l. 20. & ſi, & ſic. f. 6. p. 1. l. 27. ſpecialim,
ſpecialem. & l. 31. adde. generalẽ. f. 7. p. 1. l. 20. etis, etiã. p. 2. l. 2. cui autẽ aliquid cõdona
ſtis & ego nam, & ego condonaui ſi quid donaui proteruos in perſona Chriſti Sic lege
Cui autem aliquid donaſtis: & ego. Nam & ego q̃ donaui ſiquid donaui propter vos in
perſona Chriſti &l. 11, diuinos, diuinus. f. 9. p. 2. l. 27. deceſsiue, deceſsiſſe f. 10. p. 2. l. 16. tẽ
poralia, tẽporalis. f. 11. p. 1. l. 5. vr pie, vt pie, & l. 21. ſumarius, ſumarium. f. 13. p. 1. l. 14. veriſ
ſima, veriſsimũ, & p. 2. l. 17. is. 15. f. 14. p. 1. l. 18. Indulpencias, indulgencias. & l. 20. Turre
cremiota, Turrecremata. f. 18. p. 1. l. 13. ordinoriorũ, ordinariorũ f. 19. p. 1. l. 19. cognitione
cognatione f. 20. p. 1. l. 25. diuinius, diuinus & p. 2. l. 26. docet, decet. f. 22. p. 1. l. 3. vidẽtur,
videtur. & p. 2. l. 2. Miſinqerius, *Miſingerius* f. 23. p. 1. l. 26. duobus, duabus. & p. 2. l. 11. ad
boc, ad hoc. & l. 24. quinta, prima f. 24. p. 2. l. 25. decus, Deus. f. 27. p. 1. l. 1. quociens, quo-
ties. f. 28. p. 2. l. 7. exercito. exercitu. f. 29. p. 1. l. 2. teſtatui, teſtatur & p. 2. l. 12. inſtãtuiſſes,
inſtantias. f. 37. p. 2. l. 9. in qua, in quo. f. 41. p. 1. l. 10. coadiutoris coadiutores. & l. 20. Car
dinalis, Cardinales, & p. 2. l. 7. obligati. obligari. f. 42. p. 1. l. 15. in talia. In Italia. f. 44. p.
2. l. 14. diam, etiam, f. 45. pag. 2. l. 30. aloncis. a locis f. 46. p. 2. l. 20. intenſionẽ, intentionẽ
f. 47. p. 2. l. 28, queru, quorũ. f. 49. p. 1. l. 5. extirgendæ, extirpãdæ. & l. 11. notaria, notoria
& p. 2. l. 30. balsto, vallato. f. 51. p. 2. l. 17. euchariſtia, euchariſtiã. & l. 28. cõdemnacis, cõ
demnatis. f. 52. p. 1. l. 15. liceatur, liceat. & p. 2. l. 15. iures, vires f. 54. p. 2. l. 32. docer, do-
cet. & p. 2. l. 24. totũ, totum. f. 55. p. 1. l. 18. profeſſus, profeſſum. f. 57. p. 2. l. 15. iniuſtũ, iniu
ſtã. f. 60. p. 1. l. 9. eccleſiſtico, eccleſiaſtico. f. 63. p. 1. l. 4. audiri, audire. f. 65. p. 1. l. 4. cõſtitui
cõſtituo. f. 68. p. 1. l. 23. quedrageſima, quadrageſima. f. 73. p. 2. l. 8. donari patre. donare
patri. f. 74. p. 1. l. 16. propoſitione, propoſito f. 81. p. 1. l. 6. ſit, ſic. f. 83. p. 1. l. 1. nona, non, a. p.
2. l. 20. poreſt, poteſt, & l. 32. romanu, romanus. f. 86. enla margen, Senſos, Senſus. f. 88. p.
1. l. 14. hereſibus, hæredibus. f. 86. p. 1. l. 3. ſentia, ſententia. & l. 14. cõmunibus, cõmunis.
& p. 2. l. 23. iure, iura f. 90. p. 1. l. 27. talem tale p. 2. l. 10. poſsit, poſſunt. f. 94. p. 2. l. 20. ac-
ceſsiſſum, acceſſum f. 97. p. 1. l. 31. ſortilegij diuinatoris. ſortilegi diuinatores. f. 98. p. 2.
l. 19. Otalora, Otarola. f. 99. p. 1. l. 11. ſ. licet f. 101. p. 1. l. 3. ſine mes, ſi vehemẽs. f. 106. p. 1.
l. 18. uper ſerum. per ſeruum f. 111. p. 1. l. 28. Luſerim, luſerim. f. 117. p. 1. l. 25. quiritur, re
quiritur. f. 118. p. 1. l. 20. doctalibus, dotalibus. f. 120. p. 2. l. 23. luris, curis.

### De Cenſibus.

Fo. 143. p. 1. l. 21. ſatuti, ſaluti f. 144. p. 2. l. 3. Delarates, Declarantes. f. 146. p. 2. l. 2. ad le
ge, de lege, & l. 7. caſuis, Caſius f. 148. p. 2. l. 6. anus, annuus f. 149. l. 31. mox, modo. fo. 150.
p. 2. l. 31. dosmino, domino f. 151. p. 2. l. 29. oc, hoc. f. 152. p. 2. l. 18. iniuſtis, iniuſtus. f. 156.
p. 1. l. 13. procedit, proderit. f. 157. p. 1. l. 29. quar, quarum. f. 159. p. 1. l. 12. fideiuſſoribus,
debitoribus f. 164. p. 2. l. 20. vis, ius f. 165. p. 2. l. 15. liquidendas, liquidãdas f. 173. p. 1. l.
12. Hic, Sic. In cuius rei teſtimonium has literas ſubſcripſi. Dat. Compl. Anno. 1593.
die vero. 9. menſis *Marcii.*

Licentiatus Chriſtophorus Orduña.

¶ Yo Iuã Gallo de Andrada eſcriuano de camara de ſu Mageſtad delos q̃ re
ſiden enel ſu Cõſejo, doy fee q̃ auiendoſe viſto por los Señores del vn libro
intitulado, Declaracion dela bulla dela Cruzada, cõpueſto por el Licenciado
Antonio Gomez, taſſarõ cada pliego del dicho libro a tres marauedis, y die
rõ licẽcia pa q̃ a eſte precio ſe pueda vender: y mãdaron q̃ eſta taſſa ſe põga
al principio del dicho libro, y no ſe pueda vẽder ſin ella: y para q̃ dello cõſte
di la preſente, q̃ es fecha en Madrid a primero de Abril, de M. D. xciij. años.

Iuan Gallo de Andrada.

HE viſto por mandado de ſu Mageſtad el libro intitulado declaracion de la Bulla de la Cruzada, compueſto por el licẽciado Antonio Gomez, y me parece que no ſe dize en el coſa contra el vſo y buena expedicion de la dicha bulla dela cruzada. Fecha en Madrid a ſiete de Abril, de. 1591.

*El licenciado don Franciſco de Auila.*

*Ego Magiſter Aloiſius Mendoza presbyter ſocietatis Ieſu legi hos in bullam Cruciatam commentarios, authore Licentiato Antonio Gomez, in quibus nullum neq; contra fidem, neq; contra bonos mores inueni errorem, in cuius fidẽ hęc propria manu ſcripſimus, ac ſignamus, Madrid. xij. Decembris. 1590.*

Aloiſius Mendoza.

He viſto eſte libro intitulado, Ad ſanctã Cruciatæ bullam, compueſto por el Licenciado Antonio Gomez, alcalde mayor del Cõdado de Fuẽſalida, y me parece, que no ſe dize en el coſa en perjuyzio de la bulla de la Cruzada, ni de la buena expedicion della, para cuyo effecto ſolamente lo he viſto. En Madrid, a veynte de Iulio de. 1589. años.

El Licenciado Luys Maldonado.

# El Rey.

POR quanto por parte de vos el licenciado Antonio Gomez nos fue fecha relacion que auiendo trabajado cõ mucho ſolicitud, cuydado y diligẽcia, deſpues de muchos años de eſtudio, anſi de philoſophia como de letras humanas, veniſtes a hazer profeſsion en la iuris prudentia, graduando os de licenciado, y deſpues aca auiades abogado en eſta nueſta corte, y teniendo fuera della officios de gouierno, todo cõ mucho aprouechamiento de vueſtros trabajos y eſtudio, recogiẽdo la theorica y reduciendola a practica auiades hecho vn libro en declaracion dela Bulla de la Cruzada, en el qual ſe tratauan materias muy difficultoſas, anſi de Canones, como de Theologia, y Leyes, y principios de derecho, para q̃ los que començaſſen la iuriſprudẽtia ſe aprouechaſſen y hizieſſen expertos, nos pediſtes y ſuplicaſtes mãdaſſemos ver el dicho libro, y daros licencia y facultad para imprimirle, y priuilegio por el tiẽpo que fueſſemos ſeruido, o como la nr̃a merced fueſſe: lo qual viſto por los del nueſtro conſejo, por quanto en el dicho libro ſe hizierõ las diligẽcias que la pragmatica por nos hecha ſobre la impreſſion delos libros diſpone: Y auiendole por nueſtro mãdado viſto y aprouado el licenciado don Frãciſco de Auila, cõmiſſario general dela ſancta Cruzada, fue acordado que deuiamos d̃ mãdar dar eſta nr̃a cedula para vos enla dicha razon, y nos tuuimoslo por bien: por la qual por os hazer bien y merced, os damos licencia y facultad, para que vos, o la perſona q̃ vueſtro poder ouiere, y no otra alguna, podays hazer imprimir y vender el dicho libro q̃ de ſuſo ſe haze mencion, en todos eſtos nueſtros reynos de Caſtilla, por tiẽpo y eſpacio de diez años, q̃ corran y ſe quentẽ deſde el dia dela data deſta nr̃a cedula: ſo pena q̃ la perſona, o

perſonas q̃ ſin tener vueſtro poder lo imprimiere, o vendiere, o hiziere imprimir, y vender, pierda la impreſsiõ que hiziere con los moldes y aparejos dellos: y mas incurra en pena de cinquẽta mil mr̃s cada vez q̃ lo cõtrario hiziere. La qual dicha pena ſea la tercia parte pa la perſona q̃ lo acuſare, y la otra tercia parte para el juez q̃ lo ſentẽciare, y la otra tercia parte para la nr̃a camara y fiſco, con tanto, q̃ todas las vezes q̃ ouieredes de hazer imprimir el dicho libro durante el dicho tiempo de los diez años, le traygays al nueſtro conſejo, juntamente con el original que en el fue viſto, que va rubricada cada plana, y firmado al fin de Iuan Gallo de Andrada nr̃o eſcriuano de camara, de los q̃ reſiden en el nueſtro conſejo, para que ſe vea ſi la dicha impreſsion eſta conforme a el, o traygays fee en publica forma, de como por corrector nõbrado por nueſtro mandado ſe vio y corrigio la dicha impreſsion por el dicho original, y ſe imprimio conforme a el, y quedan impreſſas las erratas por el apuntadas, para cada vn libro de los que anſi fueren impreſſos, para que ſe os taſſe el precio que por cada volumen ouieredes de auer, ſo pena de caer e incurrir en las penas contenidas en las leyes y pragmaticas de nueſtros reynos, y con que primero q̃ ſe venda ſe imprima la taſſa que del dicho libro ſe hiziere, y ſe ponga en el. Y mandamos a los del nueſtro conſejo, y a otras qualeſquier juſticias, que guarden y cumplan eſta nueſtra cedula e lo en ella contenido. Fecha en ſan Lorenço a veynte y dos dias del mes de Iunio, de mil y quinientos y nouenta y vn años.

Yo el Rey.

*Por mandado del Rey nueſtro ſeñor.*

*Iuan Vazquez.*

# In commentaria Bullæ Antonij Gomecij iuriſconſulti, Ioann. Baptiſtæ Rhinconi Carpentani, Epigramma.

*ERrabat ſacræ milleſima pagina Bullæ:*
*Ambiguum quantis affluat illa bonis.*
*Vulgus inexpleto doctum ſeruire palato*
*Pro vetito indultum curat habere cibo.*
*Ouorum, lactisq; vſum ſi donet in annos*
*Lex: nummis pauci caſtra Philippe iuuent.*
*Sunt, & quos ſanæ delectant pabula mentis:*
*His tamen vtilior annua bulla venit,*
*Sed quocumq; modo Romani dona iuuabunt*
*Pontificis: librum perlege, gratus erit:*
*Quas Bulla elargitur opes Antonius acri*
*Æſtimat ingenio: diues vt eſſe queas.*
*Ipſe docet fragili mature veſcier ouo,*
*Conſumpto vt mentis ſit quoq; tuta ſalus.*
*Et veſtris animæ ſignat medicamina morbis:*
*Pharmacon hinc capiat vtile quæq; ſibi.*
*Interea fœlix Antoni viue per æuum:*
*Cui poſt Clotho etiam viuere ſcripta dabunt.*

# In laudē Antonij Gomecij, &c.

MIrans rabidos Orphæa laude Leones
Porrigere innocuos poſcenti leniter vngues
Vngues quos metuunt ſæuum genus omne ferarum.
Ex nutu dictoq; elephantum audire magiſtro,
Et trahere exanimes plectri dulcedine cautes
Emollire feros animos ſtupidosque rudesq;
Ad vitæ cultum meliorem lege redactos
Suaui, proh facinus, prætextu dicere vatum eſt
Attamen immanes vincit dirosq; labores
Quos nūquam Alcides, quos nūquam ſubſtulit Atlas:
Vt minus extorſiſſe Ioui ſit fulmina, Nili
Obſcuri præceps loca per prærupta fluentem
Cum ſeſe Occeano infundit, rapidumq; morari
Moribus imbutos prauis doctosq; docere
Vt facile eſt Niobem de marmore ſculpere puro
Et Niobe haud æque Hermetem clarove lyſippo.
Hoc opus hic labor eſt, geminusq; auellere quodquod:
Radices egit vitium ſenſimq; figuras.
Condere ab integro, formare ex vulpe Mineruam.
O quantum Acteo doctis quas ſanxit Athenis.
Leges miteſq; exilij ærumneq; tulere
Tupede, Dij faxint fauſto diſcrimina tanta
Vincereq;, & laribus proprior cenſebere dignos
Qui vincis Tracium diuum ſuperasq; Solona
Poſt Decios Fabiosq; tot aſtra inſignia mundo.
Duris temporibus genti populoq; maligno
Cimmerias legum vrbes nouus alter Apollo
Illuſtras. Griphos paſsim ſphyngesq; reſoluis.
Aſtu ædipæo, minoa palacia Theſei.
Virtute horrenda olim cui viſperuia reddis
Nam dulce te via plana eſt, quę fuit ardua dudum.

# Sacræ Theologiæ doctori Garſiæ

*à Loayſa Canonico Toletano, Regisq; Philippi Domini noſtri Maiori eleemoſynario, necnon, & Principis noſtri Philippi præceptori, Licenciatus Antonius Gomecius.*

*S. P. D.*

FVIT ea olim apud veteres literarū heroes, & ſcientiarum merito principes (doctiſsime Loayſa) fuit inquam apud priſcos, & antiquos celebranda quædam conſuetudo, ad noſtra vſque tempora fœliciter perducta, vt qui opus aliquod in medium orbis gentium traducere, & quaſi totius mundi theatrum, tranſmittere moliuntur, in quo componendo plurium laboris, & operę poſſuerint, omnesq; ætatis, ingenij, & induſtriæ neruos contenderint, (vt eorum fama per ſempiternam gloriam immortalis efficeretur) patronum, ſeu Mecęnatem ſibi quærāt, qui ſit rerum geſtarum gloria, potentiſsimorum principū gratia, literarum ſplendore, & ſapientiæ laudibus exornatus: cuius fauore, ac patrocinio aduerſus maleuolorum poſsint, & obtrectantium morſus ſuæ authoritatis opinionem tueri: necnon pręcipites, ac furentes inimicorum impetus, & audatiam contundere: quip-

pecum nubli mortalium contigerit vnquam, vt ei inui da fortuna ita proſpere hactenus flauerit, & affluenter indulſerit, vt ab eius opinione diſſenſerit nullus, nam qui antiquorum hyſtorias diligenter euoluerit, paſsim reperiet. Hinc diuinum illum Platonem ordine carere, Ariſtotelem obſcuritatis nota culpari, Maronem poetarum principem ingenio imbecillum vocari videmus, inde, & Homerum aliquando dormitaſſe teſtatur Horatius, alij aliorum, aut enim iam ſubtilitatem, aut ſcribendi methodum incuſant: & dum hæc quibuſdam placent, non deſunt illico, quibus omnino diſpliceant, vt merito id natura comparatum dicamus, vt non omnium animus idem facies eadem, aut voluntas eſſe dicatur. Quæ cum omnia iſthæc ſæpe ſæpius euoluerem, ac vidiſſem quantum hæc noſtra ſancti diplomatis commentaria, principis cuiuſdam authoritate indigerent, ſub cuius vmbra maledicentium morſus peſtiferi, haud quiquam nocere poſſent. Tu mihi Mecœnas inclite primus omnium multis de cauſis cæteris prȩferendus occurriſti: nec me diu animus ancipitem tenuit, quin tibi dicanda foret hȩc noſtra parua quidem opella, & exigua, ſi ad tui nominis ſplendorem, prȩcellentis doctrinæ decora, ſingularem ſcientiarum omnium eruditionem, & vehemens incomparanda ſapientia ſtudium reſpexeris: magna vero, ſi eam mei ipſius dedicantis animum reſeras, nec erit mihi vitio, vel obliuioni tribuendum (doctiſsime Loayſa) ſi eorum morem non ſequar, qui hac tempeſtate illorum, ad quos munuſculæ dicantur laudes ſigillatim commemorant. Cum enim tuæ numerari nequeant, quis non me inſanum merito vocaret? ſi earum partem minimā ad tam arctam (licet ampliſsima foret) papyrum coanguſtare vellē? quas, & ſi liceret, & referre poſſent, vererer vtique ne forſan in tam profundo tuarum laudum percurrēdo pelago, noſtra hæc tenuis quidē ſcapha miſſere ſubmerſa periret: nunc autem mihi ſufficiat audaciȩ veniam poſtulare, nam venient, venient profecto tempora, quibus tua ſit longiori ſermone decantanda nobilitas, quam qui parentum tuorum inclytam ſtirpem nouerunt, & prȩclara illorum facinora prȩ ſe ferentia, Suariorum, Gironium, Carualiorum, Ayalarum, & Loayſarum antiquiſsimam familiam militiæ, domique cognitam tuis huc vſque meritis conſeruatam celebrare, & ſummis in cœlum laudibus efferre non deſinunt; inter quos Benedicti Suarij Carualij, Illani Suarij eiuſdem fratris, Ioannis Telli Gironis, Comitis de Vrueña. D. Oſſunæ. D. Petri Lopecij ab Ayala, quarti Comitis de Fuenſalida (cuius licet immerito præturam gerimus) domini villȩ Lilij, tredecim ordinis Diui Iacobi, necnon, & Regis noſtri Philippi œconomi primi ȩde eius conſilio ſupremo, & aliorum, qui tecum erant, & ſunt arctiſsimo ſanguinis, & cognationis gradu copulati brachium, & fortitudo, ſic enituit, vt ſui ipſorum recordationem publicis annalibus, & emonumentis conſignatam reliquerint,

reliquerint, vſque adeò, vt nulla ſit tam ingrata poſteritas, nulla hominum obliuio tam profundo ſomno & veterno conſopita, quę poſsit de eorundem laudibus, & gloria conticeſcere. His tamen viris armatis prętermiſsis ad viros dignitate ſapientia, & vitę ſanctimonia pręcellentes curſum orationis conuertere ratio poſtulat, quos celebris Talabrica (quę pro patria, tibi contigit, & noſtrates quondam Elboram appellarunt) aluit, & proprijs quaſi vberibus eductos in ſuis ſedibus atque domicilijs collocauit: ex quorũ numero, & claſe fuerunt Petrus Tenorius eccleſię Toletanæ prępfectus, Ioannes Meneſius çamorenſis Antiſtes, Ferdinandus à Talauera primus Granatenſis Archiepiſcopus cognomento ſanctus, Suarius Carualius gentilis, etiam tuus epiſcopus Lucenſis, qui prę ter morum candorem, eximiamq; vitæ ſanctitatem, & innumeras alias dotes, quibus à natura exornatus fuit, hoc vno potiſsimum nomine diuinis (vt aiunt) laudibus, licet iam vltimum diem clauſerit de prædicandus eſt: nam cum intelligeret, quam grauem, moleſtam, & operoſam prouinciam ſuſtineret, & arbitraretur ſe minime poſſe oues ſibi commiſſas intra virtutum omnium, & officiorum regiones paſtorali pabulo continere epiſcopatum, (quod in alijs raro contingit) depoſuit, vt tanto onere expeditus in diuinę legis cuſtodia liberius verſaretur, quod profecto, niſi à ſummo viro, & humani honoris, & gloriæ contemptore proficiſci non potuit. Nec ſilentio, aut taciturnitate

tate prætereundus eſt Garſias à Loayſa patruus etiã tuus Hiſpalenſis quondam Archiepiſcopus, & ſanctæ Suſanæ præſtãtiſsimus Cardinalis. O fœlix Talabrica, quæ tot clariſsimorum hominum fœtus ad tuæ laudis & gloriæ perpetuitatem edidiſti, & multo fœlicior ex beatiſsimo præſentis huius noſtri Loayſæ partu, in quo vno vniuerſa cernimus ornamenta floreſcere, quę ſingula reliquos alios celebres efficere, gentium omnium, & populorum pręconio illuſtrare potuerũt, quem diuinę ſcripturę interpretem, & veluti alterum Paulum concionatorem propter maxima pręcellentis doctrinę decora, ſingularem eruditionem, vehemens in ſapientia comparanda ſtudium, innumerabiles progreſſus, non in placida tantum ſacra Theologia factos, ſed in concertatoria illa, & multis argumẽtorum, & ſophiſmatum griphis implicata, conſũmatã veteris, & recentis memoriæ notitiã plurimi ſemper fecit celebris illa Complutenſis academia. Verum licet hæc omnia in hoc diuino cœleſtiq; viro præclara ſint, excelſa, magnifica, & auguſta, illud tamen multo admirabilius eſt, & maioribus quaſi theatris ad celebrationem proponendum, potuiſſe ab adoleſcentia ſua in tam ſplendida, & florenti fortuna, in tanta diuitiarum affluentia, in tanta formę dignitate, & totius corporis conformatione, ita ſuis omnibus cupiditatibus imperare, vt libidini, iracũdię, dedecori, ac turpitudini capitalibus inimicis ſeueriſsimos frenos iniecerit, vt non Complutenſibus tantum, & Toletanis omnibus,

omnibus, verumetiã, & coram catholico Rege noſtro Philippo ſecundo, amplũ, & honeſtiſsimũ innocẽtiæ, verecundię, iuſtitię, fidei, liberalitatis, modeſtię, temperantię, humanitatis, & miſericordiæ mercatũ, & teſtimonium dederit, quapropter Rex ipſe ſui maiorem eleemoſynarium fecit, vt inde, & ab eo poſſent pauperes, ſeu captiui omnes leuationem, afflicti, & calamitoſi ſolatium ſupplices opem ęgri, aut graui aliquo caſu, & vulnere exulcerati pręſentiſsimum, & cõmodum aſportare remedium: rurſus & deinde omnia prorſus Rex noſter illi commiſit, quandoquidem ſuũ primumgenitum, & totius Hiſpaniæ principẽ, ac Dominum noſtrum erudiendum ſibi tradidit, & digniſsimum iſtum inclytum Loayſam magiſtrum, ac præceptorem conſtituit, & confirmauit. Et merito quidem hæc omnia tibi commiſſa ſint inclyte Loayſa (vt ad te iam tandem oratio hęc noſtra in hoc veluti extremo flexu cõuertatur) qui tot es nobilitatis donis, tot eruditionis ornamentis, tot excellentiſsimarum virtutum luminibus, tot poſtremo iuſtitię, ac prudentię ſplendoribus illuſtratus, non enim me hęc tua tam ampla tuorumq; celſitudo vnquam deterruit, vt ab incepto deſiſterẽ, ſed tua erga ſtudioſos, & iuris vtriuſque profeſſores fretus humanitate (qua ſemper literarum cultores foues, laudas, & amplexas in tantum, vt ad id ſolũ videaris eſſe creatus) auſus ſum hæc fere eccleſiaſtica commentaria tuæ eccleſiaſticæ, ac inclytę perſonę cõſecrare, non enim ſum mihi in hac parte

pro-

profecto ſuffenus, agnoſco ingenij mei exiguitatem, agnoſco doctrinę inopiam, & illud tantum cum Socrate fateor ſcire me nihil ſcire. Accipies igitur macte virtute pater hilari vultu, ſuaui, ac ſerena fronte hoſce noſtros connatus, qui tibi offeruntur, & tuo nomine in lucem prodeunt ea volũtate, & intentione, vt à te aperto propenſæ voluntatis noſtræ erga te indicio excipiantur, tum ex eo quod aſsidui, & antiqui ſtudium clarum, & apertum teſtimonium appareat, tum quod ab eo emittuntur, qui ſeſe iam pridem, & omnia tibi conſecrauit, & modo dedicat, vt nihil ardentius cupiat, quãtibi tuisque omnibus inſeruire, quod ſi vt ſpero pręſtiteris, & expectationem, quam de tua probitate apud cunctos adhuc mortales, præcipue in domo curiaque regia concitaſti, ſubſtinebis, & ad alia quædam ſcripta, quę in noſtris ſcrinijs deliteſcũt diuulganda maiores mihi animos, & multo alacriores efficies. Vale totius Hiſpanię Principis magiſter inclyte, ac te Deus optimus maximus iuuãdis bonis omnibus, & literarum ſtudijs, ac ſcriptoribus prouehendis diu incolumen ſeruet. Vale, vale & iterum fœliciſsime vale.

# ANTONII GOMETII in iuris Pontificij Minerua aſsignati, necnon & totius ſtatus, ac Comitatus de Fuenſalida Prætoris. Ad ſanctam Cruciatę Bullam.

## PROOEMIVM.

RECTE vt Pomponius iuris conſultus (cuius adhuc quanta fuerit authoritas digeſtorum volumina paſsim oſtendunt) teſtatur in .l.2. §. poſt originē.ff. de origine iuris, vere inquit ius noſtrū conſtare non poſſe niſi ſit aliquis iuris peritus per quem poſsit quotidie in melius produci & interpretari. Quapropter ego omnium iuriſperitorum minimus ſub diuini tamen ope, cenſura, ac ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſub cuius auxilio militamur calculo iuxta tex.in.c.hæc eſt fides.24.q.1.(vt ſua quidem clementia mei ingenioli exiguitatem diuinis radijs illuminet, & intellectus cæcitatem illuſtret, necnon & huius noſtri actus ingreſſum inſtruat progreſſum dirigat & egreſſum compleat vt ea dicere valeamus, quæ ad eius honorem totiuſq; Chriſtianæ reipublicæ perpetuam vtilitatem reſurgere poſsint) aggredior ſolidam Bullæ Cruciatæ declarationem, quæ grandes ſacræ Theologiæ, Canonici, necnon & Cęſarij iuris difficultates continent. Et licet teſte diuo Hieronymo, grandes difficultates ingenia parua nō ſufferant, cuius eo non citato dictum mirabile retulit



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

ſubtilis licet impius Molineus in repetitione.l.apertiſsimi C. de iuditijs ſtatim in lecturæ limine: princi) etenim verebar tantum, & tan graue onus humerulis meis imponere meum, hac in parte cum Seneca defectum contemplando dicente mean ignorantiam ignoraui, & cũ lapſus fuero cõtra me teſtis, & acuſator exiſtã, qué refert & ſequitur Nicolaus Euerardus in præambulis centũ locorum legalium pag. mihi .9. Sed in domino confidendo, qui Moyſi eum acclamanti reſpõdit, vt habetur exodi.c.4.ibi. perge, perge, & ego ero in ore tuo doceboq; quid loquaris, auſus ſum opus prædictum aggredit, quamuis nõ deſint multi (quod abſit) maledicentes & nunquam ad rei veritatem peruenientes, quibus certe magis prodeſſet veritatis aratro cola ſubmittere, quam erectis ceruicibus ſuæ indocilitatis clauſtra reſerare. Ab in cepto tamen opere non deſiſtam, quia tam quotidianum & cęleſte pabulum quotidianam, ſolidam, certam, imo certiſsimam & catholicam doctrinam requirit, & ſic antea quam eius ſingulas clauſulas exploremur earũque diuinu affectu difficultates percurramus pręfari oportet nonnulla pro eius ingreſſu præmittere. Primo quid ſit Bulla & quare Cruciata potius quam alio nomine à Romanis Pontificibus nuncupetur. Secundo, quid ſit indulgentia, & quid ſignificet. Tertio, quibus & à quo concedatur. Quarto, quando ſpiret & denique poſt vniuerſarum huius Bullæ clauſularum declarationẽ in calce eiuſdem diplomatis non nullas in materia ceſſationis, & interdicti regulas Hiſpano ſermone, vt ab omnibus percipi valeant depingemus. Etiam vt ad rem ipſam accedamus opere pretium erit.

BVLLA



# BVLLA DE LA SANcta Cruzada, cõcedida y mandada publicar por nueſtro muy ſancto Padre .N. en los reynos de Eſpaña, e Islas adjacẽtes a ellos: y en los reynos de Sicilia y Cerdeña, en fauor de los que ayudaren y ſiruieren en la guerra, o gaſtos della, al Rey don Philipe nueſtro ſeñor, contra los infieles y hereges enemigos de nueſtra ſancta Fee catholica, con muy grandes indulgencias, gracias y priuilegios.

PRimeramente ſu Sanctidad concede a todos los fieles Chriſtianos de los dichos Reynos y ſeñorios, moradores, eſtantes y abitantes en ellos, y a los que a ellos vinieren, o en ellos ſe hallaren, que mouidos con zelo del enſalçamiento de la Fee catholica, fueren a ſu coſta perſonalmente, a ſeruir a la guerra en el exercito, y con la gente que ſu Mageſtad embia, por tiempo de vn año, a pelear contra los Turcos y los otros infieles, o hazer otro qualquier ſeruicio, o ayuda perſonal en el dicho exercito, permaneciendo en el haſta fin del dicho año; la plenaria indulgencia y remiſsion de todos ſus peccados, ſi dellos eſtuuieren contritos de coraçon, y los confeſſaren de boca, o no pudiendo confeſſar lo deſſearen de coraçon, que ſe ha acoſtumbrado conceder a los que van a la conquiſta de la tierra Sancta, y en el año del Iubileo. Y declara, que la tal indulgencia conſigan aſsi miſmo los que murieren antes del fin de la expedicion, o en el camino yẽdo al exercito, o en el miſmo exercito. Y aquellos q̃ por cauſa de enfermedad, o por otra neceſsidad legitima que les ſobreuenga, ſe partieren del exercito antes de la expedicion. Y otroſi ſe concede la miſma indulgencia, a aquellos que aunque no vayan perſonalmente, embiaren otros a ſu coſta, en eſta manera, que ſi el que aſsi embiare fuere Cardenal, Primado, o Patriarcha, Obiſpo, hijo de Rey, Principe, Duque, Marques, Conde, embien quantos hombres comodamente pudieren, haſta diez: y no pudiendo tantos, a lo menos quatro. y las otras perſonas de qualquier cõdicion q̃ ſeã, legos, o clerigos, embiẽ cada vno el ſuyo, ſino fueſſen tã pobres q̃ no pudieſſen hazerlo:

 y en

y en tal caſo dos o tres o quatro podran embiar vn ſoldado: contribuyendo en eſto cada vno ſegun ſu poſsibilidad. ¶ Item los cabildos de las yglesias y monaſterios de religioſos y religioſas: aunque ſean de los mendicantes, que por cada diez perſonas de los tales cabildos y monaſterios embiarẽ vn ſoldado, auiẽdoſe eſto tratado y acordado en ſu cabildo, conſigan la miſma indulgencia: la qual aſsi meſmo conſeguiran los que fueren embiados ſi fueren pobres.

¶ Item los Clerigos ſeglares que con licencia de ſus ordinarios: y los reglares de ſus ſuperiores predicaren la palabra de Dios en el dicho exercito o exercitarẽ otros miniſterios eccleſiaſticos y pios, lo qual ſe declara ſerles licito en el exercito ſin incurrir en irregularidad: y que puedan ſeruir ſus beneficios por tinientes idoneos: no ſiendo curados o de cargo de animas: que eſtos no podran yr ſin licencia de ſu ſanctidad. Y los ſoldados que en eſta guerra eſtuuieren ſe declara no eſtar obligados a los ayunos a que por voto o precepto dela igleſia lo eſtuuieran no eſtando en la guerra. Item concede ſu ſanctidad a todos los ſuſodichos, y a los que no fueren ni embiarẽ, ſi de ſus bienes liberalmente contribuyeren o ayudaren para eſta ſancta obra con la limoſna infra eſcripta: que durante el dicho año: que corre deſde el dia de la publicacion deſta bulla en cada lugar puedan gozar y gozen de todas las gracias y facultades contenidas en eſta bulla: conuiene a ſaber, que puedan en tiempo de entredicho Apoſtolico o ordinario, oyr miſſa en las yglesias o monaſterios: o en oratorio particular ſeñalado y viſitado por el Ordinario dezir Miſſa y otros diuinos officios por ſus perſonas ſi fueren presbyteros: o hazerlos celebrar a otros en ſu preſencia y de ſus familiares y parientes, y recebir el Sancto Sacramento de la Euchariſtia y los demas Sacramentos, ſaluo en el dia de la Paſcua, con que ellos no ayan dado cauſa al tal entredicho, ni aya quedado por ellos que ſe quite, y con que las vezes que quiſieren vſar del dicho oratorio para lo que dicho es, rezen y hagan oracion: conforme a la deuocion de cada vno por la conſeruacion de la vnion de los principes Chriſtianos y victoria contra infieles. Iten concede que en tiempo de entredicho puedan ſer ſepultados los cuerpos de los defunctos en ſepultura ſagrada con moderada pompa funeral. Iten concede a todas las perſonas que tomaren eſta bulla que durante el dicho año puedan de conſejo de ambos medicos eſpiritual y corporal comer carne en quareſma y otros tiempos de ayunos y dias prohibidos de comer carne por todo el año, y que aſsi meſmo puedan libremente a ſu aluedrio comer hueuos y coſas de leche: de manera, que los que no comieren carne, guardando en lo demas la forma del ayuno eccleſiaſtico, ayan cumplido y ſatisfecho al dicho ayuno: Y en eſte indulto de comer hueuos y coſas de leche a ſu aluedrio, no ſe comprehenden los Patriarchas, primados, Arçobiſpos, Obiſpos, ni otros Prelados inferiores, ni qualeſquier perſonas regulares, ni de las ſeglares los clerigos presbiteros, en quãto a los dias dela Quareſma tã ſolamẽte: empero ſacanſe deſtos nombrados los que fueren de ſeſenta años, y todos los caualleros delas ordenes militares, que los vnos y los otros podran comer hueuos y coſas de leche a ſu aluedrio, y gozar del dicho indulto. Item, los ſuſodichos que no fueren ni embiaren, ſi contribuyeren y ayudaren de ſus bienes, y demas dela dicha cõtribucion ayunaren voluntariamente por deuocion, en dias que no fueren de precepto, e hizieren oracion implorando la ayuda de Dios por la victoria contra infieles y ſu gracia: por la vniõ y confederaciõ delos Principes Chriſtianos: y ſino pudieren ayunar por algun legitimo impedimento hizieren otra obra pia a arbitrio de ſu confeſſor, o de ſu cura, todas quantas vezes lo hizieren durante el dicho año, ſe les concede y relaxan miſericordioſamente, quinze años y quinze quarentenas de perdon de las penitencias a ellos impueſtas, y en qualquier manera deuidas, y que ſean participantes de todas las oraciones, limoſnas, peregrinaciones, y tambien dela de Hieruſalem, y de las demas buenas obras que enla vniuerſal yglesia militante y en cada vno de ſus miembros ſe hazen. Item concede a los que en dias de Quareſma, y otros dias del año en que ay eſtaciones de Roma, viſitaren cinco yglesias, o cinco altares, y ſino ouiere cinco yglesias, o cinco altares, cinco vezes vna yglesia, o vn altar, y alli hizieren oracion deuotamente por la vnion y victoria ſuſodichas, que ganen y conſigan todas las indulgencias y perdones que ganan y conſiguen los que perſonalmente viſitaren las yglesias de la ciudad de Roma y extra muros della, y como las ganarian ſi perſonalmente viſitaſſen las dichas yglesias. Item, para que con mas puridad y limpieza de ſus cõciencias puedan hazer oracion, concede ſu Sanctidad a todos los ſuſodichos, que puedan elegir confeſſor a qualquier presbitero ſecular o regular de los aprouados por el ordinario, el qual les pueda abſoluer vna vez enla vida, y otro en el articulo de la muerte, de qualeſquier pecados y cenſuras, aunque ſeã de los reſeruados y reſeruadas a la ſede Apoſtolica, y delos declarados enla bulla in Cœna Domini, excepto del crimen y delicto dela heregia, y que cõſigan y ayan ple-


naria

naria indulgencia dellos: y delas cenſuras y pecados no reſeruados a la ſede Apoſtolica, los pueda abſoluer tantas quantas vezes los confeſſaren con penitencia ſaludable conforme a las culpas: y en caſo q̃ ſea neceſſario ſatisfaciõ para conſeguir la dicha abſolucion, la hagã por ſus perſonas, y auiendo impedimento la puedan hazer ſus herederos, o otros por ellos. Podra tambien el dicho confeſſor comutarles qualeſquier votos en algũ ſocorro deſta expedicion, excepto los de caſtidad, religion, y vltramarino. Item, q̃ ſi durante el dicho año acaeciere que ellos por muerte repentina y ſubita o por auſencia de confeſſor, mueran ſin confeſsion, con que ayã muerto contritos y al tiempo eſtatuydo por la ygleſia ſe ouieren confeſſado, y que no ayã ſido negligentes ni deſcuydados en confiança deſta gracia, cõſigã la dicha plenaria indulgentia y remiſsion de pecados: y a ſus cuerpos ſe pueda dar eccleſiaſtica ſepultura ſino vuieren muerto deſcomulgados, no obſtante el entredicho. Otro ſi, ſu Sanctidad por ſu breue particular ha concedido a todos los fieles chriſtianos q̃ tomaren eſta dicha bulla dos vezes en el dicho año, que puedã otra vez enla vida, y otra enel articulo dela muerte, demas dela que arriba les eſta concedida, ſer abſueltos de todos y qualeſquier peccados, crimines y exceſſos por mas graues que ſean, y de qualeſquier cenſuras y ſentencias de excomunion en que vuieren incurrido, aunque ſean delas cõtenidas enla bulla dela cena del Señor, y la abſoluciõ reſeruada a ſu Sanctidad, excepto del crimẽ dela heregia, como dicho es, y que puedan gozar dos vezes de todas las gracias e indulgencias y facultades y perdones contenidos en eſta dicha bulla. Y ſu ſanctidad da facultad a nos el Licenciado don Franciſco Dauila del conſejo de ſu Mageſtad, dela ſancta y general Inquiſicion, Arcediano dela ſancta ygleſia de Toledo, Comiſſario general Apoſtolico dela ſancta Cruzada, para que podamos ſuſpender durante el año de la publicacion deſta dicha bulla, todas las gracias e indulgencias, facultades y priuilegios concedidos en eſtos dichos reynos y ſeñorios, islas y prouincias, a qualeſquier ygleſias, monaſterios, hoſpitales, cofadrias y lugares pios, y perſonas particulares, aunque las conceſsiones tengan clauſulas contrarias a la ſuſpenſiõ. Y otro ſi, para que podamos reualidar aquellas miſmas gracias y facultades, y otras qualeſquier: y para que nos y nueſtros ſubdelegados podamos ſuſpender el entredicho ſi le ouiere donde ſe predicare eſta bulla. Y otro ſi, para que podamos arbitrar y declarar conforme a la calidad delas perſonas la contribuciõ y limoſna que ouieren de dar los que tomaren eſta bulla.

DE



# DE ANTIQVITATE & origine Bullæ Cruciatæ, & quare ſic hodierna die appelletur.

## CAP. I.

### SVMMARIVM.

¶ *Bulla Cruciata quid ſignificet remiſsiue, quid ſit & vnde originem traxerit, num. 1.*

*Omnes literæ Apoſtolicæ appellantur Bulla ſi habeant requiſita de quibus hic, num. 2.*

*Quare hac tempeſtate alias a Gregorio. 14. & ab omnibus Romanis Pontificibus eius prædeceſſoribus Bulla Cruciata ſic nuncupetur, num. 3.*

QVod bonum fœlix fauſtumq; ſit principio enim quoniam vt iuris cõſultus Caius inquit in. l. 1. ff. de origine iuris cuiuſcumque rei potiſsima pars principium eſt ſine quo totum omnino corruit edificium teſte diuo Paulo relato per egregiũ ſacræ eſcripturæ diuinũ interpretẽ Grego. in. c. cũ Paulus. 1. q. 1. diſpiciẽdũ eſt variam eſſe Bullæ ſignificationem vt colliges ex Alciato lib. 4. parergon iuris. c. 18. Calep. in ſuo dictionario verſi. Bulla, Budeeo in prioribus annotat. in pandectas l. vlt. ff. de ſenatoribus pag. mihi. 221. Alex. ab Alexan. lib. 2. dierũ genialiũ. c. 19. & 25. & lib. 5. c. 18. Plinio lib. 3. c. 2 & Zaſio in. l. 2. verſic. obiter nume. 11. ff. de origine iuris 1

A 4 Gloſſ.

gloſſ. verſic. notant in. l. non potimur .C. de curſu publico lib. 12. & præter cæteros luculenter oſtendit Rebuſus in praxi beneficiorum. 1. p. in titu. Bullæ nouæ declaratio c. 40. num. 4. & 5. in noſtro tamen propoſito, & caſu circa quem verſamur Bullæ nomen originem reaſſumpſit a Bulla Romanorum ideſt a ſigno aureo habente figuram cordis, quod Magiſtratus triumphatores & filij nobilium geſtabant a collo pendens & ita plumbeum, ligneum vel aureum ſignum, quod pendet ex literis Apoſtolicis di-
2 citur hodie Bulla, ac propterea omnes literę Apoſtolicæ vocantur Bulla ſi prædictum authenticum ſignum ſecum afferant, & ſic intelligo verba noſtræ Bullæ in fine, ibi. Sellado y firmado de nueſtro nombre y ſello, &c. Gloſſ. inſignis verbo aurea in clementin. 1. de Iure iurando, Naua. in cap. accepta de reſtitutione ſpoliatorū oppoſitione. 8. numer. 23. gloſſ. in regula cancelariæ. 14. & 67. Gometius in Compendio vtriuſque ſignaturæ quæſt. 16. pag. 161. eleganter Rebuſus vbi ſupra numer. 3. & reſoluit communis Canoniſtarum in. c. ad audientiam de crimine falſi, & probatur aperte ex text. in. c. licet. 5. & in. c. quāuis. 6. illius titu. de crimine falſi. & ſecundum iſta requiſita intelligi debet hodie. cap. 4. prætorum, ibi. las dichas Bullas, iunctis illis verbis hallaré que ſon verdaderas letras Apoſtolicas,
3 y carecen de toda falſedad, &c. Rurſus Cruciata dicitur ad ſimilitudiné Bullæ conceſſæ per Romanū Pontificé Vrbanum ſecundum, pugnatoribus terræ ſanctæ contra infideles, ex eo quia in pectore crucem rubeam geſtabant, vt patet ex tex. in. c. ad liberandam de Iudęis & Sarracenis iuncta ipſius tex. integra relata in. 2. tomo Conciliorum fol. 965. & ibidem notat Hoſtienſis in. 1. & 2. col. & in Concilio Lateranenſi. c. f. ſenſit gloſſ. verſic. a pęna, ibi cruce ſignatis pro ſubſidio vltra marino in Clement. 1. §. ad hæc de pœnit.



pœnit. & remiſſionibus Caſiodorus lib. 1. c. 8. Nicephorus lib. 7. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. c. 46. & ne per emendicata (vt aiunt) ſuffragia procedere videamur eleganter, & nouiſsime hęc omnia refert noſter Illeſcas in ſua Pontificali hiſtoria in vita cœleſtis antiſtiſis Vrbani ſecundi. Notandum tamen eſt quod nulli iudices etiam ſupremi ſenatus auditores cognitionem habent ciuilem vel criminalé materiam Bullæ Cruciatę tangentem niſi Commiſſarius generalis, cui vniuerſalis Bullæ cognitio commiſſa eſt vel eius ſubdelegati, Commiſſarij executoresve, ex hodierna diſpoſitione, text. in. l. 8. 9. & latius. 10. tit. 10. de las Bullas. lib. 1. nouæ Recopilationis, vbi vltra hæc, qua hora & die de iſta materia audiri debet late depingitur, quibus ſic expoſitis ad ſecundam quæſtionem de indulgentiæ ſignificatione, & origine deuenire oportet.

# Ad ſecundam quæſtionem de indulgentia.

## CAP. II.

### SVMMARIVS.

*¶ Indulgentiæ nomen æquiuocum eſt, & ſi diuerſimode varia ſignificat. nu. 1.*

*Apud latinos authores, & neothericos iuris nři profeſſores in quo ſēſu et ſignificatione indulgētię nomē vſurpetur. n. 2*

*Vſus indulgentiarum antiquiſsimus eſt, vt ex Soto & varijs Concilij colligitur, nu. 3.*

*Indulgētia duplex eſt, et qualis vtraq; ſit demoſtratur. n. 4*

*Definitio indulgētię cū alia, quā tradit Soto oſtēditur. nu. 5*

*Per indulgentiam non ſolum pœnitentiæ iniunctæ, ſed etiā iniun-*

principaliter tenditur, vt reſoluit Ludouicus Bologninus in tit. de indulgentijs. §.3. principalis. q. nu. 18. volu. 9. diuerſorũ doctorũ & ante eũ Hoſtienſis in ſum. tit. de pœnit. & remiſſ. §. 5. Silueſt. in ſumm. verſ. indulg. in principio, et hãc. d. approbat hodie regalis tex. in. l. 45. tit. 4. p. 1.

5 Qualiter autẽ indulgẽtia definiatur diſcutiendũ eſt, & licet varia varijs in locis á Theologis, & Iuris peritis definiatur, vt cõſtat ex doctiſsimo & ſubtili Caiet. de indulg. c. 7. fratre Antonio de Cord. in eodem tractatu. q. 1. &. 3. Calderino in. c. noſtro de pœnit. & remiſſ. Felino, in ſermone de indulgen. col. 3. Ioanne de Argomanas de affectu indulg. conſiderat. 1. Hẽrico de Gandauo quodlibeto. 15. q. 2. Cardinalis ſancti Sixti in dicto. §. in Leuit. de pœnit. d. 1. nu. 8. Angelo & Silueſtro in ſumm. verſi. indulgẽtia. nu. 3. & Nauar. vbi ſupra. Aptius autẽ ſalua tantorũ virorum pace ſic definitur, vt indulgentia ſit pœnæ tẽporalis relaxatio, quã quis iuſte pro peccatis proprijs ſubſtinere debuiſſet de theſauro cõmuni Eccleſiæ extra abſolutionẽ ſacramentalem ad diuinã iuſtitiam perſoluendam ſumpta á Prælatis Eccleſiæ, cui definitioni concordat celebris tex. in. l. 3. tit. 32 part. 7. & aliquantulũ conſimilari videtur, alia quam tradit Soto in. 4. ſent. d. 21. q. 1. art, 1. ſcilicet vt indulgentia eccleſiaſtica ſit relaxatio pœnæ temporalis Deo debitæ pro peccato, quę extra ſacramentũ fit. (quid ſit.) Quę diffinitio licet breuior ſit non tamen ita ampla eſt, ſicut & præcedens no enim explicat vnde fuerint ſumptæ hæ indulgentiæ, neque huic definitioni poteſt addere, pro peccatis actualibus, vt opinabantur Nauarro & Corduba vbi ſupra, non enim hæc additio neceſſaria eſt cum peccatorum culpa originalis vel pœna non á Prælato eccleſiæ, ſed a Deo per baptiſmũ remittatur ex tex. in. cap. firmiſsime tene de conſecra. d. 4. Rurſus neque etiã addere oportet, ob rationabilem

cauſam,



cauſam, vt dicebant Calderinus & Nauarrus vbi ſupra, nã & illud impliciter per diſpenſationem & in eius conſequẽtiã inuenire intelligitur, de cuius natura ſemper eſt, vt ſemper ex cauſa fiat, (Cur ſit.) vt colligitur ex diuino Paulo. 1. ad Cor. c. 4. & hoc ipſum probatur a Romano Pontifice in. c. cũ ex eo verſi. ad hæc de pœnit, & remiſſ. & in extrauaganti vnigenitus eodem titu. inter comunes, ibi, alijs iuſtis cauſis, & ibi rationabilibus, & infra dicemus in explicatione primæ clauſulæ huius noſtræ Bullæ. Præterea & vt melius prædicta definitio percipi valeat eius ſingulas ſingulatim partes explicari oportet, ideo primo diximus (relaxatio pœnæ) ex eo quia indulgentia in hac materia ſumitur, pro remiſsione ac condonatione, vt probatur in dicta extrauaganti vnigenitus cum alijs complicibus. Diximus & 6

rurſus (relaxatio pœnæ) non autem pœnitentiæ iniunctæ vt opinatus fuit ſubtilis Caietanus vbi ſupra. c. 2. quia per indulgentiam non ſolum pœnitentiæ iniunctæ, ſed etiam iniungendæ remittuntur omnino, vt docet Michael de Medina de indulgentijs diſput. 4. c. 13. & 14. Nauarr. dicto. §. in Leuitico notab. 11. num. 9. Diximus etiã (relaxatio pœnæ) vt intelligas non de remiſsione, quæ fit in foro iuditiali & contentioſo, vt eſt remiſsio pœnæ pecuniariæ, & abſolutio ab excõmunicatione, ſed de remiſsione, quæ fit in foro pœnitentiali extenſiue & extra ſacramentum, vt bene aduertit Soto vbi ſupra, nam quando virtute abſolutionis remittitur & culpa & tota pœna, vel pars eius illa abſolutio ſacramentalis eſt. Cæterum Prælati Eccleſiæ extra ſacramentum in eodem foro pœnitentiali habent poteſtatem pœnam temporalem peccato debitam relaxãdi, iuxta illud Ioannis. c. 20. relatum in. c. quodcumque. 24. q. 1. & Matthæi. c. 16. ibi, Quodcumque ligaueris ſuper terram &c. vt habetur in. c. conſtitueretur 50. d. & in. c. ad

huc.

huc de pœn.d.1.& iuxta illud diuini Pauli.2.ad Cor.c.2ō ibi.Cui autē aliquid cōdonaſtis,& ego nā,&ego condonaui ſi quid donaui propteruos in perſonaChriſti,docet Soto vbi ſupra.q.1.art.2. Med.vbi ſupra diſp.5.c.15.& hodie ſanctum Concilium Tridentinum dicta ſeſſ.25. c. de indulgentijs ſtatim in capitis exordio,&ſeſſ.14.c.6. poſt principium. Diximus deinde in definitione(pœnæ)& nō culpę quia culpa, ſine ſacramento pœnitentiæ à Pręlatis Eccleſiæ remitti nō poteſt ex.c.nimo de conſecra.diſt.4. c.verum de pœniten.d.1.cap.vt euidenter.1 .q.1. expli-
7 cat eleganter diuinos interpres.Thomas,3.p. q.64. art.3. &.4. Solus enim Deus redemptor noſter authoritatiue culpam peccati remittit,&ſi inſtrumentaliter ſacerdotes à peccatis abſoluant ex tex.celebri.c.remittuntur.23.q.5. quem ſumis in cœlum(vt aiunt)laudibus extollit doctiſſimus Nauarrus in.c.1.de pœnit.d.6.nume. 15. quo igitur modo conciliāda exiſtimo loca apud noſtrates difficilima in dicto.c.quodcumque,in dicto .c. vt conſtitueretur, in dicto.c.adhuc,illud Ioannis.c.20.& Matth.c.16.Triden. ſupra & in Canon.3.& in dicto.c.nemo,dicto cap.vt euidenter,ibi,Spiritus ſanctus dimittit,& non vos,& illud Eſai.cap.43.ibi.Ego ſolus deleo peccata populi,&Triden. ſeſsione.14.cāp.6.ibi.quamuis abſolutio ſacerdotis alieni beneficij ſit, vt prima ſcilicet illa iura intelligantur de ſacerdote inſtrumentaliter vel miniſterialiter a peccatis abſoluente ad inſtar actus iuditialis,vt in ſancto Conci. Trident.dicta ſeſsione.14.cap.6.ibi.ſed ad inſtar actus iuditialis,quo ab ipſo veluti à iudice ſententia pronuntiatur, & de ſanctiſsimo pœnitentiæ ſacramento eadem ſeſſ. 14. in Canone.9.refertur.Iſthæc vero poſteriora ſanctorum Patrum communia placita procedent,& abſque Controuerſia intelligantur de ſolo Deo,qui abſolute & authoritate



ritate quālibet peccatorum culpam remittit, vt elegāter docet Soto in.4.ſenten. d. 14. q.1.art.3. & frater Antonius deCordoua in quęſtionario.q.1.Caſtro de hęreſibus, verſ. abſolutio in.1. &.2.hęreſ.Naua.inManuali.c.4.nu. 7.Diuinus Thomas in dicta.3.p.q.83.art.3.& in.4.d.17. &.18 .quæſt.2.&.diſtinct.22.quęſt.3.& in quodlib. 4. q. 10. & in opuſculo.22.nouiſsime Vega,lib.1,ſuper cap.14
Concilij Trid.c.33. Quid autem ſit culpa & pœna pete à 8
Felino de indulgentijs columna.3. Diximus in definitione(pœnæ temporalis)non autem pœnæ ęternæ nam pœna æterna,vt etiam culpa per indulgentiam non remittitur,ſed pœna temporalis tantum quod eſt commune axioma ex text. in dicta extrauaganti vnigenitus. Diximus deinde in prædicta definitione (quam quis iuſte pro peccatis proprijs) nam quilibet pro lethali peccato damnatus eſt ad pœnam iuxta gloſſam celebrem,verſic.prodeſſe in cap.2.de raptoribus, & infra latius dicemus, & ſi talis peccator confiteatur,aut de peccato conterat cum intentione debita confitendi tempore debito illa pœna æterna commutatur in temporalem, & ex illa pœna aliquid remittitur pœnitenti per confeſsionem,abſolutionem, & verecundiam,quam in ipſa confeſsione habuit, & paſſus eſt, & per pœnitentiam ſibi iniuſtam ex text.in cap. f. in fine de pœnit.diſtinct.7.explicat eleganter magiſter ſent.
in.4.diſtinct.20.Tantaque poteſt eſſe contritio vt pœ- 9
na temporalis, ſimul & æterna remittatur, iuxta gloſſ. in capit. menſuram de pœniten. diſtinct. 1. & docet magiſter ſententiarum vbi ſupra litera C. Denique in definitione diximus (theſauro communi Eccleſiæ) ad denotandum Eccleſiam Catholicam, hoc habere theſaurum ſpirituale collectum nedum ex meritis Chriſti, ſed etiam ex meritis ſanctorum & Virginum, & ex meritis ſacro-

ſacroſanctæ virginis Mariæ(aduocatę & fautricis noſtræ) ex text.in dicta extrauagāti vnigenitus,ex quo cæleſti theſauro Romani Pontifices & alij prælati habent poteſtatem abſoluendi à pœna temporali pecato debita,& applicandi vnicuique chriſtiano,vt cum eo ſatisfaciat huiuſmodi pœnæ debitæ pro peccatis,vt eleganter explicat Auriga noſter,Abbas in.c.quod autem de pœnit.& remiſſ. & ante eum Hoſtienſis in ſumma illius titu.§. ad quod valeat,Silueſter verſi.indulgentia.q.1. & Ioannes de Argomanas de effectu indulgentiarū conſideratione.6.&Dur. in.4.d.20.q.5.

Ex quibus omnibus celebris accedit ventilanda quæſtio.Vtrum cum indulgentia ſit relaxatio pœnæ temporalis,relaxetur temporalis pœna,non ſolum viuis,ſed etiam defunctis ita vt indulgentiæ eis proſint.

Et pro parte negatiua tria argumenta vrgere videntur. Primo,quod colligitur ex Apocalypſi. c. 14. ibi. Opera enim illorum ſequuntur illos.Rurſus,& ſecundum authore diuo Hieronymo deſumitur ex tex.in.ca. in præſenti 13.q.2.ibi.Cum ante tribunal Chriſti venerimus, neque Iob,neque Daniel,neque Noe,rogare poſſe pro quoquā, ſed vnumquemque portare onus ſuum. Tertiū,& fortius vrgere videtur argumentum ſic ſe habens indulgentia eſt actus iuriſdictionis, vt in ſancto Conc.Tride.dicta ſeſſ.14 c.6.circa finem,& dicto Canon.9.ſed Romanus Pontifex ſuper mortuos iuriſdictionem non habet.cap.à nobis.28 de ſent.excōmunicationis,& probatur ex illo Matth. 16. Quodcumque ligaueris ſuper terram,&c.& in.cap.quod cumque.24.q.1.ergo Romanorum Pontificium indulgētiæ nihil defunctis prodeſſe poſſunt.

10 Sed his non obſtantibus contraria opinio veriſsima & catholica eſt,ſcilicet indulgentias non ſolum prodeſſe viuis,





uis verum etiam & defunctis in modum ſuffragij,vt colligitur in.c.non ęſtimemus.c.animæ defunctorum,&.c. tēpus.13.q.2.& in ſancto Conc.Trid.ſeſſ.25.ſub decreto de purgatorio,vnde apparet euidenter Papam in hac noſtra Bulla,&in alijs iubileis,& partibus recte poſſe,& eius prędeceſſores potuiſſe indulgentiam cōcedere,quæ defunctis per modum ſuffragij prodeſſet,ex doctrina Innocentij in c.quod aūt de pœnit. & remiſſ. Cardinalis in Clemē.1.§. ad hæc.q.13.eodē tit.& Calderini dicto.c.noſtrū nu.20.& in tantū proſunt defunctis indulgentiæ per modum ſuffragij (id eſt) per viam auxilij mediante aliquo bono viuorū opere,vt in dicto cap.animæ defunctorum cum complicibus.& viui ſic ſuffragantur defunctis & opitulātur perinde,ac ſi ipſi defuncti feciſſent,argumēto tex.in.l.quod iuſſu alterius.180.ff.de reg.iuriſ.& regula qui facit.72. eodē tit.in.6.bonus tex.in.c.ſi diligenti de pręſcriptionibus & ſic extat concluſio indulgentias per modum ſufragij certius eſſe defunctis prodeſſe,contra Hoſtienſem in ſumma tit.de pœnit.& remiſſ.§.quibus proſunt in fine,& Immolam in Clement.2.nu.18.eodem titu. & ita docet alios ad idem allegans doctiſsimus antiſtes Couarr.Hiſpaniæ noſtrę Decus maximū & ornamentū,in repetitione illa quā in lucem edidit ad.c. alma mater de ſent. excommunicationis in.6.in priori parte relectio.§.5.nu.f.& habetur.2. Machabeorum.c.12.vbi oblatum fuit pro mortuis ſacrificium,ſancta inquit (locus ille) & ſalubris eſt excogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur,a peccatis id eſt à pœna temporali quam pro peccatis defunctorum animæ in purgatorio patiuntur,docet Petrus Soto de confeſſione catholica.c.de memoria defunctorum.Brunus de ceremonijs eccleſię lib.2.c.1.pag.6. Vualdenſis de ſacramētalibus lib.4.c.4.Diuinus interpres Thomas in.4.d.45.

in primo ſcripto diſt.2.q.2.art.1.& ſecundo ſcripto. q.vnica art.2.Magiſter ſenten.in eodem.4. d.20. & ita obſeruat eccleſiæ Romanæ ritus & cõſuetudo ex Apoſtolica traditione, vt ait Clemens Papa epiſt.1. ad Iacobinum fratrẽ & huiuſmodi ritus eſt vniuerſalis totius eccleſiæ ex diuo Auguſtino lib.6.de cura agenda pro mortuis,c.1.& pulchre in lib.21.de ciuitate Dei,c.13.& hoc adeo verum eſt,vt eſſet temerarius error contrariũ aſſerens poſtquam Papa Sixtus quartus, Paſchalis.39.& Innocentius.89.pro-
2 deſſe mortuis declararunt,vt docet Gabriel in cano.miſſæ lect.57.& Ioannes maior in.4.d.20.q.2.col.8.

Quibus ſic repoſitis reſtat ad tria illa argumenta breui loquela reſpõdere, Nõ enim obſtat primũ ex prędicta Apocalypſis authoritate,cap.14.quia ex quo defuncti in ſtatu gratiæ deceſſerunt meruerunt vti & frui viuorum ſuffragijs ex text.celebri in dicto,c.animæ defunctorum ſi quidem clarũ & iuridicum eſt, eum dici facere pium opus cuius nomine fit ex tex.peregrino,ad hoc in dicto cap. ſi diligenti, dicta regula qui facit &.d.lex, quod iuſſu alterius ſupra allegatis.

Neque obſtat ſecundum argumentum ex text. in dicto c.præſenti,quia loquitur ibi, Diuus Hieronymus de impenitentibus defunctis vt conſtat ex text. ibi, verum hoc de
3 impœnitentibus accipiendum eſt: & de ijs qui in peccato mortali deceſſerunt,vt refert gloſſ.ibi,verſi,Noe,nam pro iſtis mirum non eſt quando conſtat in peccato mortali deceſſiue veluti ille qui ſuſpendit vel præcipitat ſe, vel alio quouis modo ſe interficit, ſi orandum non ſit vt in capit. placuit.28.quæſtione.5. capit. qualis. 25. diſtinct. docet gloſſ.verſicu.pro impijs in cap.pro obeuntibus.13. quæſtione.2.

Non de inde obſtat tertium & vltimum argumentum, quia



quia & ſi abſoluendi poteſtatem non liceat ſupra mortuis exercere, liceat tamen indulgentias concedendi, ex doctiſſimo Nauarro dicto § . in Leuitico notabili.20.nume.16. Ratio colligitur ex ijs, quæ ſupra reſoluimus in declaratione definitionis in verſiculo, pœnæ temporalis num.8. nam qui in peccato mortali receſſerunt ſunt,& erunt perpetuo in pœna æterna ex dicto cap.in præſenti cum ſequẽti, quę pœna æterna per indulgẽtiam non remittitur niſi tantum temporalis.

Ex his omnibus occurrit difficilis quæſtio, quæ ſit pœ- 11
na temporalis per indulgentias remittenda: in qua vere obſerua (ſub cenſura Romanæ Eccleſiæ) quod peccatum mortale dum eſt auerſio ab obiecto infinito videlicet Deo meretur pœnam infinitam,& quamuis per pœnitentiam & contritionem ob merita paſsionis Chriſti reconcilietur Deo,& Chriſti amicitiam recuperet atque vt culpa infinita, ſic pœna infinita & æterna remittatur adhuc tamen remanet pœna non æterna, ſed temporalis tantum ſatisfacienda tamen vel in hoc ſeculo per opera pia,& pœnitencias voluntarias quas imponit ſacerdos in confeſsione,vel in alio ſeculo, vt in temporali & tranſitorio igne purgatorij,text.in cap. nullus.ſ. verſiculo ſi quis enim de pœnitentia diſtinct.7.cap.vnum orarium.§.alias, ea demun vbi gloſſ.verſic.non capitalia plura citat.25. diſtinctione, gloſſa, verſiculo prodeſt in cap. 2. de raptoribus, ſimilis gloſſa in extrauaganti.1.verſi. & confeſſus de pœnitent.& remiſſ.Nouiſsime probatur hodie in ſancto Cõcilio Trident.ſeſſ.6.ſub decreto de iuſtificatione cap. 14. & Canone.30.& ſeſsione.25. ſub decreto de purgatorio & ſeſſ.14.cap.8.explicat Nauarr.dicto.§.in Leuitico notab.16. nume. 1. Latius Medina de indulgent. diſputat.1. cap. 1. Soto in. 4.diſtinctio. 19. quæſtione. 1. articul.3.

&.d.21.q.1.art.1.idem Soto lib. 2. de Natura & gratia. c. 20.& lib.3.c.6.vbi condemnat Lutheri blaſphemiam, & de hac temporaria pœna interpretor tex.in dicta extrauaganti vnigenitus ibi pœnæ temporales, Quod eſſe de fide probatur in dicto ſancto Conc. Trid.ſeſſ.14.Canon.30.& late Medina, dicto.c.1.& tex.in dicto.§.ſi quis enim, iuncto dicto.§.alias demum.

Nequit huic reſolutioni obſtabit ſi quis dixerit Chriſtũ per inde ſatisfeciſſe de rigore iuſtitiæ pro pœna, ſicut pro culpa vt aperte probat tex. in dicta extrauaganti vnigenitus, & late docet Soto dicto libro.3.cap.6.Caiet.3.p.q.1. art.2.& nouiſsime magiſter Vega lib.6.ſuper ſeſſ.6.Conc. Trident. ſed culpa omnino remittitur per merita Chriſti applicata nobis per ſacramenta digne ſuſcepta mediante paſsione Chriſti, vt indubitatũ eſt ergo, vt omnis omnino tollatur culpa etiã omnino, & ęterna & temporalia pœna ſublata eſt, argumento.l.ſancimus.C.de pœnis & regula, ſine culpa de regulis iur.in.6.

Sed reſpondeo negando conſequentiã, & ratio eſt, quia & ſi Chriſtus ſatisfecerit pro culpa & pœna, non ſatisfecit tanquam cauſa naturalis & neceſſaria, ſed tanquam cauſa libera nempe accedenti ad ſacramentum pœnitentiæ, & ad alia ſacramenta tantum ex ſuis meritis applicarentur, & illud ſolum remitteretur & condonaretur, quod ſibi placuerit, & viſum fuerit ſecundum diſpoſitionem accedentis & ita voluit vt per contritionem & pœnitentiam nobis remitteretur tota culpa, culpa enim niſi tota remitti non poteſt: pœna vero temporalis noluit, vt remitteretur niſi per magnam contritionem, vt fuit cõtritio Mariæ Magdalenę, & per afflictiones in hoc ſeculo ſuſceptas, vel in futuro in purgatorio inflectas, vel per applicationem theſauri indulgentiarũ de quo agimus id maximo noſtro commodo &



& fructu: huiuſmodi enim ſatisfactoriæ pœnæ magnopere à peccato reuocant, & quaſi freno quodam coercent, cautiores & vigilantes pœnitentẽs efficiunt, & vitioſos habitus male viuendo comparatos contrarijs virtutum actionibus tollunt, vt pie & erudite explicat ſanctum Conciliũ Trid.ſeſſ.14.c.8.quo fit vt cũ indulgentia ſit remiſsio pœnę temporalis tantum dicamus impropriam eſſe locutio- 12
nem quæ à quibuſdam circunfertur, ſcilicet indulgentiam abſoluere á culpa & à pœna, & ita merito inter reliquos quęſtorum abuſus is modus loquendi enumeratur in dicta Clement.2.§.ad hæc de pœnit.& remiſſ. docet Calderinus in cap.noſtro nu.18.de pœnit.& remiſſ.Fel.de indulgentijs col.3.& Nauarro.in dicto.§.in Leuitico notab.10 num.16.

Ex quibus omnibus clare conſtat ſummum Pontificem & alios prælatos de quibus infra amplam habere poteſtatem ex theſauro eccleſię abſoluendi á pęna temporali peccato debita iuxta ea quæ ſupra diximus.

# Ad tertiam quæſtionem

## CAP. III.

### *SVMMARIVS.*

¶ *Bulla Cruciatæ indulgentia omnibus chriſtianis competit ſtantibus tamẽ in Hiſpania, & partibus de quibus hic ab authore mentio fit. nu.1.*

*Chriſtiani qui quomodocumque in Hiſpania, vel alijs regnis ſeparatis ſint etiam ſi ad extranea regna receſſerint Bulla Cruciata gaudebunt.nu.2.*

 Triui-

*Priuilegium perſonale perſonam ſequitur & extinguitur cum perſona, nu. 3.*

QVibus perſonis competat huius noſtrę Bullæ
Cruziatæ indulgentia quæſtionis eſt, in qua reſe
catis ſuperfluis vere obſerua omnibus compe-
1 tere, & ſingulis Chriſtianis quo quomodo ſtanti
bus in regnis Hiſpaniæ & in inſulis, alijsque locis adiacen
tibus Hiſpaniæ, & in regnis Ciciliæ & Cerdeñę, atque In-
dijs maris Occeani (vt in Bullę ſupra ſcriptione in fine de-
pingitur) ad quos antiquior Bulla Pij. V. extenſa eſt per
Gregorium. XIII. vt conſtat ex literis Gregorianis datis ſe
cundo die Iulij, anno. 1573. adde vt quamuis ij, qui quomo
documque in Hiſpania, vel dictis ſeparatis regnis extant
2 recedant ad extranea regna gaudeant Bulla Cruciata ſi qui
dem priuilegium hoc perſonale eſt, & ſic perſonam ſequi
tur, & extinguitur cum perſona ſecundum Paulum iu-
3 riſconſultum in. l. in omnibus. 68. Modeſtinum in. l. priui-
legia, quædam. 196. ff. de regulis iuris, & Romanum Pon-
tificem Bonifacium. VIII. in regula priuilegium perſona-
le. 7. eodem tit. in. 6. cum alijs complicibus.

## Ad quartam quæſtionem.

### CAP. IIII.

*SVMMARIVM.*

¶ *Romanus Pontifex habet poteſtatem ſibi diuinitus traditam indulgentias concedendi num. 1.*

*Hæreticorũ doctrina circa indulgentias & eas concedendi poteſta*



*poteſtatem hodie a ſancto Conc. Trid. damnatur num. 2.*

*Concilio generali legitime congregato concedendæ indulgentiæ poteſtas competit num. 3.*

*Archiepiſcopis & Epiſcopis intra limites ſuarum diœceſum indulgentias concedere permiſſum eſt num. 4.*

*Indulgentiarum conceſſio non ſolum poſt conſecrationem, ſed etiam poſt ſolam electionem prælatis competit. nu. 5.*

*Indulgentias concedere non ordinis, ſed iuriſditionis eſt num. 6.*

*Patriarcha, Cardinalis, & primas non poſſunt indulgentias concedere niſi habuerint ſuarum dignitati annexã Epiſcopalem, vel Archiepiſcopalẽ iuriſdictionem. n. 7.*

*Legati Sedis Apoſtolicæ & nuntij concedendæ indulgentiæ poteſtatem non habent niſi a Romano Pontifice illis talis tribuatur poteſtas num. 8.*

*Abbates non habentes Epiſcopalem iuriſdictionem, neque priores, archidiaconi & ſimiles indulgentias concedere nequeunt num. 9.*

*Capitulum etiam ſede vacante non poteſt indulgentias concedere num. 10.*

*Vicario generali vtrum competat indulgentiarum cõceſſio diſcutitur. num. 11.*

*Vicarij generalis & epiſcopi vnum & idem tribunal eſt num. 12.*

*Beneficiorũ collatio de iure communi pertinet ad iuriſdictionem voluntariam num. 13.*

*Vera decidendi quæſtionis ratio num. 14.*

*In generali commiſſione ab epiſcopo vicario generali facta non*

*non veniunt ea quæ Epiſcopus in ſpecie vero ſimiliter non eſſet conceſſurus, nu. 15.*

*Mortuo epiſcopo ſiue ciuiliter ſiue criminaliter ſtatim eius vicarij expirat iuriſdictio, nu. 16.*

*Vicarius generalis epiſcopi non poteſt beneficia conferre niſi ad id mandatum habuerit ſpeciale ſecus tamen ad præſentationem Patroni, nu. 17.*

*Vicarius generalis epiſcopi ex generali commiſsione ſibi facta non poteſt quenquam eccleſiaſtico beneficio, officio aut adminiſtratione priuare, niſi ſpecialiter ſibi ab epiſcopo hæc omnia commiſſa fuerint, nu. 18.*

*Vicarius generalis epiſcopi non etiam poterit ex ſua generali cõmiſsione denũciationes in matrimonio requiſitas remittere niſi ab epiſcopo ſibi ſpecialiter concedatur ab authore reſoluitur contra Veracruz, nu. 19.*

*Opinio Veracruz iuridice ab authore ſulcitur. nu. 20.*

*Vtrum vicarius generalis epiſcopi ſit iudex ordinarius vel delegatus diſputatur, num. 21.*

*Intellectus ad Trid. ſeſſ. 25 c. 10. num. 22.*

*Vicarius generalis epiſcopi eſt delegatus ad cauſarum vniuerſitatem, num. 23.*

*Papa dicitur ordinarius ordinariorum, nu. 24.*

*Legatus ſedis Apoſtolicæ & epiſcopus dicũtur ordinarij, et de iſtis intelligitur Trid. ſeſſ. 24 c. 1. nu. 25.*

*Iuſta & rationabilis cauſa requiritur, vt denunciationis remittantur, num. 26.*

*Intellectus ad Trid. ſeſſ. 24. in ſecunda reform. c. 6. nu. 27.*

*Verius eſſe vicarium generalem cauſæ matrimonialis cognitionem habere, nu. 28.*



*Intellectus ad Trid. ſeſſ. 24. c. 20. num. 29.*

*Simplices ſacerdotes an poſsint indulgentias cõcedere. n. 30*

*Et an ſuperiores in lethali peccato conſtituti poſsint eas cõcedere, nu. 31.*

*Valet conceſsio indulgentiarum facta ab eis, qui ſi non bene prælati ſint tempore tamen conceſsionis vulgi opinione proueris reputabantur. nu. 32.*

*In porrigenda, indulgentia, quæ differentia ſit inter Papam & cæteros prælatos, nu. 33.*

VLterius quoad quartam quæſtionem ſcilicet qui
bus perſonis indulgentiarum conceſsio cõpetat
antiqua eſt vltra hæc noſtrorũ & inueterata quę-
ſtio. In qua veriſsima eſto catholicæ doctrinæ a-
xioma Romanum Pontificem, hanc habere poteſtatem 1
ſibi diuinitus traditam concedendi indulgentias, vt cõſtat
ex dicta extrauaganti vnigenitus, ibi, ſalubriter diſpenſan
dum, vbi communis, & hanc eſſe catholicam doctrinã ob
ſeruat diuinus Thomas in additione ad. 3. p. q. 2. Felinus
de indulgentijs col. 2. Sotus in repetitione epiſtolæ. 2. ad
Corin: c. 2. Nauarr. in dicto. §. in Leuitico notabili. 24. &
31. Florent. 3. p. tit. 10. c. 3. & Cucus lib. 2. inſtitutionum ma 2
iorum titu. 2. num. 45. licet hæretici id negauerint, vt atte-
ſtatur Cordoua de indulgentijs quæſt. 1. quorum doctrina
vt hæretica damnata eſt hodie per ſanctum Cõc. Trid. ſeſſ.
25. ſub decreto de indulgentijs.

Secundo loco iſtam poteſtatem Concilio generali legi- 3
time congregato etiam competere tenendum eſt quippe
cum tale Concilium generale legitime congregratum ec-
cleſiam vniuerſalẽ repręſentat & Papæ authoritate fruitur

 teſte

teſte doctiſsimo Naua.vbi proxime notab. 31. num.2. & Cordoua lib.5.de indulg.q.12.Soto in 4.d.21.q.1.art. 4. Abbas in ſermone ſuper Concilio Baſilienſi,&Felinus in ſermone de indulg. col.f.& ita definitũ fuit in.dicto Cõc. Baſilien.ſeſſ.24.

4 Rurſus & tertio loco Archiepiſcopis & Epiſcopis permiſſum eſt intra limites ſuarum diœceſum indulgentias concedere ex tex.in.c.quod autem & ibi gloſſ,& in.c. cũ ex eo de pœnit.& remiſſ.docet Medina de indulg.diſput. 6.c.28.Cordoua dicta quæſt.12.Nauarr.& Soto vbi proxi me.Et in tantum hoc eſt verum quod etiam eis competat

5 & ſi non dum ſit conſecrati, ſed tantummodo electi, ratio eſt quia indulgentias concedere pertinet ad iuriſdictionẽ exteriorem quam prælati habent non ſolum poſt conſecrationem,ſed etiam poſt ſolam electionem,& confirmationem argumento tex.in c.noſti.9. & in: c. tranſmiſſam is,de electione gloſſ.verſi.epiſcopi in Clement.& ſi princi

6 palis de reſcriptis,tex.à nemine,ad id ponderatus in.c.eã te.7.de reſcriptis,ibi,neque eſſes adhuc in epiſcopum cõſecratus,& cum indulgentias concedere non ordinis, ſed iuriſdictionis ſit mirum non eſt ſi predicti Archiepiſcopi & epiſcopi electi tantum ean concedendi poteſtatem habeant quippe cum ea quę ſunt iuriſdictionis in eo ſtatu ex prædictis iuribus,ſibi competant,vt reſoluit Innocentius & communis per tex.in.d.c.tranſmiſſam teſteNauarr.vbi ſupra num.4.Felin.colũna.f. Selua de beneficio.1.p.q.2. verſi.52.Auguſt. de Ancona de poteſtate eccleſiæ.c. 29. Babinus in tractatu de poteſtate capituli ſede vacãte.2.p.

7 q.4.&docet Didacus perez in.1.p.ordinamenti col. 263. Patriarcha autem,Cardinalis,& primas ſi habeant annę xam ſuę dignitati Epiſcopalem,vel Archiepiſcopalem iuriſdictionem poſſunt indulgentias concedere,alias nõ,ex fratre



fratre Antonio de Cordoua.d.q.12.poteſtas enim concedendi indulgentias tum extendetur ad omnes ſui Patriarchatus,Cardinalatus,&primatus partes ex.c.de exceſsibus prælatorum.Quorum omnium argumento idem dicendũ 8
eſt in legatis ſedis Apoſtolicę & Nuntijs, qui niſi ſpeciali ter a Papa eis huiuſmodi indulgentiarum cõcedendarum poteſtas tribuatur etiam intra limites ſuę iuriſdictionis eas concedere nequibunt.

Deinde etiã prælatis inferioribus vt ſunt Abbates non 9
habentes iuriſdictionem Epiſcopalem,Priores, Archidiaconi,& alij indulgentias concedere nõ permittitur ex tex. in.c.accedentibus.12.de exceſsibus prælatorũ, & reſoluit Hoſtienſis in ſumma tit.de pœnit.& remiſſ. §. quis poſsit Silueſter verſi.indulgentia.q.5. Cordoua & Nauarr. vbi ſupra,Florentinus.1.p. tit. 2. c.5. & Soto in dicta repetitione dicto.c.2.&probat Regalis tex.in.l.45.tit.4.pag.1. &.l.f.tit.22.pag.1.

Neque cap. Sede vacante poteſt indulpentias conce- 10
dere,vt poſt alios reſoluit Medina de indulgent.diſput.6. c.29.Turre cremiota in dicto. §.in Leuitia argumento. 5 Pro quo facit nam poteſtas conferendi beneficia,quæ epiſcopo tantummodo reſeruata eſt,non transferunt in capitu lum Sede vacante ex.c.1.de inſtitutionibus in.6.cap: 1. ne ſedeuacante eodem libro & .c. eam te de reſcriptis, licet contrariam opinionem teneat Panormitanus & Felinus in.c.cum olim de maioritate & obedientia. Pauinus vbi ſupra nu.5.& Selua de beneficio.2.par.quæſt.11.num.5. Ratio eſt,quia poteſtas concedendi indulgentias non ſolum eſt actus iuriſdictionis,vt in cap. quod autem.4. ibi, ſuo iudice, & ibi proprijs iudices de pœnitent. & remiſſ. Sed etiam eſt actus dignitati Epiſcopali conueniens, ex dicto capit. accedentibus.12. in principio de exceſsibus præla-

prælatorum cap. cum ex eo.14.verſiculo ad hæc de pœnitent.& remiſſ.docet Archidiaconus in cap.1. eodem titulo,& Cucus .d.tit.9.nume.64.

11 De vicario autem generali inſurgit dubitandi ratio ideo circa eam latius diuagabitur ſermo noſter. In qua dicendum videtur recte poſſe ex generalitate iuriſdictionis ſibi commiſſæ indulgentias concedere,& circa earum conceſſionem latiſsimam poteſtatem habere,vt patet ex ſequentibus.

Primo, indulgentias concedere ad iuriſdictionem ex-
12 teriorem pertinet quam epiſcopus etiam nondum conſecratus,ſed tantum modo electus habet,ex dicto cap.tranſmiſſam.15. & cap. noſti.9. & dicto cap.eam te. 7. de reſcriptis cum alijs ſupra citatis in num. 5. Sed vicarius generalis epiſcopi eandem habet quam ipſemet epiſcopus exteriorem iuriſdictionem & poteſtatem cum vtriuſque vnum,& idem tribunal a Romanis Pontificibus iudicetur in.c.2.de conſuetudine in.6. & in. c. Romano, tertio in principio de appellationibus eodem lib. ergo & poterit vicarius,ſicut epiſcopus indulgentiarum gratiam porrigere,& ſaltim per idem tempus a iure Pontificio epiſcopo limitatum eas concedere.argumento tex.in.c. cum ex eo & in.c.noſtro de pœnit.& remiſſ.& in.c.f. iuncta gloſſ.1. eodem tit.in.6.vbi termini limitati ad concedendas indulgentias archiepiſcopis,epiſcopis & alijs pręlatis â Papa inferioribus competentes depinguntur.

13 Secundo probatur ex eo beneficiorum collatio & inſtitutio de iure communi pertinet ad iuriſdictionem voluntariam,quam epiſcopus habet ratione cuius intra limites ſuæ iuriſdictionis indulgentias concedit cap.omnes Baſylice.16.quæſt.7.c. regenda, & cap.nouerint.10.quæſtione prima capit. ex frequentibus. 3. cap. cum veniſſent.6.

de



de inſtit.& in.c.conquerente.16.de officio ordinarij.c.cũ ex iniuncto.12.in finalibus verbis de hæreticis & .c.f. de officio vicarij in.6.gloſſ.verſi.ſecus in c. quanquã de electione eodem lib.Sequitur Abb.in diſput.5.incipiẽti Augerius & Felin.in.c. cum olim de maioritate & obedientia,ſed Vicarius generalis Epiſcopi hãc eandem beneficia conferendi poteſtatem habet ex tex.in.d.c. ex frequentibus in illis verbis officialium ſuorum & in,d.c.f.de officio vicarij in.6. ergo ſicut Epiſcopus recte poterit indulgentias concedere.

Sed his non obſtantibus contraria opinio & ſententia 14
tenenda eſt, ſcilicet Vicariũ generalem Epiſcopi (quia de foraneis nulla dubitatio eſt) minime poſſe indulgentias cõcedere, ex eo quia licet poteſtas concedendi eas ſit actus iuriſdictionis ex.c.quod autẽ.4.ibi,ſuo iudice,& ibi, proprij iudices de pœnit.& remiſſ.& iſtam iuriſdictionẽ habeat etiam Vicarrius generalis ex dicto,c.2.de conſuetudine in.6.& dicto.c.Romana de appellationibus eodem lib. eſt etiam actus ſoli dignitati Pontificali Archiepiſcopali ſeu Epiſcopali conueniens,vt late ſupra diximus num.10. & probat tex.in,c.accedentibus.12.de exceſsibus prælatorum,& in.d.c.cum ex eo verſic.ad hęc bonus text.in argumentum in,c.quod translationem.4.de officio legati,ibi, que in ſignum priuilegij ſingularis ſunt tantum ſummo Pontifici reſeruata, & vbi ex generali comiſsione a Pontifice legato facta non poteſt ille legatus ſuam iuriſdictionem extendere ad ea quæ ſpecialiter ſunt Pontifici reſeruata,quia â principio in eum non tranſierunt,docet Archidiaconus in,c.6.de pœnit.&remiſſ.Sed cum iſtam dignitatem Vicarius generalis non habeat vt ex ſupra dictis clare conſtat mirũ non eſt ſi non poſsit indulgentias concedere cum earum conceſſio non in ſola iuriſdictione,quam Vicarius

carius

carius generalis habet,ſed in dignitate Epiſcopali,qua ca-
ret conſiſtere videatur,& iſta eſt veriſsima concluſio.Cõ-
tra quam non obſtant argumenta pro contraria parte ſupe
rius adducta.

Non primum quia licet concedendi indulgentias impe
rium ad iuriſdictionem exteriorem, quam habet Epiſco-
pus etiam nondum conſecratus, ſed electus competat ne-
gari non poſſumus ex iuribus de quibus ibidem negamus
tamen aperto marte hanc eandem poteſtatem Vicariũ ge-
15 neralem Epiſcopi habere, quia in generali commiſsione
iuriſdictionis ſibi facta nequaquam veniant illa, quæ Epiſ-
copus in ſpecie vero ſimiliter non eſſet conceſſurus, ex
tex.celebri in,c.f.in principio de officio Vicarij in.6.præ
cipue,quia illa iuriſdictio nõ eſt delegabilis cũ ipſius Epiſ
copi oſsibus & dignitati Epiſcopali adhęreat & connexa
ſit ex text.in d.c.accedentibus &.d.c. quod translationẽ,
nam ſi Patriarcha, Cardinalis ſeu primas, qui de per ſe &
non ab alio (ſicuti Vicarius generalis ab Epiſcopo, quo
mortuo ſiue ciuiliter,ſiue naturaliter ſtatim ſperat iuriſdi-
16 ctio ex tex.in.c.1.de offi.vicarij in.6.) delegatam ſed pro
priam iuriſdictionem habent, ſi tamen huic iuriſdictioni
non ſit annexa Epiſcopalis,ſeu Archiepiſcopalis dignitas
non poterunt indulgentias concedere ex Cordoua vbi ſu
pra in.q.12.ergo neque minus Vicarius generalis cũ eius
iuriſdictio delegabilis & abſq; ſua cauſa peritura ſit ex .d.
c.1.tex.autem in.d.c.2.de conſuetudine &.d. c. Romana
procedunt in relegando conſuetudinis abuſu,qui eo tem-
pore vigebat,ſcilicet vt à Vicario generali ad Epiſcopum
appellaretur & rationem aſsignant ibidem Põtifices, quia
in his,quæ in generali commiſsione ab Epiſcopo vicario
facta tranſeunt a ſententia vicarij no ſit appellandum ad
Epiſcopum,quia in illa iuriſdictione ordinaria & vnũ &
idem



idem tribunal reputatur, & vna cum ſuo vicario perſona
fingitur.Sed ad Archiepiſcopum ſuffraganeũ ex.d.c.Ro-
mana,vel ad Papá omiſſo medio ex,c.omnes,&.c.ad Ro
manam.2.q.6.gloſſ.verſi.curiam in.d.c.Romana, docet
Miſingerius lib.ſingularium obſeruationum, cent.2. ob-
ſeru.5.n.2.& cent.3.obſer.55. nu.vnico.Dueñas Regula
45.in principio, eleganter & latiſsime noſter Couarru-
bias in lib.practicarum quæſtionum.c.4.nu.9.& eſt com
munis Doctorum concors opinio in.c,dilecti de appella-
tionibus.Neque minus obſtat ſecundum beneficiorũ col-
lationem & inſtructionem vicario ſicuti Epiſcopo com-
petere ex.d.c.ex frequentibus ibi officialium ſuorum,&c.
& in.d.c.f.Nam concedendo maiorem,minorem diſtin-
guimus,aut loquitur de iuſtitutione beneficij ad præſenta
tionem Patroni,aut de collatione beneficij ad alicuius li- 17
beram renunciationẽ. Primo caſu ſponte concedimus mi
norem illam procedere, & ſic interpretamur tex.in.d.c.
frequentibus de inſtitutionibus ſecundũ doctrinam Abb.
ibidem nu.7.& Immolam ibidem nu.2.docet Romanus
ſingulari.601.dicit expreſſe cõmunem Rochus de iure pa
tronatus verſi.cõpetens alicui.q.31.nu. 67. Lambertinus
eodem tit.3.p.2.lib.ar.5.1.quæſt.principalis,& latiſsimo
ſermone Selua de beneficio.2.p.q.14.Couarr.lib.3 .varia
rum.c.20.nu.6.& nouiſsime Paz in ſua practica.2.tomo
tertij pręludij nu.7.tex.verſi.in dicto.c.f.procedit in caſu
ſpecialis cõmiſsionis vt cõſtat ex eo in fine.Secundo vero
caſu minorem illam non procedere cum cõmuni teſtatur
ex.d.c.omnes Baſilice.c.releganda &.c.nouerim cum cõ
plicibus allegatis in ꝓpoſita argumenti quæſtione:hoc tñ
vnicã tantũ exceptionẽ patimur,ſcilicet niſi ab epiſcopo
ipſi vicario generali ſpecialiter & expreſsim cõmittatur
huiuſmodi beneficij cõferẽdi poteſtas, q̃a tũc libere ſicuti
Epiſ-

Epiſcopus poterit quæcumque beneficia conferre ex tex. ſic intelligendo in,d.c.f.de officio vicarij in.6. in fine, & docet Couarr. vbi proxime,d.num.7.in principio,& Paz ſupra num.6.ex quo primo infertur Vicarium generalem
18 Epiſcopi ex generali cōmiſsione ſibi facta non poſſe corrigere aut caſtigare ſubditorum exceſſus,neq; quemquam eccleſiaſtico beneficio officio,aut adminiſtratione priuare,niſi ſibi ab Epiſcopo hęc omnia ſpecialiter commiſſa fuerint ex tex.capitali in,c. licet.2. de officio vicarij in.6. docet Bernardus Diaz in practica criminali. c. 3. ibi, ſed requiritur,quod ſibi expreſſe prædicta committantur:quē ſequitur Sozinus in,c.qualiter &quando.2.de accuſationibus num.173.Ratio eſt,quia hæc omnia grauiora ſunt & maiora,quam vt in generali commiſsione veniant & compręhendantur,ideo ſpecialis eorum requiritur delegatio à Bonifatio.8.in.d.c.licet vt teſtatur Couarr. vbi ſupra, & Paz nu.9.ſecundo infertur non etiam poſſe vicariū Epiſ-
19 copi generalem ex generali commiſsione ſibi facta facultatem remittendi denunciationis requiſitas in matrimonio contrahendo iuxta terminos tex.in.c.inhibitio de clādeſtina deſponſatione,hodie renouatos per ſanctum Concil. Trident.ſeſſ.24 de reformatione,c.1.niſi quando hęc remittendi aut diſpenſandi poteſtas in ſpecie fuerit Vicario generali ab Epiſcopo conceſſa,quia in generali illa officij conceſsione Vicario generali ab Epiſcopo facta non tranſit,neque continetur diſpenſandi poteſtas ſoli Epiſcopo reſeruata iuxta tex.in. c.quod translationem.4. de officio legati,gloſſ.celebrem in,c. quę.de cauſa.2. q.4. docet Calderinus conſilio.4.de officio vicarij,Rebufus in praxi beneficiorum tit.de forma vicariatus num.44.&.179. Dominicus conſil.38.col.3.Philippus Corneus in.c. ſtatum num.29.de reſcriptis in.6.Hypolitus Riminaldus in l.1.



l.1.nu.11.ff.de officio eius cui mandata eſt iuriſdictio,Nauarr.in manuali.c.27. nu.255. & nouiſsime Paz in dicta practica.2.tomo in.3.præludio, nu.f. etiamſi contrariam ſententia veriorē eſſe affirmauerit Veracruz in appēdicem ad ſpeculū cōiugiorū fol.4.qui fundabatur ex eo,quia vnū & idem tribunal Epiſcopi,& Vicarij generalis cenſeatur, & quod facit vicarius Epiſcopum feciſſe dicatur ex.d.c.2. de conſuet.in.6.&ex.d.c.Romana de appellationibus,eodē lib.& pro Veracruz ſentētia, & opinione facit nā licet olim inferiores ordinarij non potuiſſent diſpenſare,vt denūciationes huiuſmodi remitterētur,neq; cōſuetudo legitime pręſcripta hoc faciēdi vigebat vt docet Palludanus in 4.ſent.d.27.q.2.col.3.Hēricus de votis in tractatu de ſynodo.3.p.art.1.n.158.& Naua.in manuali.c.22.nu.86.Hodie tamen cum quilibet ordinarius habeat poteſtatē huiuſmodi denunciationis remittendi ex nouiſsima conceſsione Trid.d.ſeſſ.24.c.1.ibi,niſi ordinarius ipſe expedire iu 20
dicauerit,& Vicarius generalis epiſcopi ſit iudex ordinarius ſecundū gloſſ.verſi.iurgia in.c.per lectis.25. d. gloſſ. verſi.officialē in.c.2.de officio vicarij in.6.gloſſ.1.in.c.Romana de appellationibus in principio eodem lib.& gloſſ. verſi foraneo in Clement.&ſi principalis de reſcriptis,docet Bartolus in.l.1.§.ab eo in fine.ff.quis & à quo appelletur Couarr.lib.3.variarum.c.f.num.4.&in Practicis.c.4 nu.8. & expreſsius Felinus in rubrica de officio delegati nu.4.nouiſsime Paz ſupra nu.3.& in.1.tomo.1.p.in.1.tēpore nu.6.pro quibus ego noue allego tex.in Trid.ſeſſ.25 de reformatione.c.10.in illis verbis,Præter ordinarios locorum:quę verba proculdubio ſunt intelligenda non ſolum de epiſcopis verum etiam de eorum Vicarijs generalibus ex text.expreſſo in Clementina, &ſi principalis de reſcriptis:ergo ſatis liquido apparet Vicarium generalem

Nouus ſenſus ad Trid.ſeſſio.25.c.10.

C epiſ-

epiſcopi recte poſſe, ſicut quemlibet ordinarium prædi-
ctas denunciationes remittere.
21 Sed contraria opinio cõtra Veracruz ſecure tenenda eſt
ex eo .1. quia vicarius generalis epiſcopi non eſt ordina-
rius, ſed delegatus quippe cũ non propria, ſed aliena iuriſ-
dictione vtatur ex tex. celebri in.l.1.§.qui mãdatã ibi, pro
priũ nihil habet, ſed eius qui mãdauit iuriſdictione vtitur
&.l.f.ff.de officio eius cui mandata eſt iuriſdictio, probat
tex. difficilis in .l.1.§.ab eo.ff.quis & à quo appelletur (cu
ius intellectum non fuit aſſequutus Riminaldus in rubrica
nu.142.ff.de officio eius) & hanc eſſe cõmunẽ opinionẽ,
quod vicarius generalis epiſcopi (quẽ nos Prouiſſorẽ ap-
pellamus (nõ ſit ordinarius, ſed delegatus ſẽſit gloſſ. verſi.
abſq; rationabili cauſa, verſi. ſi ad vniuerſitatẽ cauſarũ in
c.iſti debitus honor de appellationibus, & ſequitur Alcia-
tus in rub. de offi. ordinarij in.5. iudicũ ſpecie, quib9 aper
te ſuffragatur tex. in.c.1.de offi. vicarij in.6. vbi per mortẽ
naturalẽ, vel ciuilẽ epiſcopi ceſſat, & extinguitur vicarij ge
neralis iuriſdictio, ergo nõ eſt ordinarius, & ſic ab iſta ve-
riſsima ſentẽtia recedendũ non eſſe exiſtimo teſte Auẽda
ño de exequẽdis mãdatis Regũ.1.p.c.3.num.2. vbi dicit,
quod mortuo cuiuſuis ciuitatis prætore eius locũ tenentis
officiũ durat, & nõ expirat, id tñ contrariũ eſſe dicit in vica
rio generali cuius iuriſdictionẽ per epiſcopi, vel archiepiſ
copi mortẽ ciuilem, vel criminalem expirare pluſquã ma
nifeſtũ eſſe teſtatur etiã nouiſsime Paz vbi proxime.n.9.
22 Ad Trid. autẽ quod magis omnibus huic receptiſsimæ
opinioni vrgere, & cõtradicere videbatur in .d. ſeſſ.25.c.
10. ibi, præter ordinarios locorũ. Reſpõdeo, quod licet vi
carius generalis ſecundũ ſuperiorẽ veriſsimã ſententiam
ſit delegatus potuit tñ ibi, comprænhendi appellatione or-
dinariorũ, & expreſsius etiã ordinarius apellari in exerci-

Nouiſsimus intellectus ad Triden.





tio ſaltim iuriſdictionis interim, quod illi durat iuriſdictio,
quia eſt delegatus ad cauſarũ vniuerſitatẽ ac proinde vti-
tur iuriſdictione illa tanquã ordinarius ideò tanquã ordi-
narius in exercitio iuriſdictionis poteſt iuſta cõcilij termi 23
nos ſubdelegare vnã cauſam iuxta gloſſ. cõmuniter appro
batã verſi. ipſius in.c.1.de offi. vicarij in.6. Cæterum ſi eſ-
ſent plures vicarij ſimpliciter dati poteſt tũc quilibet eorũ
in ſolidũ quemadmodũ ſi eſſent plures ordinarij iudicare
l.legatus.ff.de officio pro cõſulis.l.cũ prętor verſi.15.quo-
que.ff.de iudicijs gloſſ. verſi. delegatus in fine in.c.cũ cau
ſam de appellationibus, & hæc eſt veriſsima & cõmunis
ſententia quã reſoluit Couarr.d.lib.3. Variarum.c.20.nu.
11. Proprie enim ordinarius etiam ordinoriorũ Romanus 24
Pontifex nuncupatur cũ non ſolũ vrbis Romanæ, ſed vni
uerſalis eccleſiæ catholicæ epiſcopus ſit.c.ita Dominus.19
d.c.in nouo.21.d.c.cuncta per mundum.9.q.3.c.ad hono
rem de vtilitate & vſu palij, &.c.mandata de præſumptio
nibus docet Caiet. in lib. de authoritate Papæ.c.19. Gaſpar
de Peruſio in tract. de reſeruatione in principio, & Turre
cremata lib. 2. de poteſtate eccleſię. Legatus etiam Sedis
Apoſtolicæ eſt ordinarius, ex tex.in.c.1.de officio legati,
&.c.2.eodem tit.lib.6.docet Rota antiqua deciſsione.1.3. 25
&.4.eodem tit. Epiſcopus etiam diœceſanus dicitur ordi
narius ex tex.in.c.cum epiſcopus de officio ordinarij in.6
& in .c. cũ perſonę de priuilegijs eodẽ lib. & ob id poteſt
eorum quilibet in ſua diœceſi ſubditorũ vitia redarguere,
vt in Cõc. Tri. ſeſſ.14.de reformat.c.1.& adulteria, & reli
qua ſubditorũ ſcelera punire & caſtigare, & ſic de iſtis ordi
narijs intelligi debet tex.in Cõc. Tri. ſeſſ.24.c.1.in illis ver
bis, niſi ordinarij ipſe expedire iudicauerit, vbi eis noue diſ
pẽſãdi, ſeu remittẽdi denũciationes ampla cõceditur pote 26
ſtas, exiſtẽte tñ iuſta cauſa hoc accipiẽdũ eſt vt docet Nau.

in manuali.c.22.num.86.& in terminis Palludanus in.4.
ſent.d.28.nu.70.vbi cauſas aliquas iuſtas ab epiſcopo diſ-
penſandi refert,alias enim grauiter peccabunt omnes ſu-
pradicti ordinarij concedentes matrimonium contrahen
di omiſsis denunciationibus facultatẽ ſine præuia illa iu-
ſta ac rationabili cauſa,& habita prius diligenti inquiſi-
tione,& cauſę cognitione,ratio eſt quia nunquam tribui-
tur inferioribus in lege ſuperioris diſpenſandi facultas,ni
ſi cum illa clauſula expreſſa,vel ſub intellecta, ſcilicet cau
ſa cognita,& ſumma maturitate ſecundum doctrinam In-
nocentij communiter receptam in.c.veniẽs nu.2. de filijs
præsbiterorum. Panormitani in.c.at ſi clerici.§.de adulte
rijs nu.6.de iudicijs,& Nauarr.in.c.f.nu.4.de ſimonia, &
in tit.de regularibus.f.107.& gloſſæ expreſſe in.c.requiri
tis. §. niſi rigor.1.q.7. & hodie nouiſsime decernitur in
Conc. Trid. ſeſſ.14.de reformatione,c.7.ibi,qui non niſi
cauſa cognita,iũctis illis verbis,neq; aliter diſpenſare poſ-
ſit,& ſeſſ.25.de reformat.c.18.&.ſeſſ.22.de reformat.cap.
5.ex quibus omnibus iam ſatis aperte conſtat Vicarium
generalem epiſcopi non eſſe ordinarium,& ſic nullam ha
bere ex commiſsione generali remittendi denũciationes
poteſtatem niſi per ſingularem ſeu ſpecialem commiſsio-
nem ab epiſcopo ſibi concedatur, & ita intelligo hodie
27 procedere Conc. Triden.ſeſſ.24.in.2.reformat.c.6.in illis
verbis,Per ſe ipſos aut vicarium ad id ſpecialiter deputan-
dum. Secundum quæ verba intelligi debet text. in Conc.
Triden.d.ſeſſ.14.c.7.dũ ſolum loquitur de diſpenſatione
circa irregularitatem porrigẽda á Metropolitano ſeu epiſ
copo,tanquam ordinario,vt etiam extendatur ad Vicariũ
generalem epiſcopi ex ſpeciali commiſsione ſibi facta.
Vicarij autem inferiores & foranei de quibus agit clemẽ.
2.de reſcriptis cum gloſſ. verſi. foraneo communiter re-
cepta



cepta ab Alexandro in rub.ff. de officio eius nu.17.a Co-
uarr.lib.practicarum quæſtionum.c.4.nu.8. non poſſunt
neque ſolent hanc remittendi denunciationes licentiam
concedere, vt aduertit Veracruz vbi ſupra fol.5. Meno-
chius conſil.69.a nu.55.cum ſequentibus.Cæterum circa
cognitionem cauſæ matrimonialis non minor eſt dubita
tio(eſto enim quod ſacri Canones ſtatuerint illius cogni-
tionem & determinationẽ ſolis epiſcopis competere, ex
tex. in.c.multorum.35.q.6.c.auditis.15.de præſcriptioni
bus tex.cæteris ad id præſtantior in.c.accedentibus.12.de
exceſsibus prælatorũ,ibi,de cauſis matrimonialibus cog-
noſcendo,docet Panormitanus in.c.1.de conſanguinita-
te,& affinitate,& comprobat regalis.l.penultima titu.10.
p.4.)Vtrum ex generali commiſsione vicarius generalis 28
epiſcopi habeat coniugalis cauſæ cognitionem, & ex di-
ctis iuribus videbatur quod non,ſed verius eſt recte poſſe
ex generali illa commiſsione in principio officij ſibi com
miſſa de qualibet matrimoniali cauſa cognitionem habe-
re per tex.ſingularem & expreſſum in.c.f. de cognitione
ſpirituali vbi per illum tex.ibidem docet Abb.& nouiſsi
me Couarr.in.4.decretalium.2.p.c.8.§.12.nu.1.in prin-
cipio,ibi,poteſt tamen.Pro qua ſentẽtia & veriſsima opi
nione in iudicando & conſulendo omnino tenenda pon
dero tex.in.c.2.iuncto.c.f.de officio vicarij in.6.vbi enu
merantur caſus, qui non cõprehendũtur in cõmiſsione ge
nerali vicario generali ab epiſcopo facta, & nulla de cauſa
matrimoniali mentio fit, & ita vt antea prædixi tenendũ
eſſe in cõſulendo,& iudicãdo ſub cenſura melius ſentiẽtis
exiſtimo.Neq; obſtat difficilis tex.qui ex diametro aduer
ſus noſtrã iſtã ſentẽtiam nimis vrgere & contradicere,vi-
detur in Conc.Trid.ſeſſ.24.c.20. in illis verbis,ſed epiſ-
copi tantũ examini & iuriſdictioni relinquãtur iũcto.d.c.

1. de conſanguinit. & affinit, vbi ſoli epiſcopo tantum, &
non alijs cauſæ matrimoniales propter earum grauitaté
Sẽſus ad Trident. reſeruare videntur. Quia vere reſpondendum eſt ad illud
decretum, quod verba illa ſolum modo ponuntur ad dif-
ferẽtiam alio rum prelatorum inferiorum (de quibus ibi)
29 qui differunt ab epiſcopo non autem vt vellim excludere
vicarium generalem epiſcopi, qui ab ipſo epiſcopo non
differt imo eandem perſonam repreſentat, & idem, & vnũ
tribunal eſt cum eo ex tex. in. d. c. 2. de conſuetud. in. 6. &
in. d. c. Romana de appellationibus eodem lib. hactenus
de vicarijs generalibus.

30 Simplices autem ſacerdotes & confeſſores, & ſi habeant
poteſtaté abſoluẽdi à peccatis & pro eis imponẽdi pœni-
tentiam, vt in Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 8. non tamen dum pœ
nitentem abſoluunt poſſunt illi indulgentias concedere,
quia talis poteſtas ſolis prælatis ſuperioribus, qui Apoſto
lico ordini ſucceſſerunt, & non alijs conceſſa fuit argumé
to text. in. d. c. accedentibus, & docet Med. vbi ſupra. c. 28.
Summa aurea Armilla in verſi. indulgentia nu. 2. Cordu-
ua. d. q. 12. eleganter ſicuti & cætera, interpretatur doctiſſi
mus Soto in. 4. ſent. d. 21. q. 1. art. 4.

Illud autem ſumme notandum eſt adeò valere indulgẽ-
tias conceſſas per ſuperiores prælatos habentes poteſtaté
31 eas concedendi etiam ſi tales prælati ſint tempore conceſ-
ſionis in lethali peccato conſtituti, quia poteſtas faciendi
indulgẽtias ſequitur cõcedentis iuriſdictioné, quæ per mor
tale peccatum nõ aboletur ideo valet indulgentia data &
conceſſa à peccatore ſicuti á iuſto, argumẽto tex. in. c. om
nia ſacramenta. 1. quæſt. 1. & in terminis reſoluunt omnes
Theologi in. 4. d. 20. art. 2. quæſt. 3. & ſumma Armilla vbi
32 ſupra num. 4. Et licet concedentes indulgentias non ſint
ſacerdotes, ſi tamen prædictam iuriſdictionem habeant
vale-



valebunt indulgentiæ per eos conceſſæ, ex. d. ſumma Ar-
milla vbi ſupra in principio: imo quamuis vere prelati nõ
ſint, ſed falſi dum communi vulgi opinione veri prælati
reputentur ſufficit, teſte Ancarrano in Clement. 2. de pœ-
nit. & remiſsionibus, Felino in. d. ſermone de indulgen-
tijs, eodem Felino de falſis Bullis, quos ſequitur Borgaſius
de irrigularitate & diſpenſatione. 3. par. titu. de indulgen-
tia epiſcopi, nu. 4. quibus ſuffragari videtur tex. difficilis:
ſecundum verum intellectum in. c. dudum. 2. de electione
& argumento tex. in. l. barbarius Philippus. ff. de officio
prætoris, & ibi, Bartolus, & cæteri ſcribentes, & in. §. ſed
cum aliquis inſtituta de Teſtam, licet alias gloſſa verſiculo
approbatis in. c. vnico de voto lib. 6. dixerit in ſpirituali-
bus opinionem non eſſe, ſed veritatem ipſam attenden-
dam.

Pro complemento tñ noſtre quæſtionis notandũ eſt in 33
porrigenda indulgentia maximam eſſe differentiæ ratio-
nem inter Romanum Pontificem, & cæteros prælatos,
Romanus enim Pontifex cum ſit ſummus eccleſiæ diſpé
ſator ſolus poteſt vniuerſaliter per totum mundum vni-
uerſales, vel particulares indulgentias quomodocumque
ſibi placuerit ſibi concedere propter plenitudinem Pon-
tificalis dignitatis quam habet ſicuti Rex in regno, argu-
mento tex in. d. c. quodcumque. 24. quæſt. 1. & docet di-
uinius interpres Thomas fideliter relatus ab Armilla vbi
ſupra num. 3. in principio.

Epiſcopus autem, vel Archiepiſcopus, ſeu alius quilibet
prælatus inferior à Papa limitatá habent hanc indulgẽtia
rum concedendarum poteſtatem etiam in ſuis epiſcopati-
bus, & intra limites ſue iuriſdictionis, nam ſolum poteſt
corũ quilibet indulgentiá cõcedere per quadraginta dies,
& in dedicatione ſeu conſecratione alicuius eccleſiæ per

 vnum

vnam annum ex tex.in.d c. cum ex eo &.c. n oſtro eodẽ titu.de pœnitentijs & remiſſ.& in.cap.f. iuncta gloſſa.1. eodem tit.in.6.docet in terminis Nauarr. Cordo. & Soto vbi ſupra,& Borgaſius de irrigularitate.3.p.tit. de indulgentia epiſcopi,pag.69. & melius omnibus doctiſsimus Medina vbi ſupra diſput.6.in.c.30.

# Ad quintam & vltimam quæſtionem.

## CAP. V.

### SVMMARIVM.

¶ *Gratiæ conceſſę per Romanum Pontificem durant perpetuo & morte concedentis ſpirant minime.nu.1.*

*Indulgentiæ cum temporis limitatione conceſſæ lapſo tempore limitato ſpirant,nu.2.*

VLtimo loco pro noſtræ ſanctæ Bullæ Cruciatæ præambulo diſcutiendum nobis eſt quando prędictæ gratię,ſeu indulgentiæ ſpirare dicãtur. Cuius quæſtionis materiã alijs reiectis duplici propoſitione comprehendo quarum prima eſt. Gratiæ ſeu indulgẽtiæ conceſſę per Romanum Pontificem,ſine tempo- 1 ris limitatione durant perpetuo,& morte concedentis nõ expirant. Bonus textus in.c.ſuper gratia.9.de officio delegati lib.6.cum complicibus,cuius iuridica ratio eſt, quia hoc eſt beneficium principis reale,& non perſonale,vt patet,& per conſequens debet eſſe permanſurum, teſte Romano Pontifice Bonifacio.8.in capit.docet.16. de regulis



lis iuris lib.6.cum ſimilibus ibidem allegatis à gloſſa verſiculo decet, docet etiam gloſſa communiter recepta verſiculo ſpirare in.c.f.de officio delegati lib.6.& eſt communis opinio noſtratum,& ſummiſtarum,vt Angelus & Silueſter verſic.gratia quæſt.2.teſtantur, dixit communiorẽ Nauarr.vbi ſupra notab.31.num.25.& in.c.placuit de pœnitentia.d.6.num.161.Cord.lib.5.de indulgent.quæſt.36 propoſitione prima.Contrarium tamen eſt in Bulla Cœnę Domini,vt infra dicemus in clauſula noſtræ Bullę Cruciatæ de ea loquente.

Secunda propoſitio ſit. Gratiæ ſeu indulgentiæ cum tẽ- 2 poris limitatione conceſſę lapſo illo tempore limitato ſpirant.Cuius propoſitionis ratio eſt, quia limitata cauſa limitatum debet producere effectum, text. in.l. cum ſeruo 63.ff.de cõtrahenda emptione.l.exportandus.2. ff. de ſeruis exportandis.l.in agris.16.ff.de acquirendo rerum dominio.l.non omnis.19.ff.ſi certum petatur .c. cum capella.16.de priuilegijs.cap.ſuper literis.20. de reſcriptis, & docet in terminis Cordo.d.quæſt.36.propoſi.4.doctiſsimus Nauarr. in.d.§.in Leuitico,notab.31.à num.25. hactenus de neceſſarijs præambulis circa noſtræ Bullæ declarationem.

# In huius Bullæ ſupraſcriptione ibi prorrogada.

## CAP. VI.

## *SVMMARIVM.*

¶ *Prorrogatio in quolibet ſenſu, & ſignificatione ſemper extenſionem quandam ſignificat, num. 1.*

*Omnes gratiæ, vel indulgentiæ per reuocationem, vel ſuſpenſionem omnino ſpirant, num. 2.*

*Quem ſenſum habeat nomen hoc prorrogatio in principio huius Bullæ Cruciatæ oppoſitum ab authore oſtenditur, numero. 3.*

CÆterum poſtquam ſupra in quęſtione. 1. num.
1. 2. &. 3. explicauimus de Bullæ origine & ſig-
nificatione, & quid ſibi dicere voluiſſet (Cruza-
da) verba hæc (prorrogada) dubitationem quan
dam ſecum afferunt, quippe cum prorrogatio termini, tẽ-
1 poris, ſeu iuriſdictionis extenſionem quandam ſignificet
ex Africani iuriſconſulti difficilimo reſponſo in .l. ſi con-
uenerit. 18. ff. de iuriſdictione omnium iudicum .l. 1. & .2.
ff. de iudicijs .l. ſed & ſi manente. ff. de præcareo & .l. bono-
rum vbi Bartolus. ff. rem ratam haberi. c. 1. & .c. ſignificaſti
de foro competenti. c. P. & G. 40. de officio delegati .l. 1.
tit. 9. pagina. 3. & .l. 32. tit. 22. pag. 3. & .l. 15. tit. 22. pag. 3. la-
tiſsime Couarr. in .c. quamuis pactum, prima parte. §. 4.
Prima. num. 7. nouiſsime magiſter meus Doctor Iacobus de Sa-
hagum, nunc iuris Pontificij Salmanticæ veſpertinæ ca-
thedræ meritiſsimus profeſſor (ſub quo nos iuris pruden-
tię tyrocinia feciſſe gloriamur) in repetitione quam ty-
pis mandauit ad titulum de alienatione iudicij mutandi
cauſa facta, in .c. 1. ad reſponſionem. 9. argumenti pag. mi-
hi. 9. in calce ipſius folij, dum eleganter text. in dicto cap.
P. & G. licet breuiter interprætaretur: ergo ſi prorroga-
tio



tio hanc ſignificationem habet non nouam, ſed veteris
gratię extenſionem fieri conſtat, quibus verba anteceden
tia ibi (nueuamente concedida) repugnare videntur dum
aperte ſignificant nouam fieri gratiæ conceſsionem, & nõ
veteris extenſionem.

Pro qua difficultate notandum eſt quod Bulla Crucia-
ta ſi ſine temporis limitatione concedatur non expirat
morte Romani Pontificis antecedentis imo durabit per-
petuo quo vſque per nouiter electum reuocetur ſeu ſuſpẽ
datur. ex ſupra reſolutis ad quintam quęſtionem, num. 1. 2
quia omnes gratiæ ſpirant per reuocationem, vel ſuſpen-
ſionem, argumento tex. in extrauaganti quemadmodum
cum ſequentibus de pœnit. & remiſſ. & clement. dudum
§. nos etenim de ſepulturis. Cæterũ quando Bulla ſeu gra
tia conceditur ad tempus limitatum, vt in hac noſtra Bul-
la, ſæpe fit per vnum annum adueniente tempore ſpirat,
vt diximus in .d. 5. queſt. in. 2. propoſitione, num. 2. Mo-
do ad noſtram propoſitam dubitationem redeundo dicen
dum eſt, quod ſi conceſsio & publicatio poſterioris Bullæ
Cruciatæ fiat intra illud annum primę Bullæ conceſſum
proprie dicetur prorrogatio ex dicta .l. ſed & ſi manente, 3
& .d. l. bonorum, & docet Bartolus in .l. 4. & ibi omnes
ſcribentes. ff. de damno infecto. Sozinus conſilio. 99. co-
lumna. 1. volumine. 1. conſiliorum, Angelus conſilio. 231
incipit duo compromiſſerunt. Lamfrancus in cap. quo-
niam contra in verſiculo dillationes de probationibus,
Abb. in cap. de cauſis numero. 7. de officio delegati, &
reſoluit nouiſsime Didacus Perez in .l. 1. titu. 4. lib. 3. ordi
namenti gloſſa. 1. verſiculo vlterius, & ita procedere intel
ligo verba illa (y prorrogada) at vero ſi poſterioris Bullæ
conceſsio & publicatio fiat elapſo illo anno primę Bullæ
cõceſſo tunc nõ extenſio vel prorrogatio, ſed noue gratię
&

& Bullæ conceſsio plane ex ſupra dictis nuncupabitur, vt in terminis docet Miſinquerius in tit. de tempore vtili & continuo. c. 4. nu. 7. verſi. poſt terminum. Et probatur argumento eorum, quæ tradit frater Antonius de Cordoua in. d. lib. 5. de indulgentijs. q. 36. propoſitione. 4. & Nauarr. in. d. repetitione. §. in Leuitico notab. 31. a num. 25. vel ſecundo dic, vt verba iſta intelligantur prout iacent hoc eſt vt verbum (y prorrogada) referatur ad pręſentes gratias ſimiles præteritis, & verbum illud (nueuamente cõcedida) ad ea quæ de nouo in Bulla iſta prorrogata conceduntur, prout intelligit Garnica in vltima declaratione huius Bullæ, pag. mihi. 45. in calce.

## In eadem ſupraſcriptione ibi, nueſtro muy ſancto Padre.

### CAP. VII.

*SVMMARIVM.*

*Poteſtatem concedendi indulgentias eſſe penes Romanũ Pontificem ab authore catholicum eſſe iuris vtriuſque, & omnium Theologorum commune axioma clare demonſtratur, num.* 1.

*Poteſtas concedendi indulgentias a Petro & eius ſucceſſoribus in prelatos inferiores priuatiue vnicuique pro ſua iuriſdictione, & diœceſi diſtincta profluxit & emanauit, numero.* 2.

*Summum Pontificẽ poteſtatem diuinitus conceſſam habere indulgentias & jubilea concedendi.*

Catholica



Catholica eſt omnium Theologorum concorſque ſententia & opinio multis ſacræ ſcripturæ locis ac fundamentis corroborata de quibus diximus ſupra in. 4. q. nu. 1. & aperte conſtat ex. d. extrauaganti vnigenitus de pœnit. & remiſſ. vbi Romanus Pontifex Clemens. 6. aſſeuerat hãc diſpenſandi poteſtatem de hoc cœleſti, & ſpirituali pabulo, necnon & ſanctiſsimo indulgentiarum theſauro meritorum Chriſti, & eius ſanctorum omnium diuinitus fuiſſe traditam immediate Petro & eius ſucceſſoribus ab ipſo Deo ſatis liquido conſtat Matthæi. 16. & 18. Ioan. 3. 10. & 20. d. c. quodcumque. d. c. cum ex eo, & d. c. accedentibus, & hodie hoc ipſum contra Lutherum, & eius ſequaces diffinitum eſt in Conc. Trident. ſeſſ. 25. ſub decreto de indulgentijs in principio, ibi, cum poteſtas conferendi indulgentias à Chriſto eccleſiæ conceſſa ſit atque huiuſmodi poteſtate diuinitus ſibi tradita, & circa mediũ ibi, inſigne hoc indulgentiarum nomen ab hæreticis blaſphematur. Hęc eadem autem indulgentias concedendi poteſtas 2 ab ipſis Petro, & eius ſucceſſoribus in prælatos inferiores priuatiue vnicuiq; pro ſua iuriſdictione ac diœceſi diſtincta pro fiuxit & emanauit, ex dictis iuribus, & rationibus de quibus in. d. 4. q. nu. 1. conſtat, & probatur in. c. 2. & f. de pœnit. & remiſſ. lib. 6. & docet Soto in. 4. d. 21. q. 1. art. 3. & 4. Quibus omnibus omnia ad huius noſtræ Bullæ intelligentiam præambula neceſſaria clauduntur.

## Ad primam cum duobus ſequẽtibus huius Bullæ clauſulam.

*SVMMARIVM.*

*Summaria ac prima huius Bullę clauſulæ depingitur concluſio,*

cluſio, num. 1.
Semper indulgentiam ex iuſta & rationabili cauſa concedendam fore credendum eſt, nu. 2.
In Bullis jubileis & indulgentijs conſequendis iuſtã ſemper præſumitur ſub eſſe cauſam, nu. 3.
Semper pœna debet eſſe proportionabilis delicto ſicuti pro mẽſura peccati debet eſſe plagarum modus, nu. 4.
Peregrina quorundam opinio ab authore refertur, nu. 5.
Duæ contrariæ opiniones facillimo negocio conciliantur, numero. 6.
Quæ dicatur cauſa ſuccurrendi in bello iuſto & ad hoc, vt iuſtũ bellũ dicatur tria concurrere neceſſariũ eſt, nu. 7.
Omnis indulgẽtia proportionata correſpondet operi pio, n. 8
Doctiſſimus Dominicus Soto merito ab authore carpitur. n. 9
Cauendum eſſe a Gerſonis opinione cum vera doctrina docetur, nu. 10.
A Soti opinione cauendum eſſe demonſtratur, nu. 11.
Secunda concluſio, quæ ex iſta cũ ſuis cõplicibus prima Bullæ clauſula colligitur ab autore refertur, nu. 12.
Primum corollarium quod ex ſecunda concluſione huius primæ clauſulæ de ſumptum eſt depingitur, nu. 13.
Secundum corollarium quod ex prima clauſula iſtius Bullæ deſumitur demonſtratur, nu. 14.
Tertia illatio quæ ex prædicta quinta clauſula huius Bullæ colligitur oſtenditur, nu. 15.
Vſque ad quod plenaria indulgẽtia de qua in noſtra prima clauſula huius Bullę mẽtio fit porrigatur dicitur, n. 16.
Quid ſignificet & quæ differentiæ ratio ſit inter nomen, plenam, pleniorem & pleniſſimam, num. 17.
Nulla in ſenſu & ſignificatione diſcriminis ratio eſt inter nomen hoc plenariã, pleniorem & pleniſſimam, nu. 18.
Iuriſconſultus Papinianus merito ab authore reprehenditur, num. 19.
Senſus ad extrauagantem primam de pœnitentijs & remiſſ. num. 20.
Scrupuloſa magis quam vera eſt differentiæ ratio inter nomina hec plenam, pleniorem & pleniſſimam, nume. 21.
Quando nomina hęc plena: plenior & pleniſſima concurrunt alterum alteri nihil addit cum vnum pro alio ſępiſſime vſurpetur, nu. 22.
Declaratio huius Bullæ Cruciatæ in ante penultima clauſula, ibi, y conſigan y ayan pleniſſima indulgentia de ellos, numero. 23.
Nulla eſt hodie differentię ratio inter plenariam indulgẽtiã & jubileũ quod vulgo pleniſſimum apellamus. nu. 24
Vera noſtrę clauſulæ declaratio in illis verbis, y ſi los confeſſaren de boca, numero. 25.
Doctrina Silueſtri iuſta de cauſa reprobatur, nu. 26.
Merito reprehenditur doctrina ſupplemẽti Gabrielis. n. 27
Inualẽte loqui actualis requiritur cõfeſſio, in muto vero requiritur ad minꝰ quod nutu vel ſignis peccata cõfiteatur numero. 28.
Sacramentalis confeſſio eſt quæ fit ſcilicet a muto per nutũ & ſigna verbis ęquiualentia, nu. 29.
Ex nutu ipſo & connatu in muto vera confitendi ſeu alia ſacramenta recipiendi voluntas depræhenditur. n. 30.



Summa

1 SVmma huius clauſulæ eſt quod per Romanum
Pontificem, hìc indulgentia plenaria, & omniũ
peccatorum remiſsio cõceditur eis omnibus,
qui in belli acie cõtra infideles opẽ, & auxiliũ
præſtiterint, vel per ſe militando, vel per tertiam perſonã
ſuis ſtipendijs miſſam ad dimicãdum, vel quodlibet aliud
ſeruitiũ perſonale exhibuerint iuſta terminos in hac Bul-
læ clauſula comprehenſos vel dando, vt inferius dicemus
duos argenteos, vel aliam ſimilem eleemoſynam in iſta,
vel alia qualibet Bulla taxatam.

2 Ex qua primo notandum eſt indulgentiam ſemper ex
rationabili cauſa concedendam fore ex tex. in extrauagã
ti vnigenitus de pœnit. & remiſſ. verſi. quemquidem, ibi,
& proprijs, & rationabilibus, & verſi. volentes, ibi, alijs iu
ſtis cauſis tex. in. c. cum ex eo. 14. verſi. ad hæc de pœnit.
& remiſſ. nam ſicut bona temporalia ſine iuſta cauſa non
poteſt Romanus Pontifex donare ex. c. non liceat Papæ
12. q. 2. Docet Felinus in. c. ad audientiam de præſcriptio-
nibus in principio. Nec etiam in toto diſpenſare ſine cau
ſa iuſta gloſſam in. c. non eſt deuoto, neque item in juramẽ
to, vt docet gloſſa in. c. quanto de iure iurando in tantum
quod talis diſpenſatus in voto, vel iuramento ſine iuſta
cauſa per Papam non erit in conſcientiæ foro tutus, vt re-
ſoluit Oldraldus conſil. 323. Fel. in. c. conſtitutus de reſcri
ptis ver. & generaliter, idem nu. 25. & . 26. & Decus nu. 17.
in. c. quæ in eccleſiarum de conſtit. Abb. in. c. propoſuit
nu. 2. de conceſsione prebendę, Nauarr. in manuali. c. 12.
num. 76. & Couarru. cum ab eo relatis in. 4. 2. p. c. 6. §. 9.
num. 7. & . 8. ita etiam à fortiori bona ſpiritualia (hoc eſt
indulgentias) non poterit abſque iuſta & rationabili cau
ſa concedere ex dictis iuribus in principio allegatis, adeò
quod indulgentię ſine iuſta cauſa conceſſę nihil valoris ha





bent ex gloſſa in extrauaganti. 1. verſi. & confeſsis colum-
na. 4. de pœnit. & remiſſ. docet Inmola in. d. c. quod au-
tem, diuinus interpres Thomas, Adrianus & Maior in. 4.
diſtinct. 20. Soto in repetitione epiſtolæ. 2. ad Corrinth.
membro. 3. Silueſter verſi. indulgentia quæſtione. 7. Pa-
latius Rubeus de obtentione Regni Nauarræ. 4. parte
§. 4. Argomanas de indulgentijs conſiderat. 7. & . 9. & Na
uarr. d. §. in Leuit. notab. 15. num. 3. & . 4. meminiſſe ta- 3
men oportet ſemper in Bullis, jubileis & indulgentijs
conſequendis iuſtam præſumi regulariter ſubeſſe cau-
ſam, argumento tex. in cap. cum inter. 13. in fine, ibi, præ-
ſumitur rite per omnia celebrata de re iudicata, & . l. He-
renius Modeſtinus. 63. ibi, & bonam cauſam. ff. de euictio
nibus iuncta gloſſa ibidem verſi. ex præſcriptione in prin
cipio, ibi, ideo bona videtur ſubeſſe cauſa, docet Caiet. de
indulgent. c. 4. verſi. oppoſitum, & Soto in. 4. ſent. q. 1. d.
21. ar. 2. col. 5. Sed contra hoc ſic argumentor omnis indul
gentia valet ad proportionem cauſę, ſibi reſpondentis &
proportionabilis nam quo ad meritum gloriæ, maiorem
gloriam meretur is cuius reſpectu maius fuerit opus pium
v. g. ſoluendo pauper eleemoſynam pro Bulla magis me
retur, quam diues & magis etiam meretur, qui perſonali-
ter viſitauerit ſtationes Romanę ciuitatis quam qui in ſuo
loco vbi commoratur, quia maiorem peregrinationem fa
cit ideo magis meretur pro quo pondero tex. in. d. extra-
uaganti. 1, verſi. vnuſquiſque & e conuerſo ſicuti pro men- 4
ſura peccati debet eſſe plagarum modus, & pœna debet
eſſe proportionabilis delicto, vt habetur Deutero. c. 25. l.
ſancimus. C. de pœnis. c. quæſiuit, & ibi gloſſa. ff. de his,
quæ fuint a maiori parte capituli, & probat Regalis text.
in. l. 9. ibi, A los malhechores tan ſolamente, titulo. 31. pa
gina. 7. ita etiam ſi pro leui, & non proportionabili cauſa

magna indulgentia concedatur non tota,ſed pro ea parte pro qua proportionatur cauſa acceptatur à Deo indulgẽtia,vt probat tex.in.c.cum ex co.14.in fine,ibi,ſuperfluas indulgentias de pœnit. & remiſſ. & in extrauaganti vnigenitus,ibi,nunc pro tali,nunc pro partiali remiſsione eo dem tit.& reſoluit Adrianus de indulgentijs concluſione 2.verſiculo reſpondeo,Caiet.de indulgent.c.4.verſiculo impoſitum,&.c.8.prope finem,Nauarr.d.§.in Leuit.notab. 15.numero.3. Cordoua vbi ſupra quæſtione.17.Maior in.4.ſentent.d.20.quæſt.2.columna penult. Soto ibidem diſtinct.20.quæſt.1.art.2.columna.5.&Bonauentura ibidem diſtinct.20.quæſt.vltima:ergo Romanus Pontifex ſicut bonus huius diuini indulgentiarum theſauri diſpenſator,& legis diuinæ interpres non bene ſe habet pro tam leuibus & minimis cauſis magnam indulgentiam cõcedendo,vt in hac noſtra Bulla in qua conceduntur omnes indulgentiæ omnium ſtationum Romanarum viſitãti tres,vel quinq; eccleſias,vel tria ſeu quinque altaria & plenariam indulgentiam ſuſcipienti hanc eandem Bullam Cruciatam,& hoc ſemel in vita,& iterum in articulo mortis,& adiuuanti Regi noſtro duobus argenteis contra Turcas & Sarracenos,& pro alio exiguo, & minimo opere, vt cumque fuerit,vt vniuerſam illam(de qua in noſtra Bulla)indulgentiam lucretur cum illud exiguum ſit,& minimum ad lucrifaciendam tam grandem indulgentiarum gratiam conſequendam.

5 Sed pro contraria parte facit doctrina Diuini Thomæ in additionibus.q.25.ar.4.& ibi,Durandus & ſupplemẽtum Gabrielis.q.1.Siluestri in ſumma verſi. indulgentia, quæſt.3.§.7.& omnium fere Theologorum in eodem.4. aſſerentium etiam ſi minima & leuis cauſa ſit totam magnam illam indulgentiam conſequi,& non tantum pro parte proportionata acceptari a Deo,ſed pro totali licet eam ſine cauſa ſufficienti concedens peccet non vt dilapidator,ſed vt illius diuini indulgentiarum theſauri prodigus.



Quare vt iſtas duas opiniones conciliemus,& vtriuſq; argumentis ſatisfaciamus dicendum eſt,quod indulgentia aut in communi,aut in particulari conceditur, ſi in communi ſit ad ſimilitudinem legis,quæ vſque ad totius orbis terrarũ limites porrigitur, & omnibus cõmunis eſt, & ſicut in danda lege,& eius effectus tribuendo non habetur ratio maioris vel minoris, ſed omnibus æqualis eſt ex.c. erit autem lex.4.d.cap.1.de coniugio ſeruorum.c.f.in fine de ſtatu monachorum.c. nouit. 13. verſiculo cæterum de iudicijs,regula in iudicijs de regulis iuris lib. 6. & habetur Deuteronomio.c.1.& probatur aperte in.l. hos accuſare duodecima in fine .ff. de accuſationibus, & docet diuinos interpres Thomas in ſecunda ſecundæ, quæſtione.63.articulo.1.cum ſequentibus. Soto lib. 3. de iuſtitia & iure,quęſtione.6.articulo.1. Silueſter & Caiet. in ſuis ſummis,verſiculo acceptio:ſic enim circa indulgentiam, quæ in communi conceditur non habetur ratio perſonarum cuius exemplum extat in noſtra Bulla vbi, omnibus totius Regni Chriſtianis, & prouinciarum necnon, & Indiarum maris Occeani indulgentia conceditur. 6

Sed indulgentia in particulari conceſſa habet rationem perſonarum,& ſecundum conditionem earum debet cõcedi & conſiderari cauſa ex iuribus,& authoribus ſupra citatis in prima opinione.num. 4. Cæterum circa noſtram Bullam Cruciatam dubitari nõ oportet quin omnis cauſa nõ ſolum rationabilis,ſed ſufficiens ſit in cõmuni & particulari. Qua ratione tam diues quã pauper, tam nobilis quam ignobilis,& quæuis alia perſonarum Chriſtianarum

 conditio

conditio impleto ſcilicet opere pio in hac Bulla expreſſo hoc eſt ſolutis duobus argenteis, & facta eccleſiarum, vel altarium viſitatione cum forma in ea requiſita non dubium eſt quin iſtas omnes gratias, & indulgentias integras conſequetur, & ita docet diuinus interpres Thomas vbi ſupra in ſecunda opinione, quam ſupra retulimus & ſupplementum Gabrielis in.d. 4. ſententiarum diſt. 45. quæſt.5.ar.2.propoſitione.3. Soto ibidē diſtinct.21.quęſtione.2.arti. 2. Silueſter vbi ſupra verſiculo indulgentia,
7 quæſtione.8. §.12. quorum omnium potiſsima ratio eſt, quia cauſa ſuccurrendi bello iuſto, vt eſt hoc in quo, vt iuſtum dicatur tria concurrunt, quæ in quolibet bello iuſto concurrere debent, primo authoritas principis, vt in.c. culpatur.23. quæſtione.1. ſecundo iuſta belli indicendi cauſa, vt in.c. Dominus noſter.23. quęſtione.2. tertio recta bellantium intentio, de quibus omnibus latiſsimo ſermone ſcribit Couarru.regula peccatum.2.parte.§.9. numero.1. 2. &.3. & Summiſtæ verſiculo bellum præcipue Armilla numero.1. &.l.1.titulo.23.pagina.2. Maxima enim eſt prædicta cauſa, & quę in fidei Romanæ Eccleſiæ ac totius Chriſtianæ reipublicæ vtilitatem dirigitur, & ſic omnes indulgentiæ huius Bullæ in communi conceſſæ ex ſupradictis authoritatibus dicuntur, at opus pium illis iniunctum quantumuis minimum efficitur maximum iuncta maxima cauſa, teſte Caiet.vbi ſupra quæſt. 2.c.8.in fine, & Gerſon de indulgentijs.1.p.conſiderat.12 nam & ſi opus illud pium leue ſit poterit eſſe ſufficiens ad totam illam indulgentiam conſequendam dummodo ſi cū illo opere pio tantus concurrat de peccatis dolor, & cōtritio, tātus charitatis feruor, ac tātus Dei amor & dilectio, vt impleat & efficiat tantarum indulgentiarū cauſam ſufficientem, & hæc eſt vera & propria Romani Pontificis





intentio quociens magnas indulgētias pro paruo pio opere concedit alias enim intra latitudinem indulgentiæ tantam indulgentiæ quantitatem conſequetur quantus fuerit 8
valor operis pij ita vt indulgentia proportionata reſpondeat operi pio, vt colligitur aperte ex.d. extrauaganti prima de pœnit.& remiſſ.in fine verſi.vnuſquiſq;. & ex gloſſa verſi.non obtinent in.c.f.de pœnit.& remiſſ.docet Nauarr.in.d.§.in Leuit.notab.31.num.26. Innocentius in.c. quod autē nu.2.de pœnit.& remiſſ. Adrianus & Bonau. vbi ſupra, ſecundum quam reſolutionem, & Pontificis intentionem proxime relatam clare concordantur ſuperiores duæ illæ opiniones, quæ prima facie inter ſe adinuicē repugnare & contradicere videbantur.

Ex qua reſolutione primo infertur cauendū eſſe à Do- 9
minico Soto in.4.d.21.q.2.ar.2. quatenus firmat ſe dubitare de indulgentijs conceſsit nobilibus & magnatibus, vt Altar.
pro viſitatione eccleſiæ, capellæ vel altaris, vt ſæpe fit vel alio ſimili paruo opere faciendo magnam indulgentiam conſequantur, quia quamuis opus illud pium ſit exiguum ſi tamen accedat charitatis feruor, vel deuotionis amor in Deum, vel dolor de peccatis tantus quantus erat in Romani Pontificis intentione eas indulgentias concedentis dubium, vtique non eſt quin eas omnes conſequetur ex ſupradita inſolutione.

Secundo infertur cauendum etiam eſſe à Gerſon vbi 2
ſupra.2.p.tit.de abſolutione ſacramentali.§.quæſiti à maiore in.4.d.20.q.2.col.penult.ab Adriano vbi ſupra, con- Tablas.
cluſi.2.& ab Vuenderino in.4.d.45.pag.213. aſſerentibus veras non eſſe tabellas in eccleſijs, vel alijs pijs locis de fixas ſeu pendentes, vt recitantes aliquam, vel aliquas orationes, vel humiliantes ſe coram eis, vel aliud ſimile facientes tot mille annorum indulgentiæ conſequantur, vt

neque par eſt credere (vt dicunt illi) à Pontifici eſſe conceſſas cum tamen exiguum opus non ſit ea largitate dignum. Quorum opinio plane conuincitur nam quamuis paruum ſit & exiguum opus ſi tamen concurrat maximus de peccatis dolor,&alia de quibus ſupra diximus nu.9.nõ eſt ambigendum quim omnes illos indulgẽtiæ annos etiã pro paruo illo opere lucrabuntur.

11 Quentas Tertio etiam infertur iterum cauendum eſſe à Soto in d.4.ſentent.d.21.q.2.ar.2. col.9. dicente citra religionis iniuriam poſſe populo ſuaderi indulgentias illas quas calculis benedictis Romanus Pontifex ſępe concedit puta liberandi animam à purgatorio pro oratione vel orationibus recitandis non cõſequi,neque fas eſſe dicere hoc pro tam exiguo opere a Romano Pontifice cõcedi. Nã vbi cõcurrerint ſupradicta de quibus in .n.9.&.10.ſupra diximꝰ quilibet conſequetur illam gratiã,& abſq; dubio animã à purgatorio liberabit,quia indulgentiæ nõ ſunt cotemnendę etiãſi pro minimis cauſis cõcedantur,quia ſemper in aliquo proficiunt eſto quod ſupradicta in eis cõſequendis nõ concurrant:indulgentia enim tantum valet quantum ſonat ſiue concedatur in communi,vt in hac noſtra Cruciata Bulla ob cõmunẽ totius eccleſiæ,& chriſtianę reipublicę vtilitatem etiam ſi opus illud pium pro indulgentia conſequenda cũ ratione cauſæ cõmunis faciẽdum maximum efficiatur,& ita interpretor totã iſtam Bullam Cruciatam vt omnes iſtæ indulgentiæ tãtũ valeant quantũ ſonant ſiue concedantur in particulari etiam pro minimo opere faciẽdo,quia ex Romano Pontificis intentione ſi cõcurrat ſufficiens charitatis feruor, grandis de peccatis dolor, vel amoris in Deum totam conſequetur indulgentiam.

Secunda concluſio,quæ ex iſta primæ Bullæ clauſula ex
12 illis verbis, Plenaria indulgentia y remiſsion de todos ſus pecados

pecados



pecados. Colligitur,eſt indulgentiam plenariam concedi euntibus perſonaliter proprijs ſpenſis ad Bellum contra Turcas,& ſi ante belli expeditionem,& ante annum (continuum ſcilicet) prædicationis iſtius bullę,vel in ipſa expeditione & conflictu,vel in itinere deceſſerint, vel cauſa infirmitatis,aut legitimæ neceſsitatis ante expeditionem ab exercito receſſerint.

Secundo loco hæc eadem plenaria indulgitur indulgẽ 13
tia illis omnibus,qui perſonaliter non fuerint ad bellum, ſed alios ſecundum qualitatem perſonarũ iuxta huius clauſulæ formam ſuis miſerit expenſis.

Tertio etiam loco conceditur clericis ſecularibus vel 14
regularibus,qui cum licentia ſuorum ſuperiorum,vel ordinariorum ſecundum formam a Bulla hic præſcriptam prædicando ſcilicet,miniſtrando ſacramenta vel officia diuina in exercitu ſeruierint.

Quarto & vltimo loco porrigitur hęc plenaria indul- 15
gentia illis omnibus fidelibus,qui neque fuerint perſonaliter,neque ſuis ſtipendijs alios ad bellum miſerint, ſed ſuccurrerint cum eleemoſyna per Commiſſarium generalẽ in hac Bulla taxata.

Sed cõtra verba iſta noſtræ clauſulæ,ibi (Plenaria indul 16
gencia y remiſsion de todos ſus pecados) in primis ſic argumentor ad hoc,vt omnia mortalia & venialia per indulgentiã remitterentur, peccata non ſolũ plena ſed plenior, imo & pleniſsima indulgentiarũ verba per Romanũ Põtificem hic addita fuiſſe requiritur,vt in ſimili factum fuit per Romanum Pontificem Bonifacium.VIII.in extrauaganti.1.de pœnit.& remiſſ.inter communes,ibi,nõ ſolum plenam & largiorem imo pleniſsimam omnium ſuorum concedemus & concedimus veniam peccatorum docet gloſſ.verſi.a Pœna in clement.abuſsionibus.2.§.ad hæc

 de

de pœnit.& remiſſ.ſed hic tantum adeſt verbum (Plenaria)ergo non omnia per illud peccata delentur, neque remittuntur, & corroboratur hæc dubitandi ratio ex communi Theologorum differentia aſsignata inter verbũ ple
17 nam pleniorem,& pleniſsimam indulgentiam: ſcilicet vt plena tantum ſit dimiſsio pœnę debitę pro peccatis mortalibus confeſsis tantũ,plenior qua tota pœna debita peccatis mortalibus etiam non confeſsis tollitur & aboletur, pleniſſima autem qua pœna non modo pro peccatis mortalibus,ſiue confeſsis,ſiue non confeſsis:ſed etiam pro omnibus venialibus debita remittitur, ita Palud. in .4. ſent. d.20.q.4.in fine.Adrianus de clauibus ſub tit.de indulgẽtijs.d.5.conclu.1.Florentinus.1.p.titu.10.c.3. & Ioannes Maior in eodem.4.d.20.q.2.col.8. & iſtam differentiam ex noſtratibus iuris Pontificij profeſſoribus deffendere conatur doctiſsimus Nauarr.in.d.§.in Leuit.notab.9. a numero.4.

Sed his nõ obſtãtibus veriſsima eſt noſtræ Bullæ cõcluſio,ſcilicet plenaria indulgẽtia eſſe remiſsionẽ pœnæ tem
18 poralis pro omnibus peccatis mortalibus &venialibus cõfeſsis &nõ cõfeſsis debitę:ideo plenaria indulgẽtia,idẽ eſt quod pleniſsima & nulla eſt plenior,& ita omnes æquiualent & in ſenſu,& ſignificatione non differunt, vt præſenſit Vuendelinus in.4.d.45.q.3.conclu.3. Soto in eodem 4.d.21.q.2.ar.1.col.ante penult.Bologninus in tit.de indulgentijs nu.100.& frater Antonius de Cordoua in eodem titu.q.9. irridentes & merito illam communem indulgentiarum diſtinctionem factam inter plenam,pleniorem & pleniſsimam,pro quibus facit elegans iuriſcõſulti
19 Papiniani (in argumentum) reſponſum in .l. ſi cum dies 26.§.plenum.ff.de receptis arbitrijs vbi pleno compromiſſo nihil plenius eſſe iudicat cuius appellatione omnes





lites,& de omnibus rebus controuerſias comprehendi teſtatui iuriſconſultus,& Acurſius in ſcholis ad .l. ita demũ 36.in verſi.mentionem verſi.quandoque.1.ff. de receptis arbitrijs.Nicolaus.3.in.c.cupientes.16. §. ad hæc de electione lib.6.ibi,ad omnia inſtructi plenariç tranſmittantur,&c.& ita intelligo tex.in.l.ad rempublicam.7.ibi,pro pleno habetur.ff.de muneribus & honoribus.l.in vſu capionibus.6.ff.de vſu capionibus.l.qui filiũ. 74. §. Fabrus ff.ad Trebelianum.l.qua ætate.5.ff.de teſtamentis in fine &tex.difficilem in.l.anniculus.184.ff. de verborum ſignificatione.

Quibus ita veriſsime conſtitutis reſtat ſuperioribus dif- 20
ficultatibus ſatisfacere,primo ad extrauagantem, primam de pœnit.& remiſſ.vbi poſitiua vt plena, comparatiua vt largior ſeu plenior,ſuperlatiua vt pleniſsima in remiſsione omnium peccatorum exprimenda verſicula requiruntur, quia alijs omiſsis breuiter & vere.Reſpõdetur, quod illa verba plenam,largiorem, & pleniſsimam ſunt verba exageratiua ad ſatisfaciendam Ramani Pontificis intentionem,non autem vt ſignificent eſſe tres indulgentiæ plenarię gradus,vt ſentire voluit gloſſa,ibi,verſi. pleniſsimã: ſed verba exageratiua nullam inducuntur plenam iuris diſpoſitionem argumento tex. ſic intelligendi in .c. quid in omnibus 32. q. 7. (cuius origo habetur in epiſtola.1. Clementis ad Iacobum.1.tomo Conciliorũ,& apud Ibonem Carlotenſem in ſuo decreto.8.p.c.99.) & text. in.l. Codicilij.91. §.matre,ibi.& alia mihi deteriora fecit, vbi communis.ff.de leg.2.ergo neque hic vllam differentiam & iuris diſpoſitionem inducere debent.

Neque minus obſtat ſecunda quam ſupra retulimus dubitandi ratio ex omnium fere Theologorum ſententia deſumpta,qua docebamur maximam eſſe inter plenam ple 21

niorem & pleniſsimam indulgentiam differentiæ rationem, quę profecto ſcrupuloſa magis quam vera eſt, vt ex ſupradictis teſtimonijs in decidendi ratione relatis late patet, & vnum pro alio ſæpiſsime vſurpatur, vt in extrauaganti quemadmodum .4. ibi, & remiſsionibus plenarijs peccatorum omnium, de pœnitent. & remiſſ. & .d. extrauagant. 1. ibi, pleniſsimam omnium ſuorum peccatorum, &c. & quando ſimul omnia verſi. iſta plena, plenior & ple
22 niſsima concurrunt alterum alteri nihil addit, vt in ſimili probatur ex illo quod paſsim communiter circum fertur depetendis Apoſtolis (vulgo el teſtimonio de la apelacion) inſtanter, inſtantuiſſet inſtantiſsime, ſæpe, ſępius & ſæpiſsime, vt in Clementina quamuis .2. in ordine de appellationibus, & in. c. ab eo. 6. in principio eodem tit. lib: 6. Docet nouiſsime magiſter meus Paz, in proœmio. 6. par tis. 1. tomi ſuæ Practicę nu. 40, ad medium vbi aduerbium illud inſtantiſsime nihil addit cęteris aduerbijs ſibi adiunctis, vt cum iudicio aduertit Soto vbi ſupra columna ante penultima, & ſic veriſsimum extat iuris axioma indulgentiam plenariam, pleniorem & pleniſsimam idem eſſe nam ex his omnibus integra ab omni culpa remiſsio fit, vt vltra ſupra relatos præſenſit ex noſtratibus Felinus de indulgent. col. 6.

23 Ex qua reſolutione primo infertur declaratio ad noſtrã Bullã in ante penultima clauſula, ibi (y cõſigan y ayã pleniſsima indulgencia dellos, &c.) vt ſcilicet nulla ſit differẽtia inter plenã plenioré & pleniſsimã indulgentiam quã uis paſsim prędicatores dicte Bullę, in prędicationibus prę dictis verbis plena, pleniori & pleniſsima vtantur, fruſtra exiſtimantes in hoc aliquam differentiæ rationem verſari cum prorſus nulla ſit, vt ſupra docuimus in .2. quæſtione ç. 2. num. 12.

Secundo



Secundo infertur nullam eſſe differentiam inter plenariam indulgentiam & jubileum (vulgo) pleniſsimum, 24
quia tantun differunt ſpecie ex eo, quia jubileus ad tẽpus, & de certo tempore ad certum licet tempus conceditur, vt late docet Soto in repetitione de indulgent. vltimo dubio tertij puncti, & Medina de indulg. vbi ſupra, & aperte hæc concordantia probatur ex verbis huius noſtre clauſulę, ibi, Y en el año del jubileo, &c. vbi jubilei, gratię & indulgentiæ plenariæ indulgentijs aſsimilantur, pro quo facit, quia in iure noſtro frequentiſsimum eſt argumentum de probatione a ſimili, teſte Alexandro tertio in cap. inter cæteras. 4. de reſcriptis, ibi, & idem in ſimilibus obſeruandum eſt, & Iuliano iuriſconſulto in .l. non poſſunt vndecima .ff. de legibus, ibi, ad ſimilia procedere. Iuſtiniano in .§. recte, inſtituta de mandato, ibi, & huic ſimile eſt quod placuit, ſed indulgentia plenaria & jubileus ſimilia ſunt, vt patet ex ſupraditis, ergo ſimili debet eſſe iudicium, & quod de vno dicitur neceſſe eſt, vt de altero etiam intelligatur. Teſte Diuino Auguſtino in epiſtola ad Hebræos, relata in capitulo tranſlato ſacerdotio tertio, in fine de Conſtitutionibus, & Caio .I. C. in .l. illud trigeſsima ſecunda. f. ad .l. aquileam & ſatis liquido conſtat nullam inter vtrumque differentiæ rationem verſari.

Ex qua veriſsima æquiparatione in foro intellectum 25
ad alia verba noſtræ clauſulæ, ibi (Y los confeſſaren de boca) nam licet præceptum de confeſsione neminẽ aſtringat niſi ſemel in anno regulariter ex textu. in cap. omnis vtriuſque ſexus de pœnitent. & remiſs. cum complicibus ſunt tamen aliqui caſus in quibus reconfiteri ſtatim oportet, vt eſt quando quis vult communionem accipere, & celebrare ſecundo quando quis eſt in mortis periculo

in

in quo de proximo ſępe moriuntur homines vt in procella maris arripienda, vel in conflictu aggrediẽdo, vel in graui infirmitate repoſitus. Tertio quando conſcientia hoc dictaret, quia omne quod eſt contra conſcientiam edificat ad gehennam. Quarto quando quis credit pro illo anno poſſe inuenire copiam ſacerdotis, quia tunc vbi periculũ imminet tollenda eſt mora, vt docent omnes Theologi, quos refert Armilla verſi. confeſsio nu. 6. quibus omnibus caſibus nouus per noſtra verba ſuperius relata caſus additur, quem ita intelligo ſcilicet quod quoties in jubileo, vel indulgentia requiritur pro forma oris confeſsio ſacramentalis non ſufficit habere contritionem, & verum de peccatis dolorem, & eſſe in ſtatu gratiæ: ſed actualis ſacramentalis confeſsio neceſſaria eſt, ſine qua nullus poterit indulgentias conſequi. Oris enim confeſsio de qua hic omnino neceſſaria eſt in eo, qui poteſt confiteri: pro qua doctrina pondero tex. in extrauag. 1. de pœnitent. & remiſſ. ibi, vere pœnitentibus & confeſsis, vel qui vere pœnitebunt & confitebuntur, & in extrauag. vnigenitus. 2. eodem tit. ibi vere pœnitentibus & confeſsis miſericorditer applicandum, &c. docent Ioannes Maior, Gerſon & Durandus in 4. d. 20. q. 2. col. 5. Cai. in tit. 15. de indulg. c. 10. Turrecremata. d. §. in Leuit. nu. 80. & ibi, Naua. notab. 18. nu. 16. & Cordoua lib. 5. de indulg. q. 24.

26 Ex quo veriſsimo intellectu reprobanda eſt doctrina Silueſtri, verſi. indulgentia. q. 7. Angeli in eodem verſic. §. 17. & Armillæ ibidem nu. 18. in principio (vbi allegatur Abb. in. c. omnis vtriuſque ſexus de pœnit. & remiſſ.) aſſerentium, quod vbi confeſsio ſacramentalis requiritur (vt in hac noſtra Bullæ clauſula) ſufficit in propoſito, & deſiderio, & ita ſufficit habere cõfitẽdi propoſitũ ad indulgentiam conſequendam, etiamſi pro forma requiratur.

Certius



Certius tamen eſt actu & non propoſito confeſsionem requiri ex dictis extrauagantibus, & ſi in Conc. Conſtant. contrarium declaratur dixerit Silueſter, vbi ſupra, Armilla tamen vbi ſupra in fine noſtra ſententia pedes (vt aiũt) fixit dicens bonum eſſe confiteri, nam ex vi ſacramenti cõfeſsionis multoties ex attrito fit quis contritus, & magis ad indulgentian conſequendam diſpoſitus.

Secundo reprobanda etiam eſt doctrina ſupplementi 27
Gabrielis in. 4. d. 45. q. 3. ar. 3. dub. 1. & Antonini. 1. p. q. 1. tit. 10. c. 3. §. 5. dicentium ad conſequendam iſtam indulgentiam confeſsionem illam, quæ fit ſemel in anno in quadrageſsima ſufficere, ſecundum eccleſię præceptũ de quo in. d. c. vtriuſque ſexus. Quia verius ex ſupradictis puto cõfeſsionem ſacramentalem & actualem de pręſenti requiri & deſiderari, neque illam ſufficere, ſed cordis contritionẽ, & actualem confeſsionem neceſſariam eſſe, vt clare depręhenditur ex noſtra Bullæ clauſula, ibi, Si de ellos eſtuuierẽ contritos de coraçon, y los confeſſaren de boca.

Tertio infertur ad omnia ſupradicta declaratio confeſ- 28
ſionem actualem neceſſariam eſſe, ſcilicet inualente loqui nam qui fari non poteſt, quia mutus eſt vel habet linguam impeditam ſufficit nutu, & ſignis peccata confiteri ita tenet Silueſter vbi ſupra. q. 10. Antoninus vbi proxime. §. 5 & Cordo. d. q. 24. cõtra ſupplementũ Gabrielis vbi ſupra q. 2. propoſit. 2. ar. 2. & ita intelligo procedere verba ſequẽtia huius nr̃æ clauſulæ, ibi. O no pudiendo confeſſar, &c. Ratio eſt, quia ſacramentalis eſt confeſsio, quæ fit per nutum, & ſigna verbis æquiualentia, pro qua ratione & intel- 29
lectu pondero tex. in. c. cum apud. 23. ibi, cum quod verbis non poteſt ſignis valeat declarare, & in. c. tuæ. 25. ibi, & per conſenſum mutum ſine verbis, &c. de ſponſalibus. vbi gloſſa verſi. verba & gloſſa. f. in. c. cum tibi de teſtamẽ-

tis

tis, & ita intelligo text.in .l. & in epiſtola.22. C. de fidei commiſsis,ibi,imo etiam nutu.l. cum proponebatur .66. in fine.ff.de leg.2.bonum text. in.l.nutu .21. ff. de leg.3. ibi,niſi ſuperueniens morbus ei impedimento ſit, &c. & meliorem tex.in.l.labeo.7.in fine.ff.de ſupellectili legata ibi,niſi & eos forte,qui loqui nō poſſunt connatu ipſo, & ſono quodam dicere exiſtimemus,& docet Baldus in repetitione.l.1.num.59.C.de ſacroſanctis eccleſijs, & plures alios ad iſtud propoſitum citat Couarrubias in.c.cum tibi numero.3.&.6.de teſtam. Quorum omnium potiſsi-
30 ma ratio eſt,quia ex nutu ipſo, & connatu vera confitendi voluntas,vel alia quælibet recipiendi ſacramenta deſideratio depræhenditur, ſecundum Romani Pontificis Euariſti teſtimonium relatum in.c.qui recedunt.26.quæſtione.6. ibi,ſimiliter ſubito obmuteſcens (prout ſtatum eſt) baptizari,aut pœnitentiam accipere poteſt ſi voluntatis præteritæ teſtimonium aliorum verbis habet, aut præſentis in ſuo nutu, &c. eandem rationem ſenſit gloſſa ad alia ſe extendens in.d.c.cum tibi verſiculo diſpoſitionem quam dicit ſingularem Iaſon in.l.iubemus columna.2.C. de teſtam.Baldus & Couarru.vbi ſupra nu.6. Quibus omnibus ſatis explicite tres priores noſtræ Bullę Cruciatę clauſulæ expoſitæ,& enucleatę remanent.

# Ad quartam clauſulam huius Bullæ.

## *SVMMARIVM.*

¶ *Vnde dicatur irregularitas,numero.1.*

Licet



Licet *nomen hoc irregularitas latiſsimam habeat ſignificationem per quandam tamen anthonomaſiam, & excellentiam ad ordinandos ſeu ordinatos eam referri neceſſe eſt,nu.2.*

*Irregularitatis veriſsima deſinitio ab authore depingitur, numero.3.*

*Impedimenta irregularitatis vtrum a diuino,vel humano iure ſint introducta pro vtraque parte diſputatur,n.4.*

*Sacramentorum formam ſeu materiam a Romano Pontifice,neque a Concilio vniuerſali poſſe tolli vel mutari tenendum eſt,nu.5.*

*Irregularitas, & eius impedimenta in iudicando, & conſulendo verius eſt non diuini, ſed humani iuris eſſe oſtenditur,num.6.*

*Diſſicillima ſacræ ſcripturæ & Apoſtolorum loca diuerſa interpretantur,nu.7.*

*Epiſcopis iam hodie conceſſa eſt in quacumque irregularitate,vel ſuſpenſione occulta diſpenſandi facultas,nu.8.*

*Irregularitas circa impediēdos ordines ſuſcipere,vel ſuſceptos ſuſpēdere ex quinq; ſolum modo cauſis euenire ſolet & iſthæc cauſæ ſingulatim depinguntur,nu.9.*

*Extenſio & declaratio huius quartæ clauſulæ, & capituli petitio.24.de homicidio cum alijs,nu.10.*

*Irregularis eſt ille qui ſine Romani Pontificis facultate etiā proteſtatione præmiſſa teſtimonium in cauſa criminali ſanguinolenta protulerit dummodo ex ea mors ſeu membri mutilatio ſequatur,nu.11.*

*Nouus intellectus, & veriſsima concordia ad text. in*

*ſancto*

ſancto Conc. Trid. ſeſſ. 14. in. 3. reformatione. c. 7 & Clementinam vnicam de homicidio, quæ adinuicem interſe prima facie pugnare videbantur, nu. 12.

Iura Canonica vltimi ſupplitij imponentia quomodo procedant veriſſime interpretatur, nu. 13.

Hodierna eccleſiæ conſuetudo, qua cauetur ſimplicia beneficia perſonalem reſidentiam non requiri quomodo intelligatur, nu. 14.

Reſidentia in omnibus beneficijs omnino requiritur. n. 15.

Romanus Pontifex tenetur ad reſidentiam, nu. 16.

Patriarcha aſtrictus etiam eſt ad reſidentiam, nu. 17.

Cardinales quos ſolus Papa creare poteſt quomodo, & quãdo ad perſonalem reſidentiam teneantur, & nõ poſſint niſi legationis cauſa abeſſe, nu. 18.

Archiepiſcopus etiam tenetur ad reſidentiam, & quid de ampla poteſtate Archiepiſcopi Compoſtelani circa creandum vicarium foraneum in diœceſi Salmantina declaratur, nu. 19.

Epiſcopi etiam qui in locum Apoſtolorum ſucceſſerunt tenentur ad reſidentiam perſonalem, & ſub pœna peccati mortalis eos vltra tres menſes abeſſe non poſſe ex noua Tridd. lege docetur, nu. 20.

Omnes habentes dignitatem aliquam in eccleſia cathedrali vel collegiali reſidere compelluntur, nu. 21.

Habentes etiam beneficia curata ad perſonalem tenentur reſidentiam, & ab eſſe non poſſunt niſi cum licentia ſuperioris ex graui cauſa cõceſſa, & in ſcriptis redacta, quæ vltra duos menſes non porrigitur ex noua Tridd.





deciſione, numero. 22.

Huius clauſulæ deciſio circa reſidentiam loquens de qua in Trid. ſeſſ. 23. c. 1. in verſic. eadem quas perſonas, & beneficia comprehendat declaratur, nu, 23.

Intellectus ad c. vnicum de clericis non reſidentibus in. 6. numero. 24.

Veriſſima declaratio ad tex. in. c. relatum verſic. niſi forte de clericis non reſidentibus, nu. 25.

Declaratio ad verba huius noſtrę clauſulę in hac Bulla Cruciata, ibi, No ſiendo curados, o de cargo de animas que eſtos no podran yr ſin licencia de ſu ſanctidad, num. 26.

Aliquæ abſentiæ iuſtæ cauſę vltra tempus a iure præſcriptum ab authore referuntur nu. 27.

Verus ſenſus ad. c. ad naſtrã el. 1. de iureiurando, nu. 28.

Quid & quale ſit priuilegium per Eugenianam conſtitutionem Salmanticenſi ſtudio, & alijs generalibus vniuerſitatibus conceſſum docetur, nu. 29.

Eugeniana conſtitutio hodie iam derogata eſt, & verus ac nouus traditur intellectus ad Trid. ſeſſ. 23. c. 1 in fine, numero. 30.

Quid hodiernus ſtylus requirat circa beneficiatos volentes, ſe à beneficijs cauſa ſtudendi in Salmanticenſi vniuerſitate, vel in alijs generalibus vniuerſitatibus abſentare, nu. 31.

Quid agendum ſit parocho iuſtam coram ordinario abſentiæ cauſam allegando, & nihilominus ab eodem ordinario reſidere cogatur, nu. 32.

Si iuſtam abſentiæ cauſam non allegando beneficiarij licen

*tiam ab ordinario diſcedendi petierint, & ea non obtenta receſſerint, qua pœna puniantur, nu. 33.*

*Solennia, quę hodierna die interuenire neceſſaria ſunt ad procedendum contra parochos abſentes ſine iuſta cauſa & licentia in ſcriptis redacta, nu. 34.*

*Beneficiarij cathedralium, aut beneficiarum eccleſiarum, ſi ſe vltra tres menſes abſentauerint, qua pœna puniātur pro prima, ſecunda, ac tercia vice docetur, nu. 35.*

*Intellectus ad Trid. ſeſſ. 24. de reformatione. c. 12. & quid circa eius obſeruantiam hodierna praxis obſeruet ab authore traditur, nu. 36.*

EX principio huius clauſulæ aperte colligitur clericos, ſiue regulares', ſiue irregulares in conflictu de gentes, & in eo eccleſiaſtica miniſteria exercentes nullam incurrere irregularitatem: principio enim pro huius exordij clauſulę veriſsima enucleatione, vt iure conſultorum more vtar ſecundum Vlpianum in. l. 1. ff. de teſtamen. Iuſtinianum in principio inſtituta eodem titulo, & Ciceronem lib. 1. officiorum à diffinitione irrigularitatis, ſignificatione & origine incipiendum eſſe exiſtimaui, vt facilius intelligatur quid ſit id de quo diſputatur. Irrigularitatis enim materia valde vtilis, & neceſſaria eſt, nullaq; ob id eget commēdatione laudari argumento text. in. l. 1. ff. de reſtitutione integrum.

1 Dicitur autem irrigularitas ab (in) quod eſt ſine, & (regula) ſecundum omnes ſcribentes in capit. niſi cum pridem. §. irregularitas de renuntiatione, nam ſicut omne illud, quod ſecundum regulam fit dicitur regulare, vt in toto titulo de ſtatu monachorum, & in. l. regulariter. 9. ff. de petitione hæreditatis, contrarium autem quod eſt extra regulam irregulare dici clara conſequentia eſt: ideo irregularitas ſignificat eſſentiam quandam extra regulam, vt docet Albertus Trocius lib. 2. de vero & perfecto clerico, cap. 28. nume. 3. Nauarr. in manuali cap. 27. nume. 191. & Couarr. in Clementina, ſi furioſus in. 1. part. exordio, num. 1. de homicidio. Vnde omnis irregularis ille dicetur, qui ſecundum materiam ſubiectam à regula declinauerit, & licet nomen hoc irregularitas in noſtro iuris 2 vtriuſque muſeo latiſsimam habeat ſignificationem, ſpecifice tamen, & per quandam anthonomaſiam, & excellentiam ad ordinandos, ſeu ordinatos tantum eam referri neceſſe eſt: ſecundum Innocentium in dicto: c. niſi cum pridem. §. irregularitas num. 7. & Speculatorem in titulo de diſpenſatione. §. iuſta, num. 2. in quibus, vt eam euadere poſsint Diuinus Paulus terdecim requiſitas conditiones requirit, vt habetur in epiſtola. 1. ad Timotheum c. 3. à verſic. oportet enim, & in epiſtola ad Titum. c. 1. verſi. huius rei gratia. Quarum omnium ſingula verba, ſingulatim explicat Gratianus in. c. vnum horarium. §. 1. cum ſequentibus. 25. diſtinct. vſque ad. 50. & ab. 81. vſque ad. 91. diſtinct. Docet Hoſtienſis in ſumma ſub tit. de temporibus ordinandorum nu. 8. & Siluester in ſumma, verſi. clericus. 2. & hodie probat regalis text. in. l. 30. cum ſequentibus vſque ad. 61. titu. 5. pa. 1. Ex quibus omnibus vltra illas tredecim cauſas alias plures conditiones in ordinando requiſitas colliges, quas in ſumma ponit rex. in. c. 1. 49. diſtinct. & late pro ſequitur Albertus Trocius in. d. lib. 2. per totum. Tales enim ſunt eligendi miniſtri eccleſiæ, qui digni poſsint ſacramēta tractare iuxta illud Leuit. c. 19. Sancti ſtote, quia ego ſanctus ſum, & in. c. tales. 23. d. ibi, Digne, &c.

3 Et licet irregularitas varie à noſtris interpretibus paſſim definiatur, frequentior tamen in hũc modum eius definitio valet figurari, vt ſit impedimentum Canonicũ, quo quis prohibetur ordinis ſacramentum ſuſcipere, aut in ſuſcepto miniſtrare. Quæ definitio paucis mutatis colligitur ex definitione Speculatoris, vbi ſupra in principio, ex Socino in.c.ad audientiã nu.4. de homicidio ex Nauarr. & Borgaſio ſupra.1.p.q.1.& ex alijs quos refert, & ſequitur Couarru.vbi ſupra, & ex Ledeſmio in ſecundam quart., q.26. art.2. pag.363. vbi ſingula ſingulatim interpretatur prædictæ definitionis verba.

4 Ex quibus ſine controuerſia colligitur irrigularitatis impedimenta inducta eſſe ex humano, non vero ex diuino iure, quod probari etiam ex eo videtur, quia iure pontificio clare ſtatutum eſt minime irrigularitatem contrahi niſi in caſibus ab ipſomet iure põtificio expreſsis, ex tex. ſingulari in .c.is, qui.18.ibi, Expreſſum in iure de ſentent. excommunicat. in.6.quem text.ad hoc commendant vltra Couarr. & ab eo relati vbi ſupra numero.3. in principio, Nauarr. in manuali.c.27.num. 194. & num. 250. & in.c.non inferenda.23.quæſt.3. num. 27. & Borgaſius de de irregularitate.1.part.quæſt.3.num. 10. quam etiam regulam obſeruat Innocentius in.c.f.num. 2. de clerico excommunicato, Tiraquelus in.l.ſi vnquam, verſi. reuertatur, num.251. C. de reuocandis donationibus, obidque poſſe in ea Romanum Pontificem diſpenſare argumento tex.in.c.propoſuit de cõceſsione præbendę, ibi, Qui ſecundum plenitudinem poteſtatis de iure poſſumus ſupra ius diſpenſare, & docet Couarr.in quarto.2.parte.c.6.§.9. numero.6.& facit text. in.l. 1. §. qui operas, ibi, Sed humana interpretatione.ff. ad Tertulianum, & text. in .l. f. C.de legibus, ibi, Leges condere ſoli Imperatori cõceſſum eſt iunctis illis verbis paulo inferius ſequentibus, ibi, interpres legum ſolus Imperator iuſte exiſtimabitur: & facit regalis tex.in.l.11.&.14.tit.1.pag.1.& nouiſsima.l.1. Tauri, ibi, Porque nos viſtas las dichas dudas declaremos e interpretemos las dichas leyes, &c.



Contrarium tamen imo ex diuino potius quam humano iure inductam fuiſſe irregularitatem, & eius impedimenta patet ex eo, quod Dauid iure diuino prohibitus fuit ædificare templum propter homicidium á ſe commiſſum iuxta illud, quod habetur primo Paralipomenon.c.28.ibi, nõ ædificabis mihi templum eo quo ſis vir bellator, & ſanguinem fuderis, & refertur in.c.ſi quis omnem.1.q.7.ibi, non ædificabis mihi templum, quia vir ſanguinum eſt: ex quo teſtimonio, & alijs, quę refert Couar.I.in Clementina vnica de homicidio.2.p.§.3.nu.3.manifeſte vincitur irregularitatem ex homicidio prouenientem, & eius impedimenta iuris diuini potius quam humani eſſe clarius apparet.

Secundo probari manifeſte videtur ex authoritate Apoſtoli diuini Pauli.1.epiſtola ad Thimoteum.c.3.in verſiculo oportet enim, & in epiſt.ad Titum.c.1.ibi, non percurſorem, &c. vbi omnia fere irregularitatis impedimenta, & requiſita ab ipſo Apoſtolo depinguntur: ergo nõ humani ſed diuini iuris eſt, & ſic Romanum Pontificem nõ poſſe diſpenſare pluſquam manifeſtum eſt ex eo, quia circa ea quæ ſunt iuris diuini, vt eſt irregularitas nullam habet Pontifex diſpenſandi poteſtatem, ex tex.in.c.ſunt quidam.25.q.1.ibi, vbi vero aperte Dominus, iunctis verbis ſequentibus, ibi, non nouam legem Romanus Pontifex dare, ſed potius quod prędicatum eſt vſque ad animam & ſanguinen confirmare debet, &c. & in.c.literas.13, ibi, diuina lege, &c. de reſtitutione ſpoliatorum columna.2. docet Pariſius Conſilio.5.51.&.68.volumine.1.Conſiliorũ

& Soto in.4.d.1.q.5.art.2.pro quibus facit hodierna Trident.conſtitutio ſeſſ.21.c.2.de poteſtate circa diſpenſationem ſacramenti euchariſtiæ in principio dum habet Romanum Pontificem, neque Concilium generale poſſe materiam & formam ſacramentorum tollere, vel mutare ex eo, quia illa non humani, ſed diuini iuris eſt, lex etenim diuina continet ea quæ ab ipſo Deo ſancita, & determinata ſunt, qua ratione diſpēſationem ab alio quam ab ipſo Deo non recipit, argumēto tex.in.d.l.fin.cũ alijs complicibus ſupra allegatis in nu.4.& docet in terminis diuinus interpres Thomas in.1.2.q.100.ar.8. & Couarr.in.4.2.p.c.6.§.9.num.4.in fine, & hanc ſecundam opinionem quod irregularitas ſit non humani, ſed diuini iuris tenuerunt Panorm.num.2.& Socinus nu.6.in.c. ad audientiam de homicidio.

5

6 Prior tamen opinio verior eſt, & in iudicando & conſulendo tenenda omnem, ſcilicet irregularitatem & illius impedimenta, non diuini, ſed humani iuris eſſe, ex Innocentio in.d.c.niſi cum pridem nu.8.de renunciatione, & in.d.c.ad audientiam numero.9. quem ſequũtur plures relati à Felino in.c.fin. nu.6.de maioritate & odedientia, Silueſter verſiculo irrigularitas in fine, à Villadiego de irregugularitate ſtatim in lecturæ exordio, a Nauarr. in manuali c.27.nu.192.& in.c.1.§.quibus num.10.de pœnit.diſtinctione.7. Quorum opinionem communem eſſe fatetur Couarr.in.d.Clementina vnica.1.p.nu.2.per totum, aſſerens hoc eſſe conſtitutiſsimum iuris axioma omnem irregularitatem, & eius impedimenta non diuino ſed humano iure inſtitutam fuiſſe, & ſic non obſtant duo illa argumenta, quæ in contrarium adducebamus, non primum deductum ex illa authoritate, primo Paralypomenon vbi Dominus dixit Dauidi, Non ædificabis mihi templum, eo

quod



quod ſis vir bellator & ſanguinem fuderis, & ex.d.c.ſi quis hominem.1.q.7. Cui breuiter reſpondēdum eſt illud fuiſſe præceptum veteris teſtamenti iam hodie per legem gratiæ antiquatum iuxta ſententiam diuini Gregorij & Auguſtini in.c.fin.vbi gloſſ.2.diſtinct.6.& eiuſdē Auguſtini in.c. translato ſacerdotio tertio, de conſtitutionibus, & docens plures referens Couarr.lib.4.variarum reſolutionum.c.19.nu.4.in principio, & ita non obligare, neque vllam iuris diſpóſitionem ſaltim obligatoriam inducere certum eſt. Neque minus obſtat ſecundum ex illa authoritate Apoſtoli.1.ad Thimoteum.c.3.& ad Titum.c.1. nam prohibitio Apoſtoli non diuinum, ſed humanum tantum conſtituit ius vt aperte colligitur ex eodem Apoſtolo.2.ad Corinthios.c.7.ibi, nam cæteris ego dico non Dominus, docet Soto lib.5.de iuſtitia & iure.q.1.art. 4. & Nauarr.in.d.manuali.c.27.n.197.

7

Sed adhuc grauiter obſtat, text. ex quo iſtam reſolutionem inficior & replicationem induco in.d.c.ſunt quidam dum aperte probat non poſſe Romanum Pontificem diſpenſare in ijs, quæ aperte Dominus, vel eius Apoſtoli diffinierunt, at in ijs, quæ dominus diffiniuit Papa non diſpenſat ex.d.Concilio Trident. vbi ſupra cum complicibus, ergo neque in ijs, quæ Apoſtoli ſtatuerunt diſpenſare poteſt, cum vtriuſq; ex illo tex.par ratio ſit, & ſic vtriuſque ſimile iudicium proferendum ex.l. illud. 32.ff. ad.l. aquileam, &.d.c.translato in fine de conſtitutionibus cũ alijs.

Nam huic replicationi reſpõdetur adhibita diſtinctione quod aut ea quæ Apoſtoli diffinierunt ſpectant ad fidē, vel non primo caſu procedit replicatio ex tex.in.d.c.ſunt quidam ſecundum gloſſam ibidem verſi. Apoſtoli gloſſ.in.c. priuilegia eadem.25.q.1.& gloſſa.f.in.c. ſicut.15.d.quas

 late

late pro ſequitur Pariſius Conſil.68.volumine.4.Conſiliorum.Secundo autem caſu vera illa noſtra reſolutio veritatis locum ſortitur,& illæ Apoſtoli authoritates procedunt:& ita in omni irregularitate,& quocumque eius impedimento pleno iure diſpenſat Papa ex communi quam reſoluit Villadiego vbi ſupra.c.f. & Couarr.vbi ſupra.d.
8 2.p.§.3.nu.3.in fine.imo quod magis eſt iam hodie ex Cõcil Trid.ſeſſ.24.c.6.in 2.reformatione epiſcopis conceſſa eſt diſpenſandi poteſtas in quacumque irregularitate, & ſuſpenſione occulta,& docet Couarr.in.d.Clementina vnica.2.p.§.3.nu.4.Nauarr.in manuali.c.27.nu.250. & num.239.verſi. 10. quod fratrer Antonius de Cordoua in quæſtionario iuris pag.25.&.125. Hieronymus de Mõte in lib.quæſtionum iuris.q.30.nu.29.&.q.29. nu.33. Vmbertus in tit.de hæreticis fol.6.nu.5. & Quintilianus Mãdoſius de aſsignatura gratiæ, pag. 58. & omnino videnda extrauagãs Pij.V.relata inter ſanctiones Apoſtolicas fol.108.& licet ante Trid.vbi ſupra in aliquibus irrigularitatis caſibus epiſcopis per miſſa fuiſſet diſpenſandi poteſtas vt videre eſt per tex.in.d.c.niſi cum pridem in verſi.ſi tamen culpa latet,& per gloſſam.f.verſi.poteſt epiſcopus in c.ſignificauit de corpore viciatis, & per Ancarranum in regula peccati veniali de regulis iuris in.6.col.3.& per archidiaconum in.c.de his.50. d. non tamen tam ampla ſicuti hodie conceditur per Triden.ſupra fuit illis vnquam conceſſa poteſtas.

9 Rurſus notabis irregularitatem circa impediendos ordines ſuſcipere,vel ſuſceptos ſuſpendere ex quinque tantũ modo cauſis ſolere prouenire,quas pro huius materię chronide recenſere & conglutinare decreuimus.

Prima irregularitas eſt illa,quæ cauſatur & prouenit ex defectu ſignificationis ſacramenti matrimonij de qua agitur in toto titulo de bigamis.

Secunda promanat ex defectu corporis de qua in titulo de corpore viciatis,de ſeruis non ordinandis,& de filijs præsbyterorum,& in titulo de obligatis ad ratiocinia.

Tertia prouenit ex defectu ſpiritus ſeu animæ qualis eſt fidei,vel ſcientiæ de qua in titulo de præsbytero non baptizato,& in titulo de ætate & qualitate.

Quarta delabitur ex defectu manſuetudinis & lenitatis de qua in.c.ſententiam ſanguinis.11. & fere per totum ne clerici,vel monachi ſecularibus negotijs ſe immiſceant.

Quinta & vltima euenit ex delicto de qua in Clementina ſi furioſus de homicidio,& in.c.f.de temporibus ordinandorum,& in titulo de homicidio in decretalibus & in.6.

Modo ad noſtram clauſulam deueniendo & eam interpretando dicendum eſt, nullam iſtarum irregularitatem contra hi clericum regularem vel irregularem pręſentem in bello iuſto,& exortantem verbo vel ſigno milites ad ſtrenue pugnãdum,vt probatur in eadem clauſula,ibi,Sin incurrir en irregularidad,&c.idem probat tex.in.c. hortatu & expreſſius in.c. quicumque el.2.23.q.8.ibi,ad inimicorũ Dei oppugnationem eis licet hortari,&c. gloſſa in c.petitio verſiculo remordet de homicidio, ſimilis gloſſa verſi.incitant in fine in.c.quod in dubijs.5.de pœnis,neque etiã irregularis cẽſendus erit in terminis huius noſtræ clauſulę clericus regularis, vel irrigularis qui in bello iuſto pugnauerit dummodo neminẽ occiderit,vel cuiuſuis membrum mutilauerit,quamuis in eo conflictu plures occiſi ſeu membris mutilati reperiantur, & ita intelligo procedere totum titulum de clerico percurſore vbi ponuntur quidam clerici percurſores,ſed non incurrunt irregularitatem,niſi occiderint vel mutilauerint,vt docet Speculator

tor in titulo de diſpenſatione. §. iuſta numero .9. Nauarr. in .d. manuali. c. 27. a numero. 212. & Borgaſius in titulo de
10 irregularitate .6. parte ſub Rubrica illius tituli, & ita primo etiam loco noſtram clauſulam extendo & intelligo tex. in. c. petitio. 24. de homicidio, & in .d. c. quod in dubijs. 5. de pœnis, & gloſſam verſiculo prodire in. c. citatis 7. quæſt. 1.

Secundo etiam extendo noſtram clauſulam ad alium caſum in qua clericus non eſt irregularis, ſcilicet quando Papa clerico regulari vel irregulari permittere, vt propria manu in bello pugnaret, & talis clericus in ipſo conflictu aliquem interfecerit, vel eius membrum aliquod mutilauerit: Ratio eſt, quia ſibi hoc facere permiſit, qui poteſtatem habet ſuper illa, & alia qualibet irregularitate diſpẽſandi, & hoc ſingulare eſt, quod aperte colligitur ex noſtra clauſula, ibi, Lo qual ſe declara ſerles licito en el exercito ſin irregularidad, Cum alias ſine licentia & permiſſu Romani Pontificis in caſtro, vel extra caſtrum, intereſſendo, ſententiando, ſententiam ſcribendo, conſulendo, hortando, præcipiendo, aduocando, vel quouis modo opem & auxilium ferendo homicidio, quis cauſam dederit irregularitatem non effugiat clericus, tex. in. c. ſententiam ſanguinis. 9. ne clerici vel monachi, ibi, aut vbi exerceatur interſit, &, ibi, nequiſquam clericus literas dictet, aut ſcribat pro vindicta ſanguinis deſtinandas, text. in .c. ſi quis viduam. 50. diſtinctione, ibi, aut facto, aut præcepto, aut Conſilio, &c. & cap. Henricus ſecundo de clericis pugnantibus in duelo, ibi, tam facto quam Conſilio, ſiue præcepto, aut defenſione ſcilicet euitabili, & in qua exceſsit modum inculpatæ tutelæ, & ita intelligo text. hic, & in cap. ſi quis viduam, ibi, aut defenſione iuncta gloſſa quinta ibidem, & in cap. cætero vndecimo de homi-

cidio,



cidio, cuius verba ſunt. De cætero noueris quod diaconus, qui homicidio cauſam dediſſe videtur, non videtur ad ſacerdotium promouendus, text. in dicto capitulo petitio, & reſoluit Marianus Socinus in. d. cap. ad audientiam numero. 71. & Nauarr. in manuali. cap. 27. numero. 209. & 229. & ante eos docuit Diuinus interpres Thomas ſecunda ſecundę, quæſtione. 64. articulo. 4. Ricardus in. 4. diſtinctione. 25. arti. 5. quęſtione .3. & ibi, Soto quæſtione
1. arti. 3. Couarr. ſupra. §. 2. numero. 1. in principio: Qui- 11
bus etiam adijciendum eſt irrigularitatem contrahi ab eo qui ſine Romani Pontificis licentia, & facultate teſtimonium in cauſa criminali ſanguinolenta protulerit dum ex eo mors, vel membri mutilatio fuerit illata etiam proteſtatione premiſſa tex. in. c. teſtimonium in principio iuncta ſua gloſſ. 1. 11. q. 1. ſimilis gloſſa, verſi. ad ſacerdotium ibi, aut teſtis, vel etiã notarius in cauſa ſanguinis, &c. tex. in. c. aliquantos. 51. diſtinct. & hæc eſt communis opinio Abb. & Felini in. c. de cætero de homicidio quam refert & ſequitur Couarr. in. d. Clementina vnica. 2. p. §. 5. numero. 5. verſic. 13. quorum omnium ſolida ratio ſit, quia indecorum eſt, vt ad ſacrificium Chriſto offerendum (qui mortem pro nobis, ſumma manſuetudine & lenitate paſſus eſt) ſe conferat is, qui prius humano ſanguine fuerit inuolutus, vt aperte colligitur ex text. in cap. ijs à quibus Domini ſacramenta tractanda ſunt iudicium ſanguinis agitare non licet, &c. cui conſonat illud Dauid. 1. Paralypo. c. 28. relatum in. c. ſi quis omnẽ. 1. q. 7. ibi, Non ædificabis mihi templum, quia vir ſanguinum es. Iſta tamen ſupradicta limitanda ſunt, eo in caſu quo quis ſe defendendo aggreſſorem interfecerit, vt non cenſeatur irregularis dummodo in ea defenſione moderamen inculpatę tutelæ non exceſſerit, nam alias talis exceſſus defenſionem ipſam

culpabiem

culpabilem ac pugnabilem reddit, quemadmodum con-
ſtat ex.l.1.C.vnde vi,ibi, in culpatę tutelæ moderatione
illam vim propulſare licet,&c.c.vt fame.35.in fine de ſen
tent.excommunicat.ibi,dum tamen non amplius eorum
violentia ſe extẽdat quam defenſio,vel rebellio exigit cle
ricorum,&c.tex.in.c.ſignificaſti el.2.18.in ordine prope
finem de homicidio,ibi,quamuis vim vi repellere omnes
leges,& omnia iura permittant, &c. quia tamen id debet
fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ non ad ſumen-
dam vindictam,ſed ad iniuriam propulſandam,& ibi gloſ
ſa verſiculo tutelæ, & ſecundum hanc reſolutionem intel
ligo procedere tex.vulgarem in.l.vt vim.3.ff. de iuſtitia
& iure.l.1. §. ſed cum arietes .ff. ſi quadrupes pauperiem
feciſſe dicatur,&.l.15.qui aggreſſorẽ.2. C. ad.l. Corneliã
de Sicharijs,et tex.in.d.c.ſi quis viduam,ibi,aut defenſio
ne iuncta gloſſa,ib,in eodem verſiculo tex. etiam in .c. 2.
de clericis pugnantibus in duelo,ibi,aut defenſione & .l.
2.tit.8.pag.7. ibi,fueras ende ſi lo mataſſe defendiendoſe
12 viniendo el otro cõntra el,&c. et.l.2.tit.1.pag.1.ibi,Que
cada vno ſe pueda amparar, etc. Vnde etiam concilianda
ſunt iura,quæ adinuicem ſibi repugnant in Trid.ſeſſ.14.
in.3.reformatione.c.7.ibi,ſi vero homicidium nõ ex pro
poſito ſed caſu,vim vi repellendo, vt quis ſe â morte de-
fenderet fuiſſe commiſſum,iunctis illis verbis ſequẽtibus,
iure quodammodo diſpenſatio debeatur,ex quo eum,qui
vim vi repellendo aliquem interfecit irregularẽ exiſtere
clare conſtat at contrarium reperitur expreſſum in Cle-
mentina vnica de homicidio,ibi,nullam ex hoc irregula-
ritatem incurrit,et idem de illo cenſemus,qui mortem ali
ter vitare non valens ſuum occidit, vel mutilat inuaſſo-
rem,ect,vt Trid.deciſio procedat,ſcilicet quando quis ex
cedendo modum inculpatæ tutelæ(licet vim vi repellen-
do)



do)ſuum occidit inuaſorem, quo caſu irregularis eſt, &
ſic ab eo diſpenſatio erit poſtulanda,& cum cauſæ cogni-
tione ſibi,concedenda,text.autem in.d.Clementina vni-
ca expreſſe loquitur in eo, qui cum mortem aliter vitare
non valeret(nec fugere ſecundum aliquos,& gloſſa verſi-
culo non valens ibidem)ſuum interfecit aggreſſorem, vel
mutilauit inuaſorem,qui pari paſſu ambulant: ideo in eo
tex.nulla requiritur diſpenſatio cum nulla contrahatur ir-
regularitas diſpenſationis petendæ cauſam præbens,argu
mento text.in .l. nam etſi ſub conditione.5. §. poſt defe-
ctum.ff.de iniuſto,rupto,irritoq; facto teſtamento,&.c.ad
diſſoluendũ.13.verſi.quo circa de deſpõſatione in puberũ.

Neque his omnibus obſtat iure Canonico ſæpiſsime
imponi pœnam mortis,& vltimi ſupplicij, & ſic nullã ir-
regularitatem ex ſententia,teſtimonio, conſilio, hortatu,
præcepto ſeu facto in cauſa ſanguinis contrahi dicamus,vt
videmus in.c.2.de maioritate & obedientia,ibi,Qui non
obedierit principi morte moriatur.c.1.de homicidio,ibi,
Ab altari meo euelles eum,vt moriatur.c.1.de furtis,cuius
verba ſunt, Qui furatur hominem, & vendiderit conui-
ctus morte moriatur.c.delatori.5.q.6.ibi,Caput ampute-
tur.c.omnis autẽ lex.3. d.ibi, Vt qui eodem fecerit capite
plectatur,&c. Et .c. mulier.15.q.1.ibi,Interficietis mulie
rem,&c.Nam veriſsime dicendum eſt in omnibus ills iu-
ribus,& alijs ſimilibus Papam reſpondiſſe de iure ad quæ 13
ſtionẽ ſibi propoſitã in caſu ſpeculatiuo, vt magiſter in .l.
interrogãti dicens,vel in cathedra diſcipulorũ propoſitio
nibus reſpondens, vel vt iudex extra iudicij querellam &
litem motam ſeu promouendam non deciſiuum iudiciũ
præbens,ex gloſſa pulchra & magiſtra,verſic.conſuluit in
c.ex literis de exceſsibus prælatorum,quam multis exor-
nat propoſitus in .c. miror, & in .c. ſi quis viduam.50.d.
Similis

Similis gloſſ.verſi.vt qui cedem in.d.c.omnis autem lex.
Docet Baldus in .c. 2. de maioritate & obedientia , Feli
nus in.c.ſi quando col. 2.de reſcriptis, & in .c. ſicut dig-
num num.9.de homicidio,Ripa in.c.2. num. 4. de iudi-
cijs,& Bernardus Diaz de Lugo in practica.cap.59. & ita
omnia ſupradicta iura intelliguntur & procedūt:ſecus ta-
men eſſet in caſu practico ſeu eminente,quia tunc nec le-
gem, nec conſilium, nec teſtimonium, nec patrocinium,
neque auxiliū abſque irregularitatis macula præſtare cle-
rici poſſunt,& ita procedit tex.in.d. c. ſi quis viduam .d.
c. ſententiam ſanguinis.d.c.Henricus.d. c. de cætero .d.
c.teſtimonium , in principio cum ſua gloſſ.1.& gloſſ.1.2.
3.&.4.in.d.c.ſi quis viduam,& in.d.c.omnis autem lex,
iuxta ea que tradit Albertus Trocius lib.2. de vero & per
fecto clerico.c.20.& Bernardus Diaz.c.125.& ſic hæc de
irrigularitate, quoad noſtræ clauſulæ intellectum ſufficiāt,
quia iam maiora me expectant.

Rurſus ex hac clauſula non minus ſingulare priuile-
gium clericis beneficiatis concedetur in illis verbis, Y que
puedan ſeruir ſus beneficios por tenientes idoneos,no ſiē
do curados, Quibus verbis prædictis clericis beneficia ſim
plicia habentibus,& munera eccleſiaſtica cum ſuperioris
licentia in belli conflictu exercentibus, ac ſi perſonaliter
comparerent ſuis beneficijs aſsiſtere illi omnes iuridice
reputātur. Quod priuilegium emanare videtur ex hodier
14 na vniuerſalis totius fere eccleſiæ conſuetudine,qua cauē
tur ſimplicia beneficia perſonalem reſidētiam non requi-
rere, iuxta celebre dictū Innocētij in.c.fin.de clericis nō
rēſidentibus communiter approbatum ſecundum Abb.
in.c.extirpandæ.§.qui vero,num.39.de præbendis, Selua
de beneficio.2.p.q.4.Alexand. conſilio .1. lib. 7. conſi-
liorum,Bernardus Diaz de Lugo in practica.c.47.& late
Andreas



Andreas ab ex ea in .c. cum omnes de conſtitutionibus?
debent tamen pro toto illo abſentiæ tempore conſtitui
vicarij,qui illorum beneficijs deſeruiant alias enim priui-
legium de quo hic, vel conſuetudo illa nullius erit momē
ti ſecundum Abb.Felinum,& omnes ſupradictos in.c.cū
omnes,& Decium in.c.1.nu.2.de cōſuetudine,Rochū de
Curte in.c.fin.de conſuetud.pag.408. col. 4. & Couarr.
lib.3. variarum.c.13.nu. 9. Pro qua limitatione pondero
verba huius clauſulæ,ibi, Puedan ſeruir ſus beneficios por
tenientes.Sed contra hoc facere imprimis videntur ſequē
tia.1.quod reſidentia in beneficijs omnibus omni iure di
uino , naturali & poſitiuo requiritur, Diuino iuxta illud
Lucç.10.&Matth.16.relatū in.c.per venerabilem.13.col. 15
4.verſi.quodcunq; &c.Qui filij ſint legitimi, quod præ-
ceptum omnes prelatos etiam inferiores,& ſimplices be-
neficiatos comprehendit ſecūdum Bartholomęum de Mi
randa Archiepiſcopum quondam Toletanū in ſuo tit. de
neceſſaria epiſcoporū reſidentia,Soto lib.10.de iuſtitia &
iure.q.3.ar.1,Caſtro lib.1.de iuſta hęreticorum punit.c.4.
Nauarr.in manuali.c.25.nu.120.&.121.& plures quos re
fer & ſequitur Couarr.lib.3.variarū.c.13.nu.9.Naturali,vt
latiſſimo ſermone probat Soto vbi ſupra in ar.2.de natu-
ra & gratia in fine,& Gigas de reſidentia.c.2.

Poſitiuo ſecundum diuerſa cōcilia relata per totū.7.q.1.
& in tit.de clericis non reſidentibus in decretalibus, & in
6.& nouiſsime per Cōc.Tri.ſeſſ.6.c.1.de reformatione &
ſeſſ.23. cap.1. de reformatione, & in.l.16.&.17.tit.16.pa.
1.ex quo.1.loco in Romano Pontifice cui immediate paſ
cēdi gregis cura cōmiſſa fuit Ioan.20. neceſſario hęc reſi-
dētia requiritur, in quo omnes quos ſupra retulimus con-
ueniūt, quod probatur ex eo,quia Pontifex eſt ordinarius
ordinariorū,& totius chriſtianę orbis epiſcopus ex.c.per
princi-

principalem, ibi, In quoslibet clericos quacumque diœceſi cum neceſſe fuerit ad nos conuocare, &.c. cuncta per mũdum.9.q.3.ibi, vt poteque de omni eccleſia fas habeat iudicandi.c.2.de præbendis lib.6.ibi, Plenaria diſpoſitio ad Romanum noſcatur Põtificem pertinere. Docet Selua de beneficio.1.p.q.4.nu. 49. volumine .15.diuerſorum, ideo licet ipſe Romæ debeat reſidere ex .c. Conſtantinus 96.d.&.c.fundamentum de electione lib. 6.ſed quia eius miniſterium non principaliter in loci reſidentia, ſed in recta totius chriſtianæ reipublicæ adminiſtratione conſiſtit: ideo vbi curiam habere maluerit dicetur Roma.c. vbi periculum.3.§.1.de electione in.6. ibi, In ciuitate in qua cũ ſua curia reſidebat, gloſſ. verſic. ſedem, verſic. ſed intelligam in.c.cum diuerſis.2.de priuilegijs in.6.docet Feli. in c.ego.N.nu.9.de iureiurando, Abb.in .c. dudum de crimine falſi, & Rophiniacus lib.de re Pontificia.

17 Secundo loco Patriarcha ad reſidẽtiam tenetur ex eo, quia in eccleſia Dei, ſecundum locum poſt Romanum Põtificem obtinet ex.c.Conſtantinopolitanę, &.c.renouantes.22.d.& probatur in.l.9.cum ſequentibus titu.5. par.1. cuius priuilegia recẽſet gloſſ.in ſumma.9.q.3. ſimilis gloſſa verſic. exceptis in.c.paſtoralis de officio ordinarij, & Duarenus lib.1.de ſacris eccleſiæ miniſterijs.c.9. & Boerius de authoritate magni Concilij, nu.49.&.in.l.11.tit.5. par.1. Eleganter Lupus in.d.l.9.verſic.1. Intelligo tamen non teneri Patriarcham ratione tantum Patriarchatus ad reſidentiam prædictam niſi annexam, & coniunctam habeat eccleſiam Archiepiſcopalem, vel parochialem, ratione cuius oues ſibi committantur, & earum habeat curam, cuius reſpectu ad reſidentiam teneri dicendum eſt, vt colligitur ex Trid.ſeſſ.23.c.1.de reformatione, ibi. Patriarcha libus iunctis verbis ſequentibus, ibi, Obligari ad perſonalem



lem in ſua eccleſia, vel diœceſi, vbi iniuncto ſibi officio teneantur, & ex ſupradictis authoritatibus, & rationibus, & ſupra referendis.

Tertio locò, Cardinales, quos ſolus Romanus Pontifex creare, & inſtituere poteſt ex gloſſa verſi. poteſtatis in Clementina, ne Romani de electione, & ibi docet Car. Oldraldus conſilio.63. Siculus de pręſtantia Cardinalium q.1.in principio, volumine .14. diuerſorum Boerius vbi ſup. á nu. 50. Duarenus.d.lib.1. in.c.13. ſunt enim Cardinales Papæ coadiutoris, & conſiliarij, quapropter debent perſonaliter reſidere ex .d. c. per venerabilem in .§. rationibus, & in.c. fundamenta .§. decet de electione in 6. Neque poterunt abeſſe, niſi cauſa legationis, vt ſępe fit ex gloſſa verſi. nihilominus in.c.nobiliſsimus.97.d.adeò quod non reſidentes priuantur beneficijs ex tex. in capit. ex geſtis.2.de clericis non reſidentibus, & ex cap. ſancto rum.70.diſtinct.& de eorum abſentia, & pœna late diſputat Matthæus de Afflictis deciſione .289. & nouiſsime Trident.d.ſeſſ.23.cap.1. verſi. etiam ſi ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalis ſint, &c. Sed certe ſi cum iudicio aduertatur contrarium verius videtur, nam Cardinales ex propria eorum dignitatis natura officium habent, non autem beneficium, ideo licet non reſideant in officio non debent vtique ea ratione beneficijs, quæ non habent priuari argumento text. ſępe allegati in .l. nam & ſi ſub conditione.5.§.poſt defectum.ff. de iuſto, rupto, & cap. ad ad diſſoluendum.13.verſiculo, quo circa de deſponſalibus in pub. ad text. autem in dicto cap.2. Reſpondeo, quod ibi deponitur Cardinalis non propter abſentiam in officio, ſed quia eccleſiam habebat parochialem, á qua per quinquenium abſens fuerat, & ideo illa priuatur ex regula de non reſidendo in beneficio, non vero ratione officij; 18 Sẽſus ad c.2.de clericis non reſid.

 cadem

Sẽſus ad Trident.

eadem etiam ratione accipiendum eſt Trident.ſupra, ſcilicet quod ibi non conſtituit neceſſariam eſſe Cardinalibus reſidentiam in officio purpuræ, ſed dicit Cardinales priuilegio purpuræ non excuſari à reſidentia illius eccleſiæ,quæ perſonalem aſsiſtentiam requirit ex officio ſibi iniuncto,vt colligitur ex illis verbis,etiam ſi ſanctæ Romanæ eccleſię Cardinales ſint obligati ad perſonalem in ſua eccleſia reſidentiam vbi iniuncto, ſibi officio defungi teneantur,&c.

Quarto loco Archiepiſcopus, qui eſt minor Patriarcha,& maior epiſcopo,& eſt maior epiſcopo,quia præeſt omnibus epiſcopus ex capit.placuit.18.diſtinctione. cap. cleros.21.diſtinct.& cap. in illis.80.diſtinct. & ex Rega-
19 li.l.15.titu.5.pa.1. cuius inſignia priuilegia recenſet gloſſa in ſumma.9.quæſtione.3.&.d.l.15. vbi Lupus docent Barbacia,Selua,& Boerius vbi ſupra circa cuius reſidentiã reſoluendũ eſt ratione ſuperioritatis non eſſe ei certã reſidendi formam præſcriptam, ſed ſecundum conſuetudinem in vnaquaque Prouincia debere conſtituere iudices appellationis ex text. in capit. 1. §. quia in cauſis de officio ordinarij in .6. a qua conſuetudine apud nos Archiepiſcopus Compoſtellanus amplam habet poteſtatem conſtituendi vicarium foraneum in diœceſi Salmantina,qui paſsim cognoſcit de ſubditorum ſuorum ſuffraganeorum totius Prouinciæ Compoſtellanæ cauſis per appellationem, ad ipſum Archiepiſcopum deuolutis, vel alio quouis modo ad eius cognitionem pertinentibus, qua in re hodierna praxis ibidem obſeruat, vt à ſententijs Epiſcoporum ſuffraganeorum, vel eorum officialium generalium recta via ad iſtum Vicarium foraneum, Archiepiſcopi Compoſtellani Salmanticæ conſtitutum appelletur. Iſtam tamen conſuetudinem in alijs Epiſcopatibus



copatibus, iamdiu admiſſam nunquam Epiſcopus Salmantinus,nec eius anteceſſores admittere voluerunt fundans ſe in rigore text. expreſsi in dicto cap. 1. de officio ordinarij in.6.& ſic hodie ab ipſius epiſcopi Salmantini, vel eius Vicarij generalis ſententijs recta via appellatur ad ipſum Archiepiſcopum Compoſtellanum, & non ad prædictum eius Vicarium foraneum(quem iudicem Metropolitanum appellamus) & ipſe Archiepiſcopus tunc illius cauſam delegat, & committit ſuo officiali foraneo Salmanticæ exiſtenti,quam delegationem,& commiſsionem merito facere poteſt, imo tenetur iuxta deciſionem text.& ibi gloſſa,verſic. poſsint in dicto cap. 1. & in .c. vt litigantes.5. eodem titu. & lib.Cæterum vt ad rem redeamus ſi Archiepiſcopus ſub titulo, vt in Hiſpania habeat epiſcopatum vel parochialem, vt in talia debet iudicari, quoad reſidentiam ſecundum illius Eccleſiæ naturam, vt diximus ſupra in Patriarcha,ex quo intelligo text.in cap. qualiter .9. de clericis non reſidentibus vbi in caſu illius text. Archiepiſcopus priuatur Eccleſia propter quadriennij abſententiam, quod vtique intelligendum eſt ex eo, quia erat epiſcopatus cuius natura ad perſonalem reſidentiam obligat,& aſtringit.

Sẽſus ad c. qualiter de clericis non reſid.

Quinto loco,epiſcopi,qui in locum Apoſtolorum ſuc- 20
ceſſerunt ex.c.quorum.68.diſtinct. & in cap. in nouo.21. diſtinct. tradit Bertadinus lib. 1. de Epiſcopis .1. parte, & Duarenus dicto lib. 1. cap. 7. & .9. de cuius excelentia,& dignitatis culmine nam ſummus Sacerdos, & Pontifex nuncupatur in cap. ſi Epiſcopus .18. diſtinct. capit. in nolita, & cap: de perſona. 11. quæſtione.1. cap. de ijs de conſecrat. diſtinct.5.c.1.de ſacra vnctione, &.c. venerabilis de præbendis,vide Card.in Clement.1. de renunciatione, agit de eis bonus text. in .l.16. titu. 5.parti.1.

cum ea tamen tanta dignitatis excellentia non liberantur à reſidentia iure diuino, imo ad illam tenentur ſicuti omnes illi, quibus paſcendæ gregis Chriſtianæ cura commiſſa eſt, de quibus hactenus diſſeruimus, idque iure etiam pontificio ſatis liquido conſtat ex text. in cap. 1. & cap. qualiter. 9. de clericis non reſidentibus. cap. epiſcopum, & cap. non oportet. 7. quęſtione. 1. Trident. ſupra Siculus, Selua, & Bertadinus ſupra. & Soto lib. 1. de iuſtitia & iure, quæſtione. 3. arti. 1. & . 3. quorum omnium receptiſſima ſententia veriſsimum eſt, epiſcopos debere reſidere in loco cathedralis eccleſiæ ſaltim in diebus Natalis Domini, Epiphaniæ, Paſchatis, & Penthecoſtes, & alijs aliorum feſtiuitatem diebus de quibus in cap. ſi quis in clero, & in. c. placuit. 7. quæſtione. 1. ſed in Trident. d. ſeſsione. 6. cap. 1. Epiſcopos abſentes varijs pœnis comminatur, & afficit, & rurſus. d. ſeſſ. 23. cap. 1. pulcherrimis verbis præmiſsis conſtituitur Epiſcopos abeſſe non poſſe vltra tres menſes alioquin mortale crimen committere abſque alia declaratione, quod etiam Pius. V. ſuo proprio motu confirmauit, vt conſtat ex relatione facta inter ipſius proprios motus cōtra omnes Archiepiſcopos, Epiſcopos, Patriarchas, & alias eccleſiaſticas perſonas curam animarum habentes non reſidentes pag. mihi. 54.

21 Sexto loco habentes dignitates in eccleſia cathedrali vel collegiali, vt eſt Decanus, & Archidiachonus, & ſimiles, dignitas enim generaliter ſumpta, quendam honoris gradum ſignificat. l. 1. §. penult. ff. de ventre inſpiciēdo, & l. 1. cum ſequentibus. C. de dignitatibus, lib. 12. Briſonius & Berrucius, læ. 4. de verborum ſignificatione ſpecifice tamen ſumpta dignitas, quoad noſtrum propoſitum omiſſa definitione gloſſæ verſi. dignitas in. c. denique. 4. diſtinct. & verſi. maiores in. c. ſedes de reſcriptis, & verſi. digni-



dignitatis in. c. quia nonnulli de clericis non reſidentibus eſt præeminentia quædam in eccleſia cum iuriſdictione, vel adminiſtratione, ex Abbate in. c. de multa num. 25. de præbendis, Selua vbi ſupra. 1. p. q. 3. nu. 71. Boerio in deciſione. 286. & Rebufo in praxi. c. ſeculare beneficium, nu. 7. Medicis de definitionibus. c. 41. Mādoſius de ſignatura gratię. §. dignitates, col. de redditibus. c. 13. quibus nouiſsime ſuffragatur hodie Trid. ſeſſ. 24. c. 12. in. 2. reformatione, quæquidem præeminentia ad perſonalem reſidentiam aſtringit præbendatū quippe cū talis dignitas ſit beneficiū & cū præeminentia, & omnia beneficia etiā ſimplicia iure directo requirant perſonarū aſſiſtentiam ex tex. in. c. cō querente. 6. & c. fin. de clericis nō reſid. & in. c. ad hæc. 13. in fine de prębendis. c. cū ſingula. 32. de præbēdis in 6. ibi, Cū ſingula officia, &c. iuncto. c. f. de reſcriptis in. 6. vbi omne beneficiū datur propter officium, docet gloſſ. f. in. d. c. f. de clericis non reſident, gloſſ. f. in. c. cum omnes de conſtitutionibus ſimilis gloſſ. verſi. intitulatam in. c. dudum el. 2. de electione, & verſi. de iure in. c. gratia de reſcriptis in. 6. & verſi. niſi vnicum in. c. 1. de conſuetudine eodem lib. 6. & verſi. in probante in. c. vnico de clericis non reſidētibus in. 6. & hęc eſt vera, & communiter approbata reſolutio ſecundum Couarr. lib. 3. variarum. c. 13. nu. 9. & Nauarr. in manuali, c. 25. nu. 120. ideo non ſine cauſa dignitas reſidentiam poſtulat prout in ſpecie probat text. in. c. ex parte. 1. de clericis non reſidentibus, vbi Decanus de quo ibi, propter abſentiam priuatur, vt optime diſſeruit Boerius, & Selua ſupradicta. 1. p. q. 2. Rebuf. ſupra in titu. diſpenſatio de non reſidendo, & Duarenus lib. 8. c. 5. de ſacris eccleſiæ miniſterijs, quod confirmatur hodie ex noua Tridentini lege, ſeſſ. 24. c. 12. 17. & 18. & quia conſuetudine iam effectum erat, vt in quacumque eccleſia non ius di-

 rectum

rectum reſidétiam poſtulans,ſed ſpecialis conſuetudo obſeruaretur,qua dignitates à reſidentia excuſarentur, huic tamen neceſsitati Conc. Trid.in.d.c.12.conſuluit prædictum prorſus conſuetudinem abolendo dum pręcipit omnibus obtinentibus in cathedralibus,aut collegiatis eccleſijs dignitates,Canonicatos,præbendas,aut portiones, vt non ſibi liceat vigore,cuiuslibet ſtatuti,aut conſuetudinis vltra tres ſaltim menſes quolibet anno ab eiſdem eccleſijs abeſſe,vt etiã docuit in terminis Couarr.vbi ſupra:d.nu.9. in fine,verſi.cæterum.

22 Septimo loco habentes beneficia curata,qui parochi(apud nos,vt in Trid.ſeſſ.24.c. 1. de reformatione) paſsim nuncupantur iure etiam naturali diuino ad reſidentiam tenentur iuxta illud Ioan.10.&Matth.16.iuncto.c.1.21.q.1. & expreſsius in Trid.d.ſeſſ.23.c.1.in.2. reformat.ibi, Cũ præcepto diuino mandatum ſit omnibus,quibus animarũ cura cõmiſſa eſt,&c.Et probãt vltra allegatos in principio huius noſtri thematis Franciſcus Turrenſis in lib.de reſidentia, Antonius Paganus de iuriſdictione & reſidentia epiſcoporum,ſeſſ.6.&.7.& Thomas Cãpegius, Iacobus Nauclantus,& Leonardus Benedictus in libris,quos typis mandarunt de reſidentia:licet Soto.d.lib.10.q.3.ar.1. Miranda & Alij vbi ſupra dixerint parochos minus obligari ad reſidentiam,quã epiſcopos ex eo,quia cauſa inter eos lõge remota eſt,iure etiam Canonico,ſine cõtrouerſia clare hoc certiſsimũ eſt,ex tex.expreſſo in.c.2.c.conquęrẽte.6. &.c.fin.de clericis non reſidentibus.c.relatũ.9. de præbẽdis.c.licet Canon.14.c.cum eo.3.de electione in.6.& cõfirmat Trid.vbi ſupra in verſi.eadẽ,&Motus proprius Pij V.latus ſuper reſidentia facienda in parochialibus,pag.mihi.134.præcipiturq; in.d.Trid.d.verſi.eadẽ, omnino neceſſariam fore epiſcopi licentiam,& facultatem in ſcriptis

redactam



redactam,vt parochi ab eccleſijs ſuis diſcere poſsint, quæ tamen licentia niſi ex graui cauſa,vltra duos mẽſes concedenda non eſt.Naua.tamen in manuali Latino.c.25. nu. 121.aliqua fundamenta adducens aſſerit in terminis Concilij Trid.ſupra epiſcopi licentiam, quoad duos tantum menſes neceſſariam non eſſe:ſed profecto ſalua pace tanti viri contrarium videtur dicendum,ſi attẽtius verba.d.Cõcilij perpendantur,ex quibus aperte deducitur ſemper neceſſariam eſſe epiſcopi licẽtiam etiam quoad duos mẽſes, & ita hodierna praxis vbiq; obſeruat,Cõcilij tamen intentũ(ni fallor)illud eſt,vt quoad bimeſtre tempusq; cũ cauſa erit iuſta veluti recreationis, vel viſitandi amicos cõterraneos,vel propinquos,vltra bimeſtre tñ grauior requiritur cauſa, & talis epiſcopi arbitrio reputetur,& ita tenẽdũ eſt.

Contra Nauarr.

Sẽſus ad Trid.

ad argumentum modo deueniendum & iſtis omnibus perſonis ad reſidentiam iure diuino,naturali, & poſitiuo tenentibus ſimiles ſunt habentes ſimplicia beneficia etiã tenuiſsima,quia perſonaliter etiã reſidere tenẽtur ex text. in.c.quærente.6.&.c.f.de clericis non reſidentibus cum alijs iuribus,gloſsis, & doctoribus allegatis ſupra in reſidẽtia quoad dignitates,probat Innocen.ſibi in.c.ex tuæ.nu. 3.de clericis non reſidentibus, & Abb.in.d.c.f. ſed Papa in illis,& cum illis non poteſt diſpenſare ex tex.in.d.cap. ſunt quidam.25.q.1.c.literas de reſtitutione ſpoliatorum, &Trid.ſeſſ.21.c 2.ergo neq; in iſtis,& corroboratur hæc argumentandi ratio ex eo,quia quodcumque beneficium 13
datum in titulum,& propter officium reſidentiam perſonalem requirit, cap. præterea,&c.Quia in tantum de præbendis iuncto,cap.f.de reſcriptis in.6. ſed ſimplex beneficium datur in titulum,& propter officium ex.d. c. conquęrente,&.c.2.&.f.eodem tit.&.cap. ſanctorum.70.d. ergo in eo neceſſaria exigitur reſidentia,quæ etiã rationes



militare

militare ſupra diximus in Canonicis eccleſiæ cathedralis vel collegiatę, & eorum reſidentiam neceſſarium eſſe oſtẽdimus etiam ex noua deciſione Trid. ſeſſ. 24. c. 12. in verſic. omnes vero. Cæterum ſi Papa non poteſt diſpenſare cum beneficiatis ſimplicibus ex ſupradictis, ergo nec ordinarius poterit in caſu noſtræ bullæ cum ſimplicibus beneficiatis, & euntibus ad bellum cauſa ibidem ſpiritualia munera exercendi diſpenſare, vt per idoneos ſubſtituros, & locum tenentes eorum altaris beneficia miniſtrentur.

23 Sed his non obſtantibus dicendum eſt veriſsimam eſſe noſtræ clauſulæ concluſionem de ſimplicibus beneficiatis tantum loquentem (quia de curato de quo ſequẽtia verba ſe habent dubium non eſt) quos à reſidentia excuſari, hodierna diã (vt ſupra diximus) vniuerſalis fere totius eccleſiæ conſuetudo interpretatur, dummodo vicariũ, qui recte illi deſeruiat conſtituant, & ita abſentes poterunt iuridice principales ſuorum beneficiorũ redditus percipere gloſſ. verſi. conſuetudinem in. c. cum omnes de cõſtitutionibus gloſſ. verſi. vtilitas in fine, in. c. vnico de clericis nõ reſidentibus in. 6. & verſi. fructibus, in. c. fin. de reſcriptis eodem lib. 6. Docet Innocentius in. d. c. ex tua à nu. 3. & Couarr. d. lib. 3. variarum. c. 18. nu. 9. ibi, Quod verum eſt in beneficijs ſimplicibus, quibus animarum cura non incumbit, &c. Et ita priuilegium huius clauſulæ procedere interpretor in illis duntaxat locis, vbi prædicta conſuetudo non viguerit, cum alias talis conſuetudo admodum grauis, & damnoſa eccleſijs videatur argumento tex. in. c. f. de conſuetudine, & in. d. cum omnes, docent omnes, nõ enim iure diuino, ſed humanum tantum beneficium ſimplex quantuncumque minimum reſidentiam exigit perſonalem, vt docet ad interpretationem illorum iurium in. d. c. conquerente cum complicibus Innocentius in. d. c. ex tua nu. 3. Abb. in. d. cap. f. Selua de beneficio. 4. p. q. 1. in principio Rebufo in praxi tit. de diſpẽſatione de nõ reſidendo in principio, Roſiniacus. d. lib. 3. c. 7. & 8. & gloſſ. in pragmatica ſanctione in procemio verſi. reſidentia, & ita cum illis, qui iure diuino, naturali, & poſitiuo de quibus ſupra diximus ad reſidentiam tenentur perſonalem nihil commune habet ſimplex beneficiatus, cui nulla ſicut & illis incumbit ſubditorum cura, & ita prodedit argumentũ.



Nec huic reſolutioni obſtat tex. in. c. unico de clericis non reſidentibus in. 6. vbi omnino prædictam percipiendi fructus in abſentia conſuetudinem reprobat, quia loquitur in clericis beneficiatis in eccleſia cathedrali vel collegiata, & tunc tantum improbat conſuetudinem percipiendi diſtributiones quotidianas in abſentia, quę ſolum interessentibus debentur, & ita clare ex eo tex. conſequitur defendi poſſe prædictam conſuetudinenm, qua ſimplices beneficiati à reſidentia excuſantur, quam etiam videtur hodie approbare Trid. ſeſſ. 24. c. 17. ibi, liceat nihilominus aliud ſimplex ſufficiens, dummodo vtrumque perſonalem reſidentiam non requirat, quod ſane intelligendum eſt ex recepta ſcilicet eccleſiæ conſuetudine ex alio Trid. loco ſeſſ. 6. c. 2. ibi, Beneficia eccleſiaſtica perſonalem reſidentiam de iure, ſiue conſuetudine, &c. Cum alias ſecundum iuris rigorem ſatis probatum diximus omnia beneficia regulariter reſidentiam exigere perſonalem, & ſpecialiter eam requiri etiam in obtinentibus beneficia ſimplicia in eccleſijs cathedralibus vel collegiatis ſæpius repetitũ eſt, ex Trid. d. ſeſſ. 24. c. 12. verſi. omnes vero, & verſi. propterea vbi quæuis contraria conſuetudo excluditur, & ea videtur differentiæ ratio, quia in cathedralibus Canonici ſunt conſiliarij ſine quibus epiſcopus ſui epiſcopatus negotia expedire nequit, ex. c. nouit. 4. & c. quanto. 5. de his quæ 24

quæ ſiunt à prelatis, ſine cõſenſu capituli, quare huiuſmodi conſuetudo eſſet eccleſijs oneroſa, quę etenim ratio ceſſat in alijs ſimplicibus beneficijs extra cathedrales, vel collegiatas eccleſias. Cæterum prædicta conſuetudo in Romano Pontifice. Patriarcha, Cardinali, archiepiſcopo, epiſcopo, dignitate (cui annexa eſt iuriſdictio) ſeu ſacerdotijs, & beneficijs alijsve paſtoribus inferioribus, quibus animarũ cura cõmiſſa eſt locum non habet, quia iure naturali, & diuino, & non humano illis omnibus in ſuis beneficijs reſidere pręcipitur ex authoritatibus in principio huius argumenti relatis, at conſuetudo contra legem naturalem, & diuinam inualida, & nulla eſt, tex. in. l. 2. ff. de vſu fructu earum rerum, quę vſu conſumuntur. §. ſed naturalia inſtituta de iure naturali, gent, & ciuili. §. f. in fine inſtituta de legatis agnatorum tutela. c. f. §. naturalis. 6. d. c. ſunt quidam & c. contra. 25. q. 1. c. literas in. 2. col. de reſtit. ſpoliatorũ, & docet Gracianus in ſumma. 5. &. 8. diſtinct. & iura relata a gloſſ. 2. in. c. fin. de conſuetudine, oſtendit Cicero lib. 3. de republica, ibi, huic legi nec abrogari fas eſt, & c. quẽ refert Lactantius Firmianus lib, 6. de vero cultu Dei. c. 8. & Antoninus. 1. par. tit. 13. cap. 2. &. 3. Caſaneus in Cathalogo glorię mundi, par. 22. conſideratione. 3. Rochus in. d. c. fin. nu. 19. Soto lib. 1. de iuſtit. quęſt. 4. art. 4. & lib. 2. q. 3. art. 8. Couarr. vbi ſupra verſi. quod ſi iure diuino, & in 4. 2. par. c. 6. § 9. num. 3. &. 4. & fere per totum, & eſt communis opinio noſtratum in capit. quanto de conſuetudine, & in. c. fin. de conſuetud. per tex. ibi, non tamen inficior aliquot ex cauſis ſupradictos paſtores, epiſcopos, ac ſacerdotes, quibus animarum cura commiſſa eſt quandoque poſſe ab eccleſijs, & à lõcis in quibus ipſæ eccleſiæ cõſtitutę ſunt abeſſe, quarum cauſarum interpretatio declarat, tunc legem diuinam eccleſiarum prælatos ad reſidentiam



tiam non obligare, veluti propter eccleſiæ vniuerſalis particularisve euidentem vtilitatem, in hac enim ſpecie ex mente eiuſdem legis diuinæ eſt, vt abeſſe iuſte poſsint, iuſta tex. ſic intelligendum in. c. relatum. 4. de clericis non reſidentibus in verſi. niſi forte occurrentibus enim duobus bonis maius eſt eligendum iuxta eandem legem diuinam quemadmodum, & e cõtrario occurrentibus duobus malis minus eſt eligendum ad euitandum maius iuxta Cõcilium Tolet. 8. relatum in. c. duo mala. 13. diſtinct. & ea quæ docet Maior in. 4. d. 24. q. 11. col. 5. Soto in. 4. d. 28. quæſt. 1. ar. 2. col. ante penultima, & in reſpõſione ad. 2. argumentum, & Couarr. in regula peccatum in principio, nu. 3. quemadmodum etiam occurrẽtibus duabus legibus humanis, Diuinis, vel naturalibus ſemper minor cedit maiori ſecundum eandem. l. naturalem, vel diuinam, vt in ſpecie tex. in ſacris. 5. de his, quæ vi. c. eos, qui de cõſecrat. diſtinct. 4. & in ſpecie. l. in cauſe la. 2. 17. §. idem Pomponius. ff. de minoribus. l. item precio. 25. §. fin. ff. locati, & in ſpecie. l. bona fides. 31. ff. de poſiti, & l. 1. ff. de vſu capionibus, & iuxta ea quæ docet erudite Duarenus in. l. iuris gentium. ff. de pactis: cum igitur quando paſtores, prælati, & curati abſunt cauſa vtilitatis eccleſiæ vniuerſalis, vel particularis duo bona concurrant nempe bonum reſidentiæ, & bonum eccleſię vniuerſalis vel particularis, & hoc vltimum bonum ſit maius, vt aperte conſtat iuxta eandem legem naturalem, bonum hoc præferendum eſſe bono particulari reſidentiæ, & ita eos hac ratione abſentes, nec facere, nec peccare contra eandem legem Diuinam, imo potius iuxta eiuſdem legis Diuinæ mentem abeſſe dummodo beneficia debitis obſequijs non fraudentur. Huiuſmodi enim declaratio maioris boni, & interpretatio euidentis Eccleſiæ vtilitatis

vtilitatis vna cum licentia abſentię concedenda iuxta eã-
dem legem diuinam,ad Romanum Pontificem in maiori
bus,& in minoribus ex eius permiſſu beneficiatis expe-
ctat,vt omnino prædicta fraus euitetur, quæ omnia pro-
bantur hodie ex Trid.ſeſsione.6.cap. 2.& ſeſſ. 23. cap.1.
verſiculo interea, & verſi. vicarium idoneum, & antea
dixerat clarius in verſiculo, nam cum chriſtiana chari-
tas vbi dicit cauſa chriſtianæ charitatis, vrgentis neceſsi-
tatis,debitæ obedientiæ,euidentis eccleſiæ,vel reipublicę
vtilitatis poſſe epiſcopum ab eſſe à ſuo epiſcopatu, & eas
26 legitimas abſentiæ cauſas decernit,& ad iſtas duas cauſas
vtilitatis videlicet, & eccleſiæ vniuerſalis, & particularis
reducenda eſt noſtra clauſula,ibi,No ſiendo curados,o de
cargo de animas,que eſtos no podran yr ſin licencia de ſu
Sanctidad. Quod intelligendum eſt, vt omnes iſti ſi ſint
epiſcopi cum licentia Romani Pontificis,ſi vero parochi,
vel alij inferiores cum ſui ſuperioris facultate poſsint ab-
eſſe interueniente maioris vel minoris eccleſiæ,vel reipu-
blicæ euidenti vtilitatis iuſta cauſa, & hoc iuxta ipſius le-
gis diuinæ mentem,& intenſionem,vt docet pie, & erudi
27 te Archiepiſcopus Bracarenſis in libello cuius titulus eſt
(ſtimulus Paſtorum) 2.p. pag.50.&.51.

Ex quibus omnibus inter eas abſentiæ iuſtæ cauſas non
ſolum iſta de qua in hac noſtrę bullę clauſula, ea etiam le-
gitima reputatur à iure in eo, qui eſt in ſeruitio epiſcopi,
ex tex.in.c.de cætero.7.c.cum dilectus. 14.&.c.ad audiẽ
Nota hoc nã eſt val de bonũ. tiam.15.de clericis non reſidentibus. Secundo loco excu
ſantur à reſidentia,etiam non obtenta ſuperioris licentia
cum à iure concedatur publice in ſcholis docentes ſacram
Theologiam,& dum eam publice docuerint non poterũt
per ſuperiorem ad reſidendum compelli,neq; etiam ſcho-
laſtici per quinquenium eidem ſacræ Theologiæ operam
dantes



dantes ex tex.in.c.licet.32.de prębendis in verſi. in ſacra
pagina.c.fin.de magiſtris verſ. docentes,nouiſsime hodie
confirmatum eſt pro Trid.ſeſſ.5.c.1. in fine,docet Naua. Multum notatio.
in manuali Hiſpano.c.25.nu.120.pag.585.idem etiam di-
cendum eſt in docentibus ſeu ſtudentibus ius pontificiũ
ſecundum Archidianonum in.c.de priuilegijs in .6. & in
c.de quibuſdam.73.d. Abbatem in.d.c.fin.nu.f.de magi-
ſtris,Rebufum in praxi tit.de diſpenſatione de non reſi-
dendo,nu.25.& Naua.in manuali latino.c.25.nu.121. ex
hoc infertur,quod ſi paſtorum reſidentia tempore peſtis
ſit animarum gubernationi neceſſaria mortem tunc po-
tius tenetur parochus pati, quam ſuſceptum officium, &
oues ſibi commiſſas deſerere:ſi vero neceſſaria non ita ſit,
& poſsit per alium animarum ſaluti prouidere poterit ſi-
ne licentia ordinarij ad tempus auffugere, & ab eſſe,vt in
terminis,docet diuinus interpres Thom.2.2.q.185.arti. 5.
Soto.d.lib.10.q.3.ar.4.Ripa de peſte,pag. 25.nu. 115. &
Imol.in.cap.fin.col.f.de clericis non reſidentibus, & ita
intelligitur tex.in.c.ſubiectum cum ſequentibus.7.q.1.&
hoc in tantum procedit, & verum eſt, quamuis in recep-
tione beneficij Theologus, ſeu iuriſperitus tam magiſter,
quam diſcipulus iurauerint de nunquam à beneficio diſ-
cidendo,& ex prædictis cauſis receſſerint rei periurij mi-
nime cenſebuntur ex eleganti Honorij.3. deciſione in
cap. ex parte el. 2. 13. de clericis non reſid. ibi, Cum ex
hoc cenſeri debeas periurium non incurris. Cui textui
non obeſt difficilis text. in cap. ad noſtram el.1. 20. in
ordine de iureiurando, vbi pro regula traditur iuramen-
tum in ſpecifica forma adimpleri debere,ſed qui iurauit tẽ 28
pore collationis beneficij in ipſo beneficio ſemper reſi-
dere,& cauſa ſtudiorum, vel alia ſimili beneficium deſer-
uit non videtur iuramentum adimplere, ergo periurij reũ
eſſe

eſſe clare conſtat,nam omiſsis varijs noſtratum interpretationibus,de quibus per Ioannem de Selua in tit. de beneficio.4.p.q.5.nu.5.volu.15.diuerſorum doctorum, & per Auguſtinum Beroyum in.c.1.nu.78.cum ſequẽtibus de vſuris,verior,& ſecurior ſit ad illum tex.interpretatio, quod ideo qui iurauit reſidere poteſt ex ſupradictis cauſa ſtudiorum,vel pro alijs eccleſiæ cauſis, & negotijs abeſſe, quia præſens fingitur,& iuramenti tranſgreſſor non reputatur ex eo,ſcilicet quia eccleſia in cuius fauorem reſidere iurauit videtur ei in conſequentiam iuramentum remittere argumento,tex.in.c.1.de iureiurando.Vnde ſummus Pontifex Eugenius quartus prædictum priuilegium conceſsit Salmanticenſi ſtudio,& alijs vniuerſitatibus gene-

Sẽſus ad c. ad noſtrã.1.de iureiurã.

29 ralibus,ſcilicet vt in eis reſidentes, & ſtudijs quibuſcũque operam dantes ſuarum præbendarum , ſeu beneficiorum fructus capiant,& percipiant, non tamen diſtributiones quotidianas,& illas quę pro aniuerſarijs defunctorũ præſtantur, quæ ſolum intereſſentibus debentur, ex tex.in.c. vnico de clericis nõ reſidẽtibus in.6.verſi.ſtatuimus,& in fine.d.c.licet de præbendis,&.d.c.de cætero,& ibi.dd.de clericis non reſidentibus tex.in,c.fin.& ibi gloſſ.verſi. exceptis de reſcriptis in.6.c.alma mater verſi.& tam Canonici,de ſentẽtia excõmunicationis in.6.&.l.16.&.19.titu. 10.pa.1.nouiſsime Trid.ſeſſ.24.c.12.verſi.diſtributiones, Didacus Perez in.l.8.tit.2.lib.1.ordinamenti.pag.74.& in lib.1.tit.10.lib.1.eiuſdẽ ordinamenti, Dueñas regula. 206.in principio,&Coua.in.lib.3.variarũ.c.13.nu.2.&.3. Quorũ omnium iurium,&doctorũ ratio ea eſt,quia appellatione fructum prębendarum,& beneficiorum diſtributiones quotidianæ non comprehenduntur,vt probat tex. in.d.c.vnico,& in.c.fin.§.in illis de conceſsione præbendæ,& bonus tex.in extrauaganti cum nonnullæ.1.de præ

bendis



bendis inter communes,& docent Oldraldus conſil. 118. nu.4.Staphyleus de literis gratię,tit.de formis ſpectatiuarum forma.9.nu. 44. & Selua de beneficio.3.p.q.12. nu. 33.& Coua. ſupra nu.1. quod tamen limitandum cenſeo, quando in aliqua eccleſia omnes beneficij fructus in diſtributionibus quotidianis conſiſterent, quia tũc huiuſmodi abſens ex iuſta cauſa, vel priuilegiatus omnes illas lucrabitur,vt priuilegium aliquid operetur ſecũdum Dominicum Francum,& Probũ nu.60.&.64.in.d.c.vnico,& ita intelliguntur vniuerſa iura diſtributiones quotidianas abſentibus denegantia ex text.in .c. olim .16. de vero ſig. & gloſſ.f.in.d.cap. licet de præbendis,etiamſi Abb.ibidem nu.8.aliquantulum contradicere videatur,quæ omnia intelligenda ſunt ex alijs iuſtis cauſis extra priuilegium Eugenianæ conſtitutionis,cui hodie derogatum eſt per Cõc. 30
Trid.ſeſſ.23.c.1.in fine,ibi,Vel vigore Eugenianæ conſtitutionis ſuſpendi poſſe,&c.Et omnes ſuperius relati communiter fatentur.Sed profecto verba hæc ad Conc.Trid. quatenus derogant Eugenianę conſtitutioni,minime ad Eugenianam vniuerſitatibus generalibus conceſſam referenda cenſeo,ſed tantum ad Eugenianam Curialibus Romanis indultam,nam cum iure communi familiares,& miniſtri Papæ,a reſidentia excuſarentur iuxta tex.in. c. cum dilectus.14.de clericis non reſidentibus,ibi,cũ familiares noſtri,&c.controuerſum fuit,an illa excuſatio ex litera illius tex.dumtaxat familiaribus cõpeteret, an vero ad omnes in Romana Curia exiſtentes porrigeretur,cui difficultati occurrit Eugenius quartus concedendo Curialibus priuilegium, vt reſidentes Romæ fructus perciperent in abſentia,& huic priuilegio derogat Trident. d. ſeſsio. 23. c.1.verumtamen,licet priuilegia vniuerſitatibus generalibus ex illo.c.1,derogata non cenſeantur,expreſſe tamen

Sẽſus ad Trid.

ab

ab eodem Trid. ſeſſ.6.c.2.in verſi.nulli generaliter diſpenſationes.indulta,& conſtitutiones de non reſidendo,quibus etiam Eugeniana comprehenditur derogantur exceptis diſpenſationibus iuſtis de cauſis conceſsis, de quibus nos late ſupra diſſeruimus. Hodie itaque neceſſarium erit
3 vt ſatisfaciamus requiſito.d.c.1.in.ſeſſ.23.verſi. diſcedédi autem,nempe neceſſariam eſſe licentiam in ſcriptis redactam,vt abſens,vel reſidens in Salmantina Academia, vel in alijs vniuerſitatibus generalibus habeat nouam licentiam à Papa,vel epiſcopo, & ita in ſupremo huius regni ſenatu iudicio contradictoria,ſemel atque iterum pronunciatum eſt,qua noua licentia ſecure reſidentes in prædictis ſtudijs fructus percipiunt,& quieta conſcientia deſeruiunt per ſubſtitutum,& ita praxi hodierna receptum eſt, & ſic debet intelligi noſtra clauſula, & omnes aliæ iuſtæ cauſæ, quę a reſidétia paſtores excuſare dicuntur quarũ ali quas vltra ſupradictas congerunt Federicus conſilio.245. Matthæus de Afflictis deciſione.286.&Rebuſus de priuilegijs ſcholarium,priuilegio.31.& in praxi beneficiali ſub tit.diſpenſatio de non reſidendo à nu.23.Soto.d.lib.10.q. 3.ar.4. Miranda de neceſſaria reſidentia epiſcoporum.c. 12.& Naua.in manuali.c.25.nu.120.

32 Sed quid ſi parochus iuſtam coram ordinario abſentiæ cauſam allegauerit,& licentiam in ſcriptis ab eo petierit, & nihilominus ab ipſo ordinario reſidere cogatur dicendum ſit?In qua quęſtione conſulendum eſt parochum legitimumhabere curſum ad ſuperiorem ſecundum Hoſtienſem,& Abb.nu.3.in.d.c.tuæ de clericis nõ reſident. eundem Abb.nu.6.in.c.relatum eodem tit.de clericis nõ reſid.quibus ſuffragatur tex.in.c.nullus.17. ibi, Romano Pontifici nuncitur tit. de iure patronatus, & ſic ad eũ poterit appellare & interim,quod cauſa appellationis ventilatur



latur ne eccleſia debito ſeruitio defraudetur conſtituendus erit Vicarius,qui eidẽ deſeruiat,&tali Vicario de fructibus ipſius beneficio competenter prouidere,iuxta Alexandri tertij reſpõſum celebre in.c.peruenit.28. de appellationibus,& facit tex.in.c.extirgendæ.30.§. qui vero de præbendis.

Cæterum ſi beneficiarij iuſtam abſentię cauſam non allegando licentiam petierint,qua non obtenta,vel non petita à beneficiorum reſidentia receſſerint,qua pœna puniatur dubitant omnes in quo articulo veriſsime conſtituendum eſt,quod ſi non conſtet de notaria beneficiarij reſidétia,& eius perſona commode inuenire poteſt perſonaliter admonẽdus eſt,vt continue reſideat,admonitio enim ſeu citatio ante omnia præcedere debet,iuxta tex.in .d. c. ex parte,el.1.d.c.ex tuę,&.d.c.f.de clericis non reſidentibus, & probat Regalis tex.in.l.16.tit.16.pa.1.& ibi notat Gre. Luppus,Selua vbi ſupra. 4. p.q.4.per totã, pro quo facit ſingularis,& perpetuo notãda doctrina Inno.in.d.c. extirpande.nu.2. dicentis, quod vbicumque alicui imponitur pœna verbis negatiuis (vtputa ſi parochus in ſuo beneficio non reſideat) non incurritur niſi præcedat monitio, ſi autẽ de facili inueniri non poteſt publica trinæ citationis edicta in illius eccleſia proponenda ſunt,ex tex.in.d.c. ex tuæ,&probat.l.16.&.17.tit.16.pa.1.latiſsime pro ſequitur Selua vbi ſupra,Marianus,Socinus in repetitione .d. c. ex tuę,& noſter Bernardus Diaz de Lugo in Practica criminali.c.47.cõmunis tamen in hoc reſolutio eſt,ſecundum Greg.Luppũ.in.d.lib.16.verſi. tollet, & Seluã ſupra.q.3. non requiri citationem iudicialem, ſed Antonius de Butrio in.d. c. ex tuę,illud ad conueniendum beneficiarium non reſidenten procedere contendit. Cæterum ad incurrendam beneficij priuationem ex illa abſentia neceſſariã 33

 eſſe

eſſe iudicialem citationem, quæ ſententia in praxi obtinui adeo, vt poſitis trinæ citationis edictis proceſſus priuationis propter abſentiam quotidie in ſummis prætorijs anullantur propter defectum citationis perſonalis, facta vero monitione beneficiarius eccleſia priuandus eſt, ex tex. in.c.2.c.quia nonnulli,c.relatum.c.conquerēte.c. ex tuæ cap. ex parte,el.1.&.c.fin.de clericis non reſidentibus,ex quorum iurium relatione conſtat neceſſariam eſſe ſententiam, qua pronuntiatur beneficiarium illam priuationis pœnam incurriſſe,ſecundum Abb.in.d.c. extirpanda.§. qui vero,nu.10.& Selua ſupra,quæ ſententia contra beneficiarium proculdubio executioni mandanda eſt non obſtante quacumque ipſius appellatione, quæ hac in ſpecie friuola,& iniuſta reputatur,ex tex.in.d.c.relatum in fine, & in.d.c.conquerente cum alijs complicibus.

Sed cum omnia hæc iura ſupradicta in forma proſequēdi,priuandi,& exequendi per deſuetudinem, & nō vſum
34 abrogata eſſent in graue (prô dolor) eccleſiarum diſpendium hodierna die Conc. Trid. ea confirmans, necnon, & alia neceſſaria de nouo inducens certam pręſcribit formam agendi,&procedendi contra parochos abſentes ſine iuſta cauſa, & licentia in ſcriptis redacta, & beneficiarios cathedraliū,& collegiarum eccleſiarū, primo enim Trid. ſeſſ.23.c.1.de reformat.deciſionem.d.c.ex tuæ confirmās diſponit contra abſentem agendum eſſe per edicta,& neceſſario addit, quod etiam non facta perſonali citatione poſsit ad priuationem procedi, cuius executio non impediatur quolibet priuilegio,licentia, familiaritate, exemptione,ſtatuto,etiam iuramento, vel quacūque authoritate balato,vel cōſueto,etiam immemoriali (quæ potius corruptela cenſenda eſt) ſiue appellatione,aut inhibitione,etiā in Romana Curia,vel vigore Eugenianæ cōſtitutionis, quæ omnia



obtinēt in beneficijs curatis prout expreſſe deducitur ex.d.c.1.de reformat.in princ.& nouiſsime cōfirmatur per proprium motum Pij.V. editum contra omnes eccleſiaſticas perſonas curā animarum habentes non reſidētes, pag.54.&per alterū propriū motū ſuper reſidētia faciēda in parochialibus relatū inter ſanctiones eccleſię,pag.134.

Beneficiarij autē cathedralium,aut beneficiariū eccleſiarū vltra tres menſes abſentes, prima vice dimidia parte fructum vnius anni priuātur, ſecūda vice omnibus fructibus anni,&tertia vice pœnis puniūtur ordinarijs, nēpe priuationis ex decreto euidem Conc. Trid.ſeſſ.24.c. 12. de reformat.verſic.præterea,&c. Et licet multoties controuerſum fuerit an Trid. decretum in.d.ſeſſ.23.c.1. de reformat. in verſi.quod ſi ,ib,iCōtumaces fuerint. Dum diſponit executionem ſententiæ per appellationem, ſeu inhibitionē non impediri obtineat ſolum modo contra pertinaces & contumaces,non autem contra obedientes, & ita in tota Compoſtelana Metropoli,& in Pinciano prętorio iudicatum fuerit. Tandem in ſupremo huius regni Caſtellę Senatū obtinuit predictū Conc. Trid. decretum generaliter accipiendū eſſe contra omnes abſentes,ſiue obedientes,ſiue contumaces,&ſic executioni mandatum eſt prædictis ſentētijs ab illa Metropoli et Pinciano prætorio latis prorſus reuocatis,& ita paſsim obſeruatur in praxi.

(margin: 35 — beside "Beneficiarij autē cathedralium…"; Sēſus ad Trid. — beside "cutionem ſententiæ…"; 36 — beside "tum fuerit. Tandem…")

## Ad quintā & ſextā clauſulam.

### *SVMMARIVM.*

¶ *Omnia priuilegia, gratię, indulgētiæ, ſeu indulta per Bullam Cruciatam conceſſa ſpatio vnius anni claudūtur a publi-*

publicatione enumerando, quo elapſo omnino extingui, & ſpirari dicendum eſt, nu. 1.
Ad hoc vt quilibet gratias in Bulla contentas lucretur & conſequatur requiritur, vt eleemoſyna præſtita Bullam ipſam accipiat, nu. 2.
Tempus annale de quo in hac Bulla ſepe mentio fit de tempore continuo, non vero de vtili, vel interpellato intelligendum eſt, num. 3.
Tempus appellationis iure antiquo quantum eſſet ex hodie in vtroque foro quantum ſit, & vtrumque continuum eſſe debere ab authore docetur, nu. 4.
Quod tempus requiratur de iure ciuili, vel regio ad inchoãdum inuentarium quando res inuentariandę ſunt præſentes, vel abſentes, & vtrumq; continuum eſſe, nu. 5.
Tẽpus quinquenij, quod requiritur ad preſcribendũ crimẽ adulterij nõ vtili, ſed continuũ eſſe debere dicitur, n. 6.
Late diſputatur vtrum annus conceſſus ad in quacumq; religione approbata profeſſionem faciendã debeat eſſe cõtinuus, vel interpellatus, et quid facere religionis, n. 7
Fauore religionis ſecuta profeſſione omnis illigitimationis macula quoad ordines ſuſcipiendos aboletur omnino, & ibidem tempore ratione retractus, & abſentiæ prætoris dicitur, nu. 8.
Diſputatur vtrum interdictum & ceſſatio interſe conueniant, vel differant, num. 9.
Interdictum & ceſſatio, quid ſint, & vtriuſque vera definitio demonſtratur, nu. 10.
Quæſtio, vtrũ tẽpore ceſſationis generalis à diuinis poſſint officia



officia diuina celebrari ſeruata forma appoſita in interdicto generali, per tex. in c. alma mater de ſentẽtia excõmunicationis in. 6. pro vtraque parte diſputatur, nu. 11.
Celebrans tempore interdicti generalis irrigularis efficitur, non tamẽ ſi tẽpore ceſſationis generalis celebretur, licet grauiter peccet, & puniri poſſit, nu. 12.
Et aliorum opiniones circa hoc referuntur, nu. 13. & 14.
Nunquam contrahitur irregularitas niſi in caſibus à iure expreſſis, nu. 15.
Quorundam extẽſio refellitur ad. c. alma mater de generali interdicto iuxta formam ad ceſſationẽ generalẽ, nu. 16.
Intellectus ad text. in Clem. 1. de ſententia excommunicationis, ſcilicet vt religioſi etiam exempti excõmunicacionẽ incurrant ſi matricem ceſſantem non ſequantur, nu. 17
Interdicti eccleſiaſtici traditur in genere definitio, nu. 18.
Interdicti maioris eſt effectus quoad pœnam celebrantis, ceſſatio vero quoad modum celebrandi, nu. 19.
Quæſtio vtrum ceſſatio à diuinis licita ſit, ex qua ſit ratio, vt iuſta dicatur, nu. 20.
Ceſſatio ex grauiſsima cauſa, quę vera notoria vel ſaltim manifeſta ſit imponenda eſt, nu. 21.
Ceſſationis decem conditiones requiſitæ, & omnino vidẽdæ ſingulatim referuntur, nu. 22.
Vtrum Romanus Pontifex diſpenſare poſſit, vt tempore ceſſationis à diuinis diuina celebrentur officia, num. 23.
Papa bene poteſt diſpenſare, vt dum ceſſatur diuina officia celebrentur, nu. 24.
Priuilegiatus non audiens Miſſam tempore ceſsationis, vel

*interdicti generalis vtrum peccet mortaliter quorundã opiniones refelluntur, nu. 25.*

*Tempore interdicti vel ceſſationis omnino, & ſub peccato mortali in eccleſia priuilegiata omnis Chriſti fidelis Miſſam audire tenetur, nu. 26.*

*Nimia difficultas excuſabit quenquam à peccato, etiam ſi ſit vlla eccleſia, vel perſona priuilegiata, nu. 27.*

*Omnis ille cui ingreſſus eccleſiæ interdictus eſt ſi Miſſam non audierit non peccat, quid & quando ingreſſus vel ſacerdotale miniſterio impediatur, nu. 28.*

*Intellectus ad clauſulam huius Bullæ, ibi, Que puedan en tiempo de entredicho Apoſtolico ordinario oyr Miſſa en las ygleſias, &c. nu. 29.*

*Priuilegium tempore ceſſationis conceſſum ad caſum prohibitum non extenditur ad alium, etiam ſimilem, nã qui tempore ceſſationis poteſt ſacrum audire non poteſt Euchariſtia ſumere, nu. 30.*

*Sacramentum Baptiſmi tẽpore ceſsationis recte poteſt ſolẽniter miniſtrari, nu. 31.*

*Cõfirmationis ſacramẽtũ ceſsationis tẽpore cõceditur, n. 32.*

*Sacramentum pœnitentiæ tempore ceſſationis, tam morientibus, quam ſanis porrigitur, nu. 33.*

*Euchariſtię ſacramentum in ceſſatione infirmis tantum & non ſanis miniſtratur, nu. 34.*

*Mulieri pregnanti tempore ceſſationis Euchariſtiæ ſacramentum datur, nu. 35.*

*Exemplo morientium ad vltimum ſupplicium condemnatis Euchariſtiæ ſacramentum non denegatur, nu. 36.*





*Extremæ vnctionis ſacramentum non poteſt tempore ceſſationis miniſtrari, nu. 37.*

*Matrimonij ſacramentum tempore ceſsationis bene poteſt exerceri, nu. 38.*

*Ordinis ſacramentum minime poteſt tempore ceſſationis dari, nu. 39.*

*Sacramẽta quæ olim hæc & nõ plura, hodie ceſsationis tẽpore miniſtrãtur etiã in eccleſia ſpecialiter interdicta, n. 40*

*Chriſmatis ſacramentum recte poteſt ceſsationis tempore miniſtrari iuxta formam tex. in. c. alma mater, nu. 41.*

*Eccleſiaſtica ſepultura in ceſsatione nõ laicis, ſed clericis tãtũ ac presbyteris cũ ſilẽtio, & in cemiterio cõceditur, n. 42*

*Prædicari tempore ceſſationis poteſt præſentibus excommunicatis, & ijs quorum cauſa ceſſatur, nu. 43.*

*Quę tantũ fieri liceatur ceſſationis tẽpore dicitur, nu. 44.*

*In pulſatione campanarum ſemper eſt regionis vſus obſeruandus, nu 45.*

*Clerici tempore ceſſationis horas canonicas ſecrete (& non bini niſi ex priuilegio) recitare tenentur, nu. 46. & 48.*

*Suſpenſus, interdictus & excõmunicatus exiſtentes in peccato mortali tenentur horas canonicas recitare, nu. 47.*

*Intellectus ad iſtã Bullæ Cruciatæ clauſulã, ibi, En tiẽpo de entredicho Apoſtolico ordinario, oyr Miſſa, &c. n. 49.*

*Familiares, domeſtici, qui & à quibus intromitti poſſũt ad audiendam Miſſam, & cætera diuina, nu. 50.*

*Bendectio menſæ & ſacræ Scripturæ lectio tempore ceſſationis fieri poteſt, nu. 51.*

*Epiſcopus benedicere poteſt, ſed non ſolemniter, & quæ etiã*

*tempore ceſſationis epiſcopo liceant, nu. 52.*

*Aquæ benedictio, & aſperſio in ceſſatione minime licet, numero. 53.*

*Ex priuilegio ante. c. alma mater etiam hodie priuilegiatis licet miniſtrare ſuper altare portatili, nu. 54.*

*Ceſſatio in ciuitate facta porrigitur ad ſub vrbia, nu. 55.*

*Obligatio reſtitutionis qualis naſcatur ex ceſſatione ab eo, qui ceſſat, & ob quem ceſſatur, nu. 56.*

*Fructus beneficij, & quotidianæ diſtributionis an à ceſſantibus quærantur, nu. 57.*

PRimo nota ex hac clauſula, ibi, Que durante el
dicho año, que corre deſde el dia de la publica-
cion deſta bulla en cada lugar, &c. omnia priuile
gia, indulgentias, gratias, & indulta per iſtam Bul
lam Cruciatam conceſſa iures, & valorem habere per ſpa-
tium vnius anni tantum à publicatione, vel prædicatione
1 ipſius Bullę numerandi, quo elapſo, quia cum limitatione
conceſſo omnes huius bullæ gratias. indulgentias, & alia
priuilegia expirare dicendum eſt, etiã ſi nulla deinde Cru
ciata bulla concedatur, quia limitata cauſa limitatum effe
ctum producit, ex. l. cum ſeruo. 63. ff. de contrahenda em-
ptione, &. l. exportandus. 2. ff. de ſeruis exportandis, & do
cet in terminis Naua. in repetitione. d. §. in Leuit. notab.
31. à nu. 25. & diximus ſupra in. 5. q. quod intelligi verum
niſi forte interim, quod annus elabitur de nouo alia Cru-
ciatæ bulla iterum concedatur, quia tunc prioris bullæ in
dulgentię, & priuilegia expirare cenſentur argumẽto tex.
celebris in. l. ſi quis in principio teſtamenti. 22. ff. de leg.
3. l. 1. 2. &. 3. §. ſed etſi. l. ſi bene. 11. &. l. cum in ſecũdo. 16.
ff. de iniuſto, rupto irritoque facto teſtamento, &. §. poſte-
riore



riore inſtituta, quibus modis teſtamenta infirmentur, &. l.
21. tit. 1. par. 6. vnde fit quod ſi annus elabitur vel interim,
quod elabitur alia de nouo Cruciatæ bulla concedatur,
quod omnes prioris bullæ gratiæ, vel indulgentiæ reuocã
tur & ſuſpenduntur, & non valent, quouſq; alia bulla Cru
ciata de nouo conceſſa recipiatur, nec ſufficiet intentio de
proximo recipiendi bullam (quod eſt quorundam abſur 2
dum) quia ad hoc vt quilibet gratias in noſtra bulla contẽ-
tas lucretur, & conſequatur requiritur, vt prȩciſſe eam cõ-
ditionem adimpleat, ſcilicet vt eleemoſyna præſtita bul-
lam accipiat, & eius gratias, & indulgentias proſequens
conſequatur, quod tanquam in ſpecificas formas cuiuſuis
conditionis implementum requiritur argumento text. in
l. hæredi, &. l. Mȩuius. ff. de cond. & demonſt. l. pecuniam
ff. ſi certũ petatur, & ibi, Satius nu. 4. l. neceſſario. §. quod
ſi pendente, & ibi, gloſſ. verſi. in prȩteritum. ff. de periculo
& cõmodo rei vẽditæ, &. l. ſtipulationem. ff. de ver. oblig.
docent Bart. & cȩteri in. l. Galus. §. & quid ſi tantum. ff. de
lib. & poſt. nam pro forma bullę receptio cũ eleemoſyna
prȩſtita, vt omnes illius gratiæ conſequantur requiritur, vt
in vltima clauſula noſtræ bullę, ibi, Y por quanto vos di-
ſtes dos reales de plata, iunctis illis verbis, Y recebiſtes eſta
dicha bulla eſcripto en ella vueſtro nombre, aueys conſe-
guido, y ſe os conceden las dichas indulgencias, gracias y
facultades, &c. Quæ etenim forma dat eſſe rei nam ſi ſuffi-
ceret recipiendi intentio etiam de proximo mutaretur
forma iſta, & ſic corrueret, & omitteretur ſubſtantia actus
requiſiti in hac noſtra bulla, quæ omiſſio omnino reddit
actum nullum, ex. l. Iulianus. 9. §. ſi quis rem. ff. ad exiben-
dum, ibi, Nam mutata forma prope interimi ſubſtantiam
rei, & Marcelus ſcribit. l. diligenter. §. mandati, &. c. cum
dilecta. 22. de reſcriptis, & . c. fin. prope finem de reſtitut.

 ſpolia-

ſpoliatorum, & an requiratur, quod vnuſquiſque per ſe recipiat, cuſtodiat, & ſemper ſecum habeat Bullã, vt eius gratias ſequatur, dicemus in vltima clauſula huius Bullæ.

Rurſus autem vt á noſtro themate non diuertamur no-
3 tandum eſt tempus annale, de quo hic, & in omnibus fere huius bullæ clauſulis repetitum intelligendum eſt de tempore continuo, non vero de vtili & interpellato ex eo nempe, quia quoties lex, vel canon mentioné facit de certo tempore regulariter intelligitur de continuo iuxta doctrinam Abb. in c. fin. in fine de electione, la prim. allegatione. 47. vnde Ant. Gomez. 3. tomo. c. 1. nu. 3. & Miſingerium de tempore vtili, & continuo. c. 3. num. 9. & gloſſ. notabilé in Rubrica. ff. de diuerſis & temp. præſcriptionibus, & ita annus iſte currit de momento ad momentum ab vna publicatione vſque ad totius anni curſum, vel aliã publicationem numerandus, arguméto, tex. in l. qua ætate. 5. ff. de teſtamentis, & l. ſi filius. ff. eodem, docet Afflictis
4 deciſ. 73. num. 7. & Miſinge. vbi ſupra ſicuti, & tempus appellationis, quæ de iure antiquo infra biduum, vel triduum debebat interponi, ex l. 1. §. biduum. ff. quando appellandum ſit, & in cap. biduum. 2. quæſt. 6. & in. l. 1. titu. 15. lib. 2. fori. Poſtmodum vero id tempus vſq; ad decimum diem prorogatum fuit, & intra iſtos decem dies connumerandos â die notificationis ſententiæ appellatio, quęlibet interponenda erat iuxta tex. in autentica de appellationibus, & in. l. 22. titu. 23. pag. 3. quod etiam hodie apud nos in foro eccleſiaſtico obſeruatur, vt in. c. anteriorum. 2. quæſt. 6. c. ſignificauerunt de teſtibus, & in. c. quoad conſultationem de ſententia & re iudicata, idem ad vnguem obſeruatur etiã apud Luſitanos, vt habetur in lib. 3. ordinationũ, tit. 54. in principio, & docet Robertus Laucelotus in ti. đ attẽtatis. 2. p. c. 12. limitatione. 50. n. 57

In



In foro autem ſeculari de iure regio nouiſsimo appellationem intra quinque dies interponendam fore præcipitur in. l. 1. tit. 18. lib. 4. nouæ Recopilationis, quod tempus currit á die intimationis ſententiæ ex his, quæ notat gloſſ. per tex. ibi in. c. concertationi, verſi. ſciuerit de appellationibus in. 6. & ibi Dominicus, nu. 15. gloſſ. verſi. á recitatione in. d. c. anteriorum, & expreſſe reſoluit Didacus Perez in. l. 1. tit. 16. lib. 3. ordinamenti col. mihi. 1281. vtrumque enim appellationis tempus continuum eſt, & currit de momento ad momentum, ex Abb. nu. 4. in. d. c. quoad conſultationem, Alberico in. l. 1. §. ſi mulier. ff. de lib. agnoſcendis, & Tiraquelo de retractu municipali. §. 1. gloſſ. 11. nu. 20. & docet in terminis Miſingerius vbi ſupra. c. 3. nu. 1. pag. mihi. 19. vbi omnia facere tempore, quæ continua ſunt, & de momento ad momentum currunt & enumerantur, & quæ interpellata ſunt miro ordine recenſet, & ratio quare prædictum tempus ad appellandum tam breue, & non interpellatum, ſed continuum continuo præſumatur ea eſt nempe ne ſi fortaſſe longius tempus haberet appellans magis appellati animum perturbaret, vt docet Abb. in cap. ad naturam in principio de appellationibus, & Miſingerius vbi proxime numer. 3. ad medium.

Sic etiam tempus triginta dierum ad petendum Apoſtolos appellationis continuum, & non interpellatum eſt, ita deciſio Rotæ. 366. incipit ſi appelletur nu. 3. in nobis, & docet Miſingerius, vbi ſupra nu. 6. in principio.

Pari etiam modo tempus triginta dierum de iure regio 5
aſsignatum heredi volenti legis beneficio vti ad inchoandum inuentarium, vt in. l. 1. & per totum præcipue in. l. 5. & ibi Lupus verſic. Los herederos, & in. l. 10. titu. 6. parti. 6. docet in terminis, & plura inuentarij requiſita de-

depingens Gualdenſis in tit. de arte teſtandi tit.11. de acquirenda, vel repudianda hæreditate cautela.8. nu.1. &.2. vel de iure ciuili ad inchoandum, & conficiendum inuentarium eſt tempus trium menſiũ quando res inuentariãdę ſunt præſentes, ſi vero ſint abſentes à loco inchoandi, & conficiendi inuentarij tempus vnius anni requiritur, vt in l. fin. §. ſin vero poſtquam iuncta gloſſ. ibi, verſi. à nobis, & in. §. & hæc quidem. C. de iure deliberandi cum alijs cõplicibus, quę cõgeſsit, & docuit Gualdenſis, vbi ſupra nu.2. omne enim tempus prædictum continuum requiri, & non interpellatum communis opinio teſtatur teſte Boerio. q.62. &. 63. & eam refert, & ſequitur Miſingerius. d. c.3. nu.7. verſi. ſic eſt tempus.

6 Similiter etiam modo continuum eſt quinquenium ad præſcribendum crimen adulterij ordinatum ex Paulo. I. C. in. l. poſt quinquenium. 31. ff. ad. l. Iuliani de adulterijs, ibi, poſt quinquenium non vtile, ſed continuum numerãdum eſt, & ex Imperatore Alexandro in. l. adulter. 5. C. illo tit. de adult. ibi, quod continuum numeratur, & in. l. 4. tit. 17. pa. 7. & ibi notat Greg. Lupus in gloſſ. magna Iulius Clarus lib. 5. ſententiarũ. §. fin. q. 51. verſi. poteſt autẽ & in. §. adulterium in fine verſi. vnum tamen, & nouiſsime doctor Paz in praxi quintæ partis, primi tomi, cap.3. nu.83. per totam.

7 In eo tamẽ caſu in quo tempus vnius anni in quacunque religione, tam virorum, quam mulierum per Romanum Pontificem approbata profeſsionem faciendam requiritur, vt in. c. conſaldus. 17. q.2. ibi ante vnius anni approbationem: c. ad Apoſtolicam. 16. ibi ante vnius anni probationem, &. c. ſtatuimus, 23. de regularibus, ibi, intra annum. c. non ſolum eodem tit. in. 6. ibi, ante annum probationis elapſum, & ibi infra huiuſmodi annũ, gloſſ. notabilis



bilis, & vnica in principio in. c. deſponſatam. 27. q. 2. & hodie probatur expreſsius in Trid. ſeſſ. 25. c. 15. per totũ, fatentur Soto in. 4. d. 27. q. 1. art. 4. col. 13. & Nauar. in manuali. c. 16. nu. 26. & Panorm. in. d. c. ad Apoſtolicam, & in. d. c. ſtatuimus, & in. c. quomodo frequenter. §. in alijs nu. 48. vt lite non conteſtata non leuis inſurgit dubitãdi ratio, quæ ſæpius occurit (& ego aliquando circa eam ſuffragium protuli) Vtrum, qui ſtetit in monaſterio per ſex menſes cum requiratur annus ad perficiendam profeſsionem, & propter cauſam aliquam puta infirmitatis, vel aliã quamlibet, ſeu quod illi fuit pro ratione volũtas exiuit de monaſterio, & per aliquod tempus extra clauſtrum ſtetit, deinde in ſe reuerſus pœnitens (ſicut filius ille prodigus) reuertitur ad proprium, quod antea reliquerat monaſteriũ in quo per alios ſex menſes aſsiſtit, an dicatur nouitius, vel profeſſus ante probationis annum. In qua quæſtione ſi verum amamus, & omnia ſupradicta penſitamus, nouitium potius, quam profeſſus dicendum videtur ex eo nempe; quia tempus iſtud cum requiratur continuum ad hoc, vt dicatur profeſſus & veteranus non ſufficit interpellatum, at hic interpellatum eſt: ergo nõ profeſſus nec veteranus, ſed nouitius nũcupabitur, & pro hac opinione allego tex. ſingularem in. l. interdum. 16. §. quoties. ff. de publicanis & vectigalibus, in illis verbis, Sunt autem veterana, quæ anno continuo in vrbe ſeruierunt, nouitia autem mancipia intelliguntur, quæ anno nondum ſeruierunt, Eandem ſententiam tenuit Decius in. l. ſi idem cum eodem nu. 9. ff. de iuriſdictione omnium iudicum, Iaſſon in. l. admonendi, nu. 266. ff. de iureiuran. docet in terminis Auriga, noſter Bart. in. d. §. quoties, nu. 2. per illum text. cuius opinionẽ, licet de rigore iuris veriorẽ dixerit, Abb. in. c. ad Apoſtolicam, nu. 10. de regularibus, Gregorius Lopez, qui dicit veriorem

veriorẽ in.l.3.tit.7.part.1.verbo, Vn año. Nihilominus
tamen ex benignitate,& fauore religionis debet fieri tem
porum cumulatio, vel non requiri integrum vnius anni
tempus ad profeſsionem faciendam, poſtquam fuerit ad
monaſterium reuerſus.ita tenet Mſingerius vbi ſupra nu.
9.verſic.ſed redeundo ad caſum,& poſt Specular Ioan. An
dre.& alios Alexand.conſil.54.num.2.lib.4.& ita mul-
toties contigiſse in quodam monacho Diui Bernardi in
monaſterio Diuæ Mariæ de Valdeparadiſo iuxta Zamo-
renſem ciuitatem condito ab antiquioribus eiuſdem mo-
naſterij patribus pluries audiui, dum ibidem per integrũ
quadrienium vitam ſolitariam, & ab hominum concurſu
ſeiunctam volumina in euoluendo iurisutriuſque eorum,
quę tam priſcos,quam neotericos profeſſores explorando
agerẽ,vt in ſimili docet Iaſſon vbi ſupra nu.6.in fine, vbi
reſoluit,quod ſi ſtatuto caueatur,quod qui ſteterit in car-
cere per tempus vnius anni debeat liberari amore Dei,&
ſi quis ſtetit per ſex menſes denuo incarceratus ſterit per
alios ſex menſes debet fieri temporum cumulatio,vt vere
dicatur ſtetiſſe per annum,& ſic liberari,amore Dei,vt ſit
locus ſtatuto prædicto contra Bart.& alios, quos ipſemet
Iaſſon ibidem allegat,& hoc fauore relaxationis,prout in
ſimili fit, etiam fauore religionis, quando in aliquo caſu
8 illegitimus quiſpiam religionem incipiat profiteri mona-
ſticumque cultum proſequi, ſtatim per profeſsionem vi-
tam illegitimationis macula contaminatam penitus inno
uaſſe dicitur, vt demum deinceps ad ſacros ordines pro-
moueri poſsit,& prædicta illegitimationis macula, ſi qua
in eo antea concepta fuerat aboletur, & legitimus effici-
tur,tex.notabilis in.c. non liceat iuncta gloſſ. fin. 19. q.3.
gloſſ.f.in ſũma.56.d.& gloſſ.verbo, religionis, in.c.2.de
apoſtatis,eleganter Coua.plures allegans in. c. Rainutius
in



in principio,nu.20.de teſtamentis,& Paleotus in titu. de
nothis,& ſpuris filijs.c.45.nu.4.&.5.à quibus alia plura,
quę paſsim fiũt fauore religionis cõtra ſtrictas iurisutriuſ-
que diſputandi rationes enumerantur, & hinc eſt, quod
nouem illi dies,qui per noſtras leges regias dantur ad re-
tractum ſunt continui currunt de momento ad momentũ,
ex ea nempe ratione,quia omne tẽpus,terminus,vel lega-
lis dilatio ſemper currit de momento ad momentum, ex
tex.in.l.3.§.minorem.ff.de minoribus, & ibi notat gloſſ.
ordinaria Bart.Albericus,& doctorũ cõmunis opinio,pro
bat etiã tex.in.l.pater.§.ſexaginta.ff.de adulterijs,vbi ex-
preſſe notat Bart.& cõmunis,nulla facta differentia,an lex
circa hoc ſimpliciter loquatur,vel cũ aliqua propoſitione,
ex tex.in.l.eos.§.ſin aũt.C.de appellat,& ibi Baldus,& do
ctores in.l.2.§.dies.ff.quãdo appellandũ ſit, & in terminis
docẽt ſcribẽtes,vbi Ant.Gomez in.l.70.Tauri,nu.25.ſed
tñ de iure regio tẽpus nonaginta dierũ,qui prætorij quoli
bet anno de licẽtia officialiũ conſilij dantur,vt ſe poſsit ab
ſentari, an ſit cõtinuũ, vel interpellatũ nihil intereſt,vt cõ
ſtat aperte,ex tex.in.l.6.tit.5.lib.3. nouę Recopilationis.
Secundo ex hac eadem.5.clauſula, &.6.ibi (En tiempo 9
de entredicho) ſuboritur quæſtio pro cuius perfecta decla
ratione decidenda ſcire oportet,vtrum interdictũ,& ceſ-
ſatio inter ſe conueniant,vel differant,in qua dicendũ eſt:
quod licet interdictum, & ceſſatio in nomine in ceſſando
à diuinis,& in alijs pleriſque olim confunderentur, vt fe-
re omnino conuenire videntur per tex. ſic declarandum
in.c.non eſt vobis.11.de ſponſalibus,vbi Innocentius, &
Abb.nu.8.& in.c.dilectis filijs.55.de appellat. & in.c.ex
reſcripto in fine de iureiurando,& in Clem.1.de decimis,
& Soto in.4.diſtin.22.q.3.art.1.col.7.Verumtamen poſt
nouiſsimam deciſionem, tex. in.c.alma mater.f. de ſent.
excom.

excom.in.6.in pluribus diſſentiunt, quæ memorat Abb. in.d.cap. dilectis filijs, numer.19. Ioann. Andr. de interdictis, num.6. Nauarr. in manuali. cap.27. num. 188. Soto vbi proxime, & Couarr. in. d. c. alma mater. 2. p. §. 2. & po-
10 Diffinitio interdicti. Diffinitio ceſſationis. tiſsimum inter ſe differunt interdictum, & ceſſatio, quia interdictum eſt, quid iuris, & facit locum ipſum interdictum vbi diuina celebrentur officia. Ceſſatio autem eſt quid facti, nec locus per eam efficitur interdictus, ſed miniſtri tantum interdicuntur, ideſt à diuinorum celebratione prohibentur, vt docet Abb. in. d. cap. dilectis filijs, nu. 18. & 19. gloſſ. pragmaticæ ſanctionis in tit. de ignorantibus cultum diuinum, verſi. ceſſetur, Soto plures citans authores in 4. d. 22. q. 3. art. 1. Naua. d. nu. 188. Alphonſus Aluarez Guerrero in theſauro chriſtianæ religionis. c. 37. nu. 11. Silueſter in ſumma, verſic. interdictum. q. 1. in fine, & Couarru. vbi ſupra. Preterea etiá, quod ceſſatio à diuinis ſtricte ſumpta non eſt cenſura, vt docet Soto vbi ſupra, & Nauarr. d. c. 27. nu. 164. & 188. quia nihil iuris, ſed penitus facti eſt puta omiſſio celebrandi diuina officia, quamuis late a cenſendo, ideſt, corrigendo cenſura nuncupari poſsit, per tex. in. c. ſi canonici in principio, & ibi, gloſſ. verſic. ceſſare de officio ordinarij in. 6. reſoluit Silueſter & Tabiena, verſic. irrigularitas in principio, Couarr. vbi ſupra. §. 2. num. 1. in
11 principio, & Soto ſupra. d. art. 1. col. 2. Vnde. 1. ex his inter
1. queſtio noſtrates ſuccedit nondum deciſa quæſtio, quam ego Deo dante claram deciſam, & apertam relinquendam propono. Vtrum tempore ceſſationis generalis a diuinis, diuina poſsint officia celebrari ſeruata forma appoſita in interdicto generali, per tex, in. c. alma mater de ſent. excom. in. 6. ſub miſſa voce, clauſis ianuis, excommunicatis, ac interdictis excluſis, & campanis etiam non pulſatis.

Et primo etiam iuxta formam generalis interdicti. d. c. alma



mater non poſse diuina celebrari officia tépore ceſſationis à diuinis, probatur aperte, ex tex. in. c. non eſt vobis. 11. de ſponſ. ibi, nulla diuina officia celebrentur. c. irrefragabili. §. cæterũ de officio ordinarij. c. dilectis filijs. 55. verſi. verum iuncto, verſi. præterea de appellatio. c. ſi. canonici, & in. c. quamuis de officio ordinarij in. 6.

Secundo facit ceſſationem, & interdictum generale eſſe ſeparata remedia, vt patet, ergo de interdicto generali ad ceſſationẽ nullatenus extenſio fieri debet argumento, tex. in. l. Papinianus exuli. 21. in fine. ff. de minoribus. l. vlt. ff. de calumniatoribus, & expreſſe probat tex. in. c. 2. de tráſlatione epiſcopi.

Tertio pro hac negatiua parte facit tex. in. d. c. ſi canonici, & in. d. c. quamuis dum in illis iuribus fructus præbendarum canonicis addimuntur, ex eo quod iniuſtum tulerint ceſſationem, ergo tempore ceſſationis, & publice, & ſecrete ceſſatur alias fructus canonicis deberētur ratione officij ſaltem ſecrete geſti argumento, tex. in. c. cõceſſo. 12. q. 2. c. fin. de reſcrip. in. 6. docet Ancarra. in. d. c. ſi canonici, Selua de beneficio in principio, nu. 3. & notant omnes in c. 1. de celebratione miſſarum.

Et iſtam partem negatiuam tenuit Curiel in tit. de ceſsatione a diuinis, collatione. 5. pag. 11. Margallus de horis canonicis, & cenſuris eccleſiaſticis pag. 17. Naua. in. d. c. 27 nu. 189. & noſter iuris utriuſque monarcha Coua. veriorẽ dixit, atque vſu, & conſuetudine receptam in. d. c. alma mater. 2. p. §. 4. nu. 7.

Contrarium imo tamen tempore ceſſationis a diuinis celebrationẽ diuinorum officiorum permitti iuxta formam, tex. in. d. c. alma mater ratione ſuadetur, nam ceſſatio a diuinis, & interdictum generale iure canonico tá priſco, quá recentiori æquiparantur, priſco vt in. c. non eſt vobis. 11. Contr.

 de

de ſponſalibus recentiori, in.d. Clem.1.verſi. quod etiam
de ſent.excom.præſertim quoad obſeruantiam,& ceſſatio
nem a diuinis, ergo æquiparatorum idem debet eſſe effe-
ctus.l.quod vero contra.13.ff.de legibus,&.c.translato.3.
de conſtitutionibus.

Secundo facit, quia conſtitutio pęnalis animarũ,& fidei
fraudem continens, ex paritate rationis eſt ampliãda iux-
ta doctrinã, Bart.in autentica ſacramẽta pub.verſi.ſic pro
declaratione.C.ſi aduerſus benedictionem, Abb.in .c. ex
tenore, qui filij ſint legitimi,& Peruſini in.c.ſciant cuncti
de electione in.6. & hoc etiam ſi correctoria ſit, ſecundũ
Dominicũ in.c.1.de temp. ordinandorũ,col.3.in.6.& ibi
Peruſinum limitatione.4.Felinũ in.d.c.trãslato,col.f.&
Abb.lib.2.conſiliorum conſil. 214. ex celebri doctrina
Antonij in.c.omnis vtriuſque ſexus,col. 4.de pœnitent.
& remiſſ.

Tertio probatur ſic. Ratio interdicti generalis.d.c. al-
ma mater procedit in ceſſatione a diuinis , vt ex eo per te
conſtat eadem igitur verſari debet diſpoſitio, ex .l. illud
32. ff. ad legem aquileam.l.de quibus.31.ff.de legibus, ma
xime cum interdictum generale ſit maioris effectus & po
tentię quam ceſſatio a diuinis, ſiue ſpecialis, ſiue genera-
lis ceſſatio ſit, vt docet Baldus in.d.c. dilectis de appellat.
& proba. apertius, quia celebrans tempore interdicti ge-
12 neralis non ſeruata forma.d.c.alma mater irregularis effi-
citur.c.1.de poſtulatione prælatorum .c. is qui . §. is vero
de ſent.excom.in.6.ſed ſiue epiſcopus , ſiue clericus cele-
brauerit tempore ceſſationis a diuinis , ſiue ſit ſpecialis,
ſiue generalis illa ceſſatio ſeruata forma. d. c. alma mater
non fit irregularis, licet mortaliter peccet,& grauiter pu-
niri poſsit, gloſſ. verſi. ceſſare in .c. ſi canonici de officio
ordinarij in.6.docent Innocent. Anton. Inmola, Peruſi-





nus, Præpoſitus,& Abb. num.8.Decius, & communis in
eodem.c.dilectis, idem Innocent. Hoſtienſis, & Ioannes
Andreas in.c.irrefragabili.§. cæterum de officio ordina-
rij, Silueſter verſi.ceſſatio in fine, Curiel vbi ſupra col.4.
Borgaſius de irregularitate.6.parte, titu. de ſententia ſuſ-
penſionis, num.8.Margallus de horis canonicis, fol.16.di-
xit communem Couarruuias vbi ſupra.2.part. §. 2. nu.3.
Soto in.4.diſt.22.quęſt.3.art.3.colum.3. & .4. Alphon-
ſus Aluarez, Guerrero in theſauro chriſtianæ religionis,
cap.37.num.11.& Naua.in manuali.c.27.num.188. Ta-
metſi non me lateat receptam eſſe aliorum diſtinctionem,
qui celebrantem tempore ceſſationis generalis inſtar in-
terdicti generalis irregularem fieri putant, non vero cele-
brantem tempore particularis ceſſationis modo genera- 13
lis ceſſatio decreta fuerit ab eo, qui poterat interdicere , vt
videre eſt per Ioannem Andream,& Ancarranum, num.
10.in.d.cap ſi canonici, Dominicum, num.6.& Fra cum,
num.2.ibidem Innocentium ſibi contrarium in.d.c. non
eſt vobis, Beatum Antoninum Archiepiſcopum Floren-
tinum in titu de interdicto, cap.5.num.9.Calderinum de
eccleſiaſtico interdicto.1.p.c.15. Cardinalem , & ibi præ-
poſitum, num.8.in.d.c.non eſt vobis, Villadiego de irre-
gularitate, folio.4.Simonem Maiolum lib.3.de irregula-
ritate, verſi.hæc autem, atque licet aliter etiam diſtinxerit
Archidiachonus in.c.is qui in.2. reſponſo de ſentẽtia ex- 14
commu. vtrum nempe ſit legatus, delegatus epiſcopus, vel
ſimilis, qui ceſſationem procedit, quo in caſu ceſſationem
violans irregularis erit, ſecus tamen ſi ceſſationem intule-
rit alter eccleſiaſticus iudex.

His enim,& alijs diſtinctionibus Paludani in.4.d.18. Prior do
quęſt.8.artic.3. con.4. & aliorum exploſis prior doctri- ct.ina eſt
na, vt verior ſic praxi receptior eſt, non fieri irregularem verior.

celebrantem tempore ceſſationis generalis ſeruata forma
15 d.c.alma mater,irregularitas enim nunquam contrahitur niſi in caſibus a iure expreſsis,ex text. celebri in.d.cap. is qui in principio de ſententia excom. in .6. Tiraquelus in l.ſi vnquam verſi.reuertatur,nu.251.C.de reuocandis donat.Coua.in Clement.ſi furioſus in principio, primæ partis,nu.3.is auté caſus de quo adhuc loquuti ſumus in toto iuris corpore expreſſus non reperitur ergo.

Vnde hanc doctrinam celebrari poſſe tempore ceſſationis generalis ſeruata forma.d.c.alma mater ſicut tempore interdicti generalis,tenet Archidiachonus in.d.c.ſi canonici in principio,Villadiego de irregularitate.c.de interdicto col.3.Silueſter verſi.ceſſatio,Palud.in.4.d.18. q. 8. art. 3.concl.4.Florentinus.3.p.tit.26. c. 3. Curiel vbi ſupra,qui plures congerit,& alios citat,Couarr.vbi ſupra,in d.2.p.§.4,nu.7.verſi.quinto,& Naua.d.c.27.nu.189.

16 Ego tamen quidquid omnes in hoc ſcrupulo hæreant ſecure teneo celebrari non poſſe tempore ceſſationis generalis etiam ſeruata forma.d.c.alma mater.Nec eorum opinionem ſequor,qui .d.c.alma mater in.§. adijcimus extẽdunt ad generalem ceſſationem inſtar generalis interdicti & vbique hodie conſuetudo,quæ optima eſt legum interpres,ex.l.ſi de interpretatione.36.cum ſequenti.ff. de legibus,&.c.cum dilectus.8.de conſuetudine,ita obſeruat, & ſic exiſtimo tenendum fore.

Et ita contrariæ doctrinæ argumenta non obſtant, non enim primum ex.d.c.non eſt vobis,&.d.Clement.1.nam quoad.d.c.non eſt vobis,ſolutio ex ſuperioribus aperte conſtat interdictũ,ſcilicet generale,& ceſſationẽ iure veteri confundi, & æquiparari,ex.d.c.dilectis.55. de appellat. d.c.ex reſcripto.9.de iureiurando,hodie autem differre ex nouiſsima deciſione, tex.in.d.c.alma mater cũ præcitatis.

Nec



Nec ſimiliter obſtat.d.Clem.1.verſi.quod etiam,de ſen 17
tentia excom.cum nouiori .d. Clem.1. deciſione non in omnibus interdictum generale, & ceſſatio æquiparentur, ſed in ſpeciali caſu, vt ſcilicet religioſi etiam exempti ſequantur matricem ceſſantem cathedralem, ſeu parochialem,& niſi ceſſauerint quoties cathedralis,vel parochialis ceſſat ſint ipſo facto excommunicati per d.Clemen.quod ſi poſt excommunicationem celebrauerint incurrent irregularitatem,ex.d.c.is qui.§. f. de ſent. excom. in .6. alias enim irregulare non fierent niſi excommunicatio componeretur cum ceſſationis tempore celebrantes non ſubdantur irregularitati,ex.d.c.is qui in principio,quam declarationem præſenſit Abb.in.d. c. dilectis, Margallus & Curiel vbi ſupra,& nouiſsime Naua.in.d.c.27.nu.189.

Non deinde obſtat ſecundum argumentum,quia ea eſt ceſſatio natura, vt circa prohibitionem celebrationis ab interdicto ſeparetur,ex.d.c. non eſt vobis iuncto .c. alma
mater,quamuis interdictum eccleſiaſticũ definiatur,etiam 18
ſuſpenſio actiua & paſsiua celebrationis diuinorũ,& quorundam ſacramẽtorum,& ſepulturæ eccleſiaſticæ, quoad aliquem locum vel perſonam.d.c.non eſt vobis .c. quod in te de pœnit.& remiſſ.c.ſi ſententia.c.ſi ciuitas.c. quoniam,&.c.is qui de ſent.excom.in.6.docet Card.in.c.tanta de exceſsibus prælatorum, Abb. & Felin. in Rubrica de ſent.excom.Quintilianus Mandoſius de commiſsionibus.2.forma,verſi.eccleſiaſticis,Coua.in.d.c. alma mater 2.p.§.1.nu. 2. Alphonſus Aluarez in theſauro chriſtianæ religionis.c.39.Simõ Maiulus lib.3.de irregularitate.c.20 Naua.in manuali.c.27.nu.164.Menochius lib.2.de arbitrarijs caſu.180.n.2.Paulus Borgaſius de irregularitate .6. p. de ſententia interdicti,nu.1.præter Calderinum de interdictis eccleſiaſticis in principio, nume.2. Ledeſmium



in

in.2. 4.queſt.23.art.1.& Sotum in.4.d.22.quæſt.3.

19 Non etiam obſtat tertium argumentum, licet enim interdictum generale ſit maioris effectus, & potentiæ, quo ad pœnam celebrantis.d.c.is qui.§.is vero in quo ponitur irregularitatis pœna celebranti, non tamen tantæ virtutis eſt,quo ad modum celebrandi,& ſacramenta miniſtrandi in eo namque grauior ceſſatio eſt, quod omnino ceſſatur d.c.non eſt vobis,præcipue cũ iurium correctioné vitari oporteat,ex.l.præcipimus.32.in fine.C.de appellat.autentico de nõ eligẽdo.2.nubentes.§.cũ igitur,verſi.nec eſt.c. cũ expediat.29.& gloſ.verſi.petere,& verſi.priuato in.c. cupientis.16.§.quod ſi per vigenti de electione in.6.

2. quæſt. Secunda deinde elabitur quæſtio,ſcilicet vtrum ceſſatio a diuinis licita ſit,quibus ex cauſis,& quę requirantur, vt iuſta ceſſatio ſit,& licitam eſſe a diuinis ceſſationem,probatur in.d.Pſalmo.136.& in.d.c.non eſt vobis.d.c.irrefra

20 grabili.§.cæterũ de officio ordinarij.d.c.dilectis.d.c.quáuis.d.c.ſi canonici,&.d.Clem.1.per quá intendit eccleſia chriſtianum rebellem á duritie reuocare, & in obſequentiæ iniuriam vindicare,vt ab ea facilius reſipiſcat, ne Apoſtolica mandata contemnantur, ideo eſt vltimum documentũ,quo eccleſia oſtendit ſe triſtem,&afflictá eſſe,vt in d.Pſal.136.& docet Soto ſupra.d.22.q.3.art.2.conclu.2.& ſic Romanus Pontifex in.d.Clement.1.firmauit ceſſationem vnicum lumen eſſe ad repellendas iniurias eccleſiæ illatas,quare cum tot incommoda inuehát ceſſatio iſthęc

21 a diuinis mature,& ex grauiſsima cauſa, quæ vera, notoria vel ſaltem manifeſta ſit imponenda eſt, ex .d. c. ſi canonici.d.capit. irrefragabili.§. cæterum, & ibi Ioannes Andreas,Soto ſupra art.3. q. 1. Alphonſus Aluarez.d.c. 37.num.13.

Sed vt iuſta ceſſatio reputetur, quæ requirantur dubitant





tant omnes,in quo articulo breuiter, & ſuccinte tenendũ eſt decem conditiones hodie requiri,vt iuſta ceſſatio ſit.

Iam vt ille,qui ceſſationem imponit de iure,vel de cõſuetudine iuriſdictionem habeat imponendi requiritur, 22
in quo obſerua,quod a diuinis ceſſatio,non ſolũ a iure imponitur,vt in.c.ſi eccleſia vlt.de cõſecratione eccleſiæ,vel altaris.c.1.&.c.quęcũque.2.de iure patronatus,&.c.vnico de cõſecratione eccleſię in.6.in caſibus,ſcilicet quos refert, Calderinus in tit. de eccleſiſtico interdicto.1.p.nu.13.Sed etiam ab homine puta allegato delegato, archiepiſcopo, epiſcopo,aut quouis alio eccleſiaſtico prælato ſuperiore, vel inferiore,qui de iure,vel conſuetudine, vel priuilegio iuriſdictionem habeat,tex.in.c.quæſiuit,vbi docet Abb. & communis de his quæ fiunt á maiori parte capituli. d. Clement.1.& ibi Card.Alphonſus Aluarez.d. c. 37. nu. 11.12.13.& doctiſsimus noſter Couarr.in.d.c.alma mater 2.p.§.2.n.6.&Margallus ſupra fol.17.verſi.prima duplex eſt ceſſatio,imponitur etiam per capitulum eccleſię cathedralis,vt in.d.c.ſi canonici,& ibi gloſſ.& cõmunis, & in d.c.irrefragabili.§.cæterum,ſic etiam per Decanum ceſſatur,tex in.c.ex parte.1.de verb.ſig.d.c. dilectis filijs, & d.c.non eſt vobis,quorũ omnium is verus ſenſus eſt,vt regulariter imponatur ceſſatio à pręlatis,vel canonicis,tanquam à partibus, & ab alijs iudicibus ordinarijs delegatis, vel conſeruatoribus ex conſuetudine, vel priuilegio, ita debent intelligi verſicula huius clauſulæ,ibi, En tiempo de entredicho Apoſtolico, o ordinario, Quamuis non deſint, qui prælatorum ceſſationes magis interdicta,quam ceſſationes eſſe probent, quod ex doctrina Couarruuias dicto. §. 2. numero .6. interpretatur, quando dubium eſt an voluerit prælatus indicere ceſſationem à Diuinis, vel interdictum, non vero vbi Epiſcopi

Vide codicem ſuper titulũ de ſent. excom. in 6 pag.284. in fine.

ceſſantis eſſet manifeſta mens & intentio, quo caſu non vt interdictum, ſed in modum propriæ, ac vere ceſſationis ſeruabitur, ita Silueſter in.d.verſi.ceſſatio, in principio, & Soto ſupra, Epiſcopus autem electus confirmatus, ſed non dum conſecratus, bene etiam poterit ceſſationẽ iſtam imponere argumento, tex.in.c.tranſmiſſam de electione, & ibi gloſſ.f.&.c.ſuffraganeis illius tit. vbi deciditur, quod ea, quæ iuriſdictionis ſunt epiſcopus electus confirmatus, & nondum etiam conſecratus exercet. Item, etiam capitulum ſedeuacante ceſſare poterit cum hoc ſit iuriſdictionis tantum, & non ordinis, tex.in.c.is qui, & .c. cum olim de maioritate, & obedientia, etiam ſine vllo priuilegio, vel cõſuetudine, Cæſare denique poterit omnis inferior habens ordinariam iuriſdictionem, ex tex.in.c.cum inter, de conſuetudine, &.c. cum ab eccleſiarum de officio ordinarij, nõ tamẽ prioriſſa, vel abbatiſſa ex defectu clauium, tex.in c.noua de pœnit.& remiſsionibus, docet Florent.3.p.tit. 26.c.2.§.3.

Secundam, vt omnes canonici nemine dempto conuocentur, & abſentes, qui conuenire poſſunt ad tractandum de ceſſatione, ac ſi de electione ageretur, ex iuribus, & doctoribus ſupra citatis.

Tertiam, vt ceſſandi cauſa mature, & diligenter tractetur, cauſa autem grauis, & iuſta erit, ſi ſtatuta fiant contra libertatem eccleſiæ, tex.in.c.nouerint, &.c. grauem.53. de ſent. excom.&.c.fin.de immunitione eccleſiarũ in.6. vel ſi detineatur clericus, aut ſcholaſticus fori priuilegio gaudens per ſęcularem.c.vt fame.35.&.c. nuper.29. de ſent. excom.&.c.ſi clericus, eodem tit.in.6.gloſſ.verſi.cauſa in d.c.ſi canonici, & ibi Archidiaconus, Ioannes Andreas, & omnes ex doctrina Menochij, lib.2.de arbitrarijs caſu.72 nu.3.& in prooemio, nu.3.&.5.





Quartam, vt de ceſſando deliberent oportebit vtique, vt maior capituli pars in ceſſando conueniat, ſiquidem conuocatio ad ceſſationem æquiparatur ei, quæ fit ad electionem canonice faciendam, ex tex.in .d. c. quamuis de officio ordinarij in.6.ergo ſicut in electione præualet maior pars, vt in.c.dudum, & in.c.licet de electione.c.1.&.c. ex parte.f.de his quæ fiunt à maiori parte, capituli ſic etiã in ceſſatione debet maior præualere pars, alias enim minime ceſſabitur ex doctrina Soti vbi ſupra.

Quintam, vt offenſa propter quam ceſſabitur ſit notoria vel ſaltem manifeſta, alias nulla canonicis prodeſſet conſuetudo, nec ius, nec priuilegium imponentibus ceſſationem, ex eo enim, quia eſſet onerosa, ex.c.1.de conſuetudine.d.c.nouerit, &.d.c.grauem de ſent.excom.c.cum cauſam de re iudicata Regia .l.2.tit.9.pa.1.&.l.1.tit.13.lib.1. ordinamenti, docent Pariſius conſil.27.volum.1.Ruinus conſil.41.nu.45.volum.1.& conſil.156.nu.8. volum.4. Rochus de Curte in tit.de conſuetudine, nu.453.Bernardus Diaz de Lugo in regula.139.quæ incipit conſuetudo, quæ inducit grauamen, Dueñas regula.143.quæ incipit conſuetudo, quæ eſt contra, non ergo ſufficit probabilibus rationibus agi cum illo contra quem ceſſatio dirigitur, ſed neceſſum eſt apertis, & notorijs conuinci.

Sextam, vt illa manifeſta cauſa ſit etiã rationabilis vtrũque, itaque, & rationabilis, & manifeſta deſideratur.

Septimam, vt cauſa ceſſationis exprimatur inſtrumento publico, vel patentibus literis autentico ſygillo munitis.

Octauam, vt inſtrumentum, vel literæ ceſſationis ei cõtra quem ceſſatur notificetur.

Nonam, vt requiratur is quod competenter iniuriã, vel offenſam emẽdet propter quam ceſſatio imponitur, quod ſi pertinax fuerit tunc legitime indicetur ceſſatio.

Decimam, cum omnes iſtæ hę conditiones ceſſationem precedere debeant poſt ceſſationẽ debet vtraque, & pars, & ceſſans, & contra quem ceſſatur per ſe, vel per procuratorem iter arripere ad Sedem Apoſtolicam infra menſem, & termino competente ſe præſentare, vt cauſa cognita Romanus Pontifex remedium adhibeat ſalutare niſi interim per mutuam concordiam, aut ſatisfactionem tollatur ceſſatio, lapſo tamen menſe, an poſsit concordia fieri, an Pontificis placitum expectandum ſit, an tolli, vel non tolli ceſſatio poſsit per imponentem quæſtionis eſt: ego tolli ceſſationem poſſe non expectato Romani Pontificis iuſſu, etiã poſt lapſum mẽſis certius puto authoritate eius, qui ceſſationẽ impoſuit cũ ratio arripiendi itineris ea ſit, vt eccleſię, & populo cõſulatur, vnde ſi ante Romani Põtificis iuſsũ prouideatur nõ erit intercludẽda via remedijs.

Ex his autem conditionibus ſi vna deficiat ceſſatio non valet, vt præcitati authores reſoluunt, & inde colligunt, quod ſi lapſo menſe non arripiatur, iter ad Sedem Apoſtolicam ceſſatio ſeruanda non eſt, quod de parte ceſſante, nõ de ea contra quam ceſſatur intelligendum eſt, ne propter cõtumatiam ipſius eccleſia fraudetur iure ceſſandi, tex. in c. quamuis de officio ordinarij in. 6. docẽt Siluester verſi. ceſſatio. q. 2. & Soto vbi ſupra.

3. quæſt. Vnde tertia ſubſequitur quæſtio circa prædicta, Vtrum Romanus Pontifex poſsit diſpenſare, vt tempore ceſſatio
23 nis á diuinis, diuina celebrentur officia, & qua ratione Romani Pontificis priuilegium extendendum, vel declarandum ſit, in qua quæſtione.

24 Primo conſtituo ex Romani Pontificis diſpenſatione cũ ipſius priuilegio licere cuilibet diuina celebrare officia, quippe cum iſthæc prohibitio, & conſtitutio de iure poſsitiuo ſancita ſit, & Romanus Pontifex de iure poſsitiuo poſsit ſupra ius poſitiuum diſpenſare, ex. c. propoſuit de conceſsione præbendæ, & nullis legibus aſtringatur, ex. l. 1. ff. de conſt. principum. l. princeps legibus. ff. de legibus §. ſed & quod principi placuit, inſt. de iure naturali. c. literas đ reſtitutione ſpoliatorũ. c. per venerabilẽ, qui filij ſint legitimi, ea tñ conditione ſupradicta procedunt cum nulli Romanus Pontifex legi diuinę deroget. cap. ſunt quidam cum ſequenti. 25. queſt. 1. argumento, tex. in. c. 1. de re iudicata in. 6.



Secundo conſtituo, quod priuilegiũ habet audiendi diuina officia tempore ceſſationis, vel interdicti generalis niſi audiat in feſtis eccleſiæ mortaliter peccat, vt docet Naua. in manuali. c. 21. nu. 4. ex. c. miſſas totas de cõſecrat. diſt. 1. 25

Sed in hoc articulo diſtingui ſolet localis, & perſonalis ceſſatio, vel locale, aut perſonale interdictum ſit, locale ab interdicto loco, prouincia, ciuitate, vel municipio. c. ſi ciuitas, &. c. alma mater de ſent. excom. in. 6. c. ſane. 2. de officio, & poteſtate iud. de leg. perſonale á perſona, vel perſonis interdictis appellatur. c. ſi ſententia de ſent. excom. in. 6. c. vnico de iureiuran. lib. 6. c. miror. 17. q. 4. c. cum & plantare. §. 1. de priuilegijs.

Eſt & aliud interdictum mixtum quando locus, ſcilicet & perſona ſimul interdicuntur, vt quocumque perſona vadat, locus tunc interdictus cenſeatur, ex. d. c. non eſt vobis de ſponſalibus, quod deambulatorium vſque frequentius eſt, vt docet Florentinus 3. p. tit. 29. c. 1. in principio, Nauarr. d. c. 27. num. 166. Quo igitur iacto fundamento ſi interdictum ſit perſonale, vel ceſsatio perſonalis ſit, qui priuilegium habet audiendi omnia diuina officia, vel ſaltem Miſsam tempore interdicti, vel ceſsationis, niſi interdictus ſit ipſe, vel niſi dederit cauſam interdicto nõ audiẽs Miſsam in feſtis eccleſię, peccabit mortaliter, vt docent Card.

Card.in.c.fin.de exceſsibus prælatorum,Palud.in.4.d.18
26 q.8.art.4. quo fit vt ſi aliqua eccleſia habeat priuilegium
publice dicendi Miſſam, & palam teneatur omnis fidelis
eam audire ex precepto audiendi Miſſam.d. c. Miſſas totas,& ſi non deſint, qui contrariam doctrinam ſine ratione veriorem putent.Ego ſequor doctiſsimi Naua.opinionem.d.c.21.num.4.Soti in.4.d.13.q.art.1.col. penult. &
27 fin.vt ſcilicet regulariter in feſtis eccleſiæ,qui priuilegium habet audiẽdi diuina officia, vel Miſſam ſub peccato mortali teneatur eam audire modo poſsit ſine nimia difficultate argumento,tex.ſingularis in.l.continuus.137.§.illud.ff.de verb.oblig.niſi ingreſſus eccleſiæ ei priuilegium habenti interdictus ſit.c.2.de officio deleg. in.6. alias enim
28 ſi ſe diuinus inſerat in ea eccleſia interdictus eſt irregularis exiſtet,non tamen in alia.c.is qui de ſent.excom.in.6. tenent Archidiachonus in.d.c.2.verſi.ingreſſus,Naua. in c.ſi quis autem de pœnit.d.6. num. 35. Alphonſus Aluarez Guerrero vbi ſupra.c.37.n.8.& Maiolus lib.3.de irregularitate .c. 20. ſi tamen ſacerdos ſit tunc interdicto ingreſſu particularis eccleſię poterit extra eam particularem eccleſiam celebrare, iuxta gloſſ.2.in.d.c.is qui communiter receptam à Couar.in.d.c.alma mater.2.p.§.1.nu.7. à Naua.in manuali.c.27.nu.17.vbi autem miniſterium ſacerdotale, & interdictum,nec in eccleſia,nec extra eccleſiam poterit celebrare,& ſi epiſcopus ſit non modo prohibentur ea omnia,quæ ad ordinem presbyteratus expectant,ſed etiam illa,quę ſine ſacrificio Miſſæ adminiſtrare non ſolent,puta ordines ſacros chriſma conficere,virgines benedicere,& id genus non pauca iuxta tex.in.c. ex literis de exceſsibus prælatorum argumento.c. fin.de clerico excommunicato, & docet Dominicus in.d.c.2.n.6.&.7.

29 Ex ſuperioribus autem nunc conſequens eſt, quod ille qui



qui propter aliquod priuilegium , vt per clauſulam iſtam huius Bullæ Cruciatæ, ibi,Que puedan en tiempo de entredicho Apoſtolico,o ordinario,oyr Miſſa enlas yglesias &c.Poteſt tempore interdicti generalis audiri Miſſam,& diuina officia , non tamen idem Miſſę , aut diuinis officijs tempore ceſſationis generalis intereſſe poterit cum ceſſatio generalis,nullo modo Miſſę,vel diuinorum celebrationem admittat,& ſic prædicta verſicula huius clauſulæ ſupra relata tantummodo ad interdictum prout iacent referenda ſunt,non vero ad ceſſationẽ cum vtriuſque ſit ratio diuerſa,ex.d.c.non eſt vobis,etiam ſeruata forma.d.c. alma mater,gloſſ.&.dd.in Clem.vnica de baptiſmo,Ancarranus in.c.ſtatutum.2.de hæreticis in .6. Naua. in manuali.d.c.27.num.189.per tex.in.c.licet de priuilegijs in .6. & Coua.vbi ſupra,quia æquiparatio illa,quæ procedit de iure communi non habet locum de iure ſpeciali argumẽto,tex.in.l.ex facto.§.ſi quis rogatus.1.ff.ad Trebelianum iuncta Clement. vnica de baptiſmo,verſi.liberi,& ibidẽ gloſſ.quam dixit notabilem Ancarranus ſupra,& quia ceſſatio abſtinet omnino à facto celebrationis diuinorũ officiorum,ſecundum Bonifacium in Clem.1.§.in ceſſationibus de ſent.excom.Abb.in.c.dilectis,col.1.de appellationibus,Coſmas Grammaticus in practica ſanctione,titulo de pignorantibus cultum diuinũ,verſi. ceſſetur in principio,& Soto in.4.d.22.q.3.art.2.

Illud autem ſupereſt explicare , an qui ad vnum caſum ceſſationis prohibitum habet Bullæ Cruciatæ,vel alterius 30
priuilegium nempe ad audiendam Miſſam ſimiliter habeat ad alium etiam prohibitum,puta poſsit euchariſtiam ſumere,qui audiendæ Miſſæ priuilegiũ habet in qua quæſtione, puto non extendi de caſu ad caſum,quia lex correctoria,& exorbitans extendi non debet.l. quod vero cōtra

tra.ff.d e legibus.c.quæ a iure communi exorbitant de re-
gulis iuris in .6. non enim inexorbitantibus fit extenſio,
etiam ex identitate rationis, ſecundum gloſſ. & commu-
nem in autentica quas actiones .C. de ſacroſanctis eccle-
ſijs,& ibi dixit communem Iaſſon,num.2. & Immola .c.
1.nu.9.de locato adeo, vt nec clericis, nec religioſis ſanis
extra celebrationis actum euchariſtia concedatur, quam-
uis ſint priuilegiati, vt docet Calderinus in tit.de eccleſia-
ſtico interdicto memb.6.verſi.viſo, Ancarr.in.d.c. alma
mater,nu.6.Coua.6.d.§.3.nu.1.& Naua.d.c.27.n.178.

Illud autem in iſta ceſſationis,& interdicti,materia præ
termitendum non eſt,quæ nam ſcilicet ſacramenta,vel di-
uina officia ceſſationis tempore celebrari poſsint.

31 In quo primo conſtituo recte miniſtrari poſſe baptiſmi
ſacramentum cum catheciſmo,exorciſmo, vnctione olei,
& chriſmatis,& cum omni ſolemnitate,qua extra tempus
ceſſationis miniſtratur,nec ſolum paruulis, ſed etiam adul
tis,ex tex.in.d.c.non eſt vobis.11.de ſponſ.c.reſponſo.43
de ſententia excommu.in.6.& communis,in.d.c. non eſt
vobis,Angelus verſi.interdictum.6 §.27.Silueſter in eo-
dem verſi.interdictum.5.q.19.& Naua.d.c.27.nu.188.

32 Secundo,conſtituo ſacramentum cõfirmationis licite
celebrari poſſe tempore ceſſationis.d.c.reſponſo, &.d.c.
quoniam, & hoc ita ſolemniter fieri poteſt, ac ſi ceſſatio
non eſſet impoſita cum omni ſolita ſolemnitate inſtar bap
tiſmi,vt docet Naua.d.c.27.nu.178.& Villadiego.d.c.in-
terdicto,Coua.Silueſter,& Calderinus,vbi ſupra.

33 Tertio,conſtituo nedum morientibus tempore ceſſatio
nis miniſtrari ſacramentum pœnitentiæ. d. c.non eſt vo-
bis.d.c.reſponſo, & .c.quod in te.11.de pœnit.& remiſſ.
ſed etiam ſanis, tex.in.d.c.alma mater,verſi.quia vero,&
Coua.d.2.p.§.9.nu.7.

Quarto



Quarto, conſtituo etiam in ceſſatione euchariſtiæ ſa- 34
cramentum poſſe miniſtrari infirmis tantum,& non ſanis,
quod viaticum ſit.d.c.quod in te.gloſſ. verſi.admittantur
in.d.c.alma mater, dixit cõmunem,Silueſter vbi ſupra Na
uarr.d.c.27.num.178.Coua.in.d.c.alma mater.2.p. §.3.
num.1.& hoc cum debita, ſcilicet & ſolita ſolẽnitate mo-
do diuinum officiũ non recitetur ex ceſſationis definitio-
ne, quid autem diuini officij appellatione contineatur in-
ferius referam,quo vt mulieri prægnanti cum de ipſius vi- 35
tæ periculo vero ſimiliter timeatur, euchariſtia licite mi-
niſtrabitur,Coua.d.2.p.§.3 nu.1.ſic etiam ad vltimũ ſup-
plicium condẽnatis exemplo morientium præſtatur argu 36
mento,tex.in.d.c.quod in te,& docet Calderinus de inter
dicto eccleſiaſtico,memb.2.fol.11.col.4.Silueſter vbi ſu-
pra,& Ioan.Andr.in.d.c.alma mater, quãuis a conſuetu-
dine ijs condemnatis euchariſtiam præſtari in Hiſpania re
ceſſerit,Iulius Clarus.lib.5.receptarũ ſententiarum.§.f.q.
99.verſi.ſed quæro ad medium,Anton.Gomez in.3.tomo
variarum.c.14.nu.6.Gama.de ſacramentis,vltimo ſuppli
tio damnatis.q.1.Coua.lib.2.variarum.c.1.nu.11.& Soto
in.4 d.12.q.1.art.11.col.7.tamen verius eſt illis dari, ſed
eo caſu propter ſanctiſsimi euchariſtię ſacramenti reue-
rentiam,non debent condemnati illo die quo communi
cant vltimo ſupplicio affici,vt hodie nouiſsime per catho-
licum Philippum ſecundum Regem noſtrum ſtatutũ eſt
in.l.9.tit.1.lib.1.nouæ Recopilationis,& tãgit Iulius Clã
rus vbi ſupra,verſi.ſciendum eſt tamen.

Quinto, conſtituo extremæ vnctionis ſacramentũ non 37
poſſe ceſſationis tẽpore miniſtrari.c.quod in te de pœnit.
&remiſſ.quamuis ſint clerici ij enim priuilegiati, quoad
ſepulturam eccleſiaſticã non fruuntur,quoad extremã vn
ctionẽ,v docet Ioan.Andr.in.d.c.quod in te.Nec dabitur

deinde

deinde capitaliter condemnatis, vt docet Gomezarius in l.2. Tauri, nu.79. quod ita practicari teſtatur Iulius Clarus ſupra in fine.

38 Sexto, conſtituo matrimonij ſacramentum legitimi celebrari tempore ceſſationis argumento, tex. in c. capellanus de ferijs, gloſſ. verſi. ſacramentis in .d. c. alma mater, vbi Coua.2.p.§.2.nu.7. Calderinus vbi ſupra, vlt.p.nu.8.9.&.10. exceptis tamen benedictionibus nuptialibus, ex ſupra citatis.

39 Septimo. conſtituo ordinis ſacramentum minime poſſe miniſtrari tempore ceſſationis a diuinis, ex text. in .d. cap. irrefragabili.§. cæterum. Igitur epilogum hoc ſcias quod ea omnia ſacramenta, quæ antiquo illo, & priſco iure tempore interdicti permittebantur, hodie etiam ceſſationis tempore permittuntur, teſte Coua. vbi proxime, verſi. vtcumque, & Naua.d.num.178. eademque ſacramenta in eccleſia ſpecialiter interdicta poterūt miniſtrari, teſte Calderino de Eccleſiaſtico interdicto.2.mēbro, col.1. Coua. d.nu.7. verſi. hæc vero.

Prӕterea poſtquam adhuc diximus de primo noſtræ quæſtionis membro, ſcilicet quæ ſacramenta tempore ceſſationis poſſent miniſtrari operepretium erit, ſecundum membrum, ſcilicet quæ diuina officia ceſſationis tempore poſsint celebrari, pro quo.

40 Primo, conſtituo ſemel in hebdomada Miſſam celebrari poſſe iuris authoritate ſine iudicis ceſſationem imponentis vel alterius prӕlati licentia ad renouandum euchariſtiæ ſacramentum.c.permittimus.59. de ſentent. excom. ideſt, octaua quaque die ianuis clauſis cum ſolo miniſtro adiuuante ſacerdotem celebrantem, ex text. in.d.c. permittimus. Ratio manifeſta eſt, quia ſanctuariū Dei nō oportet eſſe ſine euchariſtię ſacramento: c.1. &.2. de cuſtodia



ſtodia euchariſtiæ.c. officium de officio archipresbyteri alias euchariſtiæ ſacramentum ceſſatione pendente miniſtrari non poſſet contra.d.c.quod in te.

Secundo, conſtitui chriſmatis ſacramentum tēpore ceſſationis, vt & interdicti generalis recte confici poſſe, ex deciſione text. in.c. quoniam de ſent. excom. in.6. cum aliter baptiſmi, & confirmationis ſacramentum non conficeretur niſi ſancto confecto chriſmate, cum ergo lapſo anno chriſmatis vſus prohibeatur, ideo in die Cœnæ Domini confectio chriſmatis permittitur, vt in .d. c. quoniam, & ibi gloſſ. Ianuis tamen clauſis excommunicatis, & interdictis excluſis, vt docent Archidiaconus, Dominicus, & cōmunis in.d.c. quoniam, & dixit cōmunem Coua. in .d. c. alma mater.2, p.§.2.nu.7. 41

Tertio, conſtituo eccleſiaſticam ſepulturam non laicis, ſed clericis tantum concedi ijsque presbyteris, & in cęmeterio. & cum ſilentio, & ſine campanarum pulſatione, & ceſſantibus ſolemnibus, & cum licentia proprij prӕlati. d. c. quod in te, vbi communis de pœnit. & remiſſ. & ita intelligi debet ſexta hæc clauſula huius Bullę, ibi, Que en tiēpo de entredicho puedan ſer ſepultados los cuerpos delos defunctos en ſepultura ſagrada cō moderada pōpa funeral. 42

Quarto, conſtituo diuini verbi prædicationē ceſſationis tempore non prohiberi, dummodo diuina non celebrentur officia. c. Reſponſo de ſent. excom. etiam præſentibus ipſis interdictis, & excommunicatis ex.d.c. reſponſo, docent Calderinus de interdictis.1.p.nu.98. Plobius in eodē tit.nu.24. regula.39. & Diuus Antoninus, ibi.c.4.nu.40. & vt prædicatio, ſic etiam campanę pulſatio permiſſa eſt iuxta communem, quam reſoluit Ancarr. in.d.c. alma mater, nu.6. Diuus Antoninus.3.p.titu.26.c.4.§.1. & Villadiego de irregularitate, folio mihi.27. colum.3. ſic etiam 43

& hortatio,vel abſolutio a venialibus, quæ poſt prædicationem fieri ſolet licebit,ita Card.in.c.tanta,nu.9. de exceſsibus prælatorum.

44 Quinto, conſtituo pulſari campanas recte poſſe ſine ceſſationis tranſgreſsione, nõ tantum pro ſermone audiendo vt ſupra diximus,ſed etiam pro Aue Maria recitanda,pro oſtenſione reliquiarum,pro deferendo infirmis ſacramento,pro bono tempore,pro congregandis hominibus ad cõcilium,& ad electionem faciendam, pro aduentu epiſcopi,vel prçlati,& vt vnico verbo concludam, pro omni eo quod non ſit celebrare, ita Federicus conſil. 67. Calderinus.1.p.de interdicto,nu.49.&.2.p. nu. 3. Plobius ſupra regula.20. &.39. Ancarranus,Dominicus,& Francus in.d.
45 c.alma mater,Naua.in manuali latino.c.27.nu.177.Couarr.in.d.c.alma mater.2.p.§.4.verſic. 13. Cæterum ego circa hoc vſum regionis ſeruandum puto,nam Salmanticæ,vbi hæc omnia paſsim videbam tempore ceſſationis duodecima meridiei hora in omnibus eccleſijs, quibus ceſſatio erat interpoſita, omnes pulſabantur campanæ in ſignum maioris mæroris, nec in toto die alia vice etiã ad Aue Mariam recitandam pulſabantur, nec etiam ad reliqua omnia,quæ officia diuina non erant.

46 Sexto conſtituo clericum tempore ceſſationis horas canonicas recitare minime prohiberi, imo teneri, ſed ſolus, & ſecreto eas recitare debet ne exterius audiatur, vt teſtatur Villadiego de irregularitate,folio. 4.col.3.Montemaior in tit.de ceſſatione.q.22.&.28.ex eo nempe,quia eo tempore ſolum ceſſatur, quoad impediẽdum officium eccleſiç,tex.d.c.ſi canonici.

47 Inde eſt ſuſpenſum interdictum, excommunicatum, depoſitũ,& exiſtentẽ in peccato mortali ex debito teneri etiam tempore ceſſationis ad horarũ recitationem.c.





1.&.c.dolentes de celebratione Miſſarum,gloſſ. f. in cap. presbyterium.28.d.gloſſ.verſic.officia,in .c. illud de clerico excommunicato, docent Decius in .c. cum inter de exceptionibus,nu.23.&.in.c.intelleximus de iudicijs,nu. 5.Silueſter verſi.hora.q.4.Angelus eodem verſicu.§.5. Caietanus.2.tomo opuſculorum.q.13.Naua.in.c. quando de cõſecratione.d.1. notabili.7.corollario.11.Coua.in.d. c.alma mater.1.p.§.3.nu.8.

Quare nec bini poterunt horas canonicas recitare,niſi 48
ad hoc priuilegium habeant ſpeciale.c.quod in te de pœniten.& remiſſ.Coua.d.2.p.§.4.num.7.verſi.nec tamẽ, Naua.in manuali latino.c.27.nu.129.

Septimo conſtituo, quod virtute huius noſtræ bullæ
Cruciatæ (in hac clauſula) qua licet interdicti tempore 49
Miſſam audire,eam tamen non licebit audire tempore ceſſationis,argumento,tex.in.c.priuilegia.d.3.c.porro,&.c. ſane de priuilegijs,Coua.d.2.p.§.4.n.7.verſi. nec tamẽ, & Naua.vbi ſupra.d.nu.129.

Si autem priuilegio quodcumque ſit, alicui liceat in 50
ceſſatione audire diuina officia, & iſte talis perſona particularis fuerit,recte etiam poterit domeſticos familiares ad audiendum,vel celebrandum ſibi diuinũ officium admittere, niſi tales familiares, & domeſtici interdicto,vel ceſſationi cauſam dediſſent,vel alicuius collegij, ſeu conuentus tales domeſtici familiares extitiſſent,qui niſi de per ſe prædictum habuiſſent priuilegium admitti non debent, ex text.ſingulari,& expreſſo in cap. licet.11.in verſi. cum conceditur de priuilegijs in.6. dummodo prędicti domeſtici familiares neceſsitate, non nuda voluntate in fraudem interdicti, vel ceſſationis fuerint aſſumpti,alias domeſtici,familiares,perpetui,& mercenarij,& qui poſt interdictum,vel ceſſationem fuerint aſſumpti continentur,

vt docent Archidiaconus, Ioannes Andreas, & Peruſi-
nus in.d.c.licet, Nicolaus Plombinus de interdicto reg.
25. Palatius Rubeus in repetitione reſpublice de donat.in
ter.§.69.nu.22. & ita intelliguntur verſicula huius noſtræ
bullæ & clauſulæ, ibi, Dezir miſſa y otros diuinos officios
por ſus perſonas ſi fueren presbyteros, o hazerlos celebrar
a otros en ſu preſencia y de ſus familiares, &c.

Octauo, conſtituo ceſſationis tempore licere menſæ be-
51 nedictionem, & ſacræ ſcripturæ lectionem coram ſtanti-
bus in menſa, vel extra menſam facere dummodo bene-
dictio talis, & lectio, nulli ordini ſpecialiter deputentur,
ex tex.in.cap.fin.44.d. docent Hoſtienſis, Ioannes An-
dreas, Monachus, & communis in.c.1.de ſent.excommu.
in.6. Innocentius in.cap.tanta, num.1.&.2. de exceſsibus
52 prælatorum. Quapropter epiſcopi alicui ſolemnem bene
dictionem facere non licebit, quæ ſane benedictio ratione
ordinis epiſcopalis ei competit.c.miniſtrare.23.q.6. do-
cet Calderinus de interdicto.1.p.nu.93. illam tamẽ bene-
dictionem, quam ſine ſolemnitate per vias, & plateas de
ambulando, vel vbicumque facit etiam tempore ceſſatio-
nis recte facere poterit, vt teſtatur Calderinus vbi ſupra.
Hinc etiam cum defertur euchariſtiæ ſacramentum, licet
Pſalmos recitare, non tamen ordinatim prout in horis ca
nonicis continentur, & ſi ab hoc Angelus noſter diſſentiat
in ſumma, verſic.interdictum.5.§.4. licebit etiam ingre-
di eccleſiam quancumque ad orandum, ſcilicet quamuis
perſonę quæ ingrediantur ſint illæ, quę cauſam ceſſatione
dederunt, ita Calderinus de eccleſiaſtico interdicto mem-
53 bro.6.col.16. Non tamẽ licebit aquam benedicere, nec eã
populum ſpargi exceptis feſtiuitatibus de quibus in. d.c.
alma mater cũ ſimilibus, ita Calderinus ſupra.1.p.n.90.cũ
ſequentibus, &.2.p.nu.10.& Plõbinus ſupra reg.18.&.30.

Nono



Nono, conſtituo ante deciſionem, tex. d.c. alma mater
certis perſonis, vt prædicatoribus, monachis ſancti ſcili- 54
cet Dominici, & minoribus conceſſum ſuper altare por-
tatili Miſſam celebrare ianuis clauſis, & ſubmiſſa voce, ex-
cõmunicatis tamen, & interdictis excluſis.c.in ijs de priui
legijs.39.c.cum & plantare.3.§.quod ſi templarij, &.c. vt
priuilegia.24.§.illud de priuileg.&.c.vlti.eod.titu.in.6.
Vnde quæſtionis eſt, an ceſſationis tempore, id liceat cum
priuilegia ſint eo tempore conceſſa, quo interdictum, &
ceſſatio æquiparabantur, atque ſtricta diſputandi ratione
etiam hodie poſſe priuilegiatas has perſonas ſuo priuile-
gio vti ceſſationis tempore certius puto, vt reſoluit ex Ioã-
ne Andrea in.d.c.dilectis, Coua.in.d.c.alma mater.2.p.§.
5.verſi.vtcumque tamen.

Decimo & vltimo cõſtituo, quod ceſſatio in ciuitate fa- 55
cta dicitur, & cenſetur etiam in ſuburbijs extra muros, &
in continentibus ædificijs impoſita, text. celebris ad hoc
in.c.ſi ciuitas.17.de ſenten.excommu.in.6.cui tex.obſta-
re videtur, quod ſententia ceſſationis, vel interdicti odio-
ſa eſt, & non debet extendi de vno caſu ad alium.c.ſi ſen-
tentia de ſent.excom.in.6.tex.in.l. ſi de interpretatione
ff.de pœnis.c.odia d regulis iuris in.6.bonus tex.in.c.pœ
næ in principio de pœnitentia.d.1. At vero ciuitas ſolum
eſt, id quod murorum ambitu continetur.l.nam quod li-
quido.§.ſi ita.ff.de pœna legata.l.2.ff. de verb.ſign.tradit
Coua. vbi ſupra.§.1.num.8.communis in.c.Rodulfus de
reſcriptis, Rebufus in.d.l.2.col.4. Abb.in.c.fin. nu. 8. de
præbendis, ergo interdicta ciuitate non cenſentur interdi-
cta ſuburbia. Cui difficultati facile reſpondeo rationem il
lius tex.in.d.c.ſi ciuitas eſſe, ne alias ſententia ceſſationis,
vel interdicti reddatur illuſoria, & contemnatur ſi ſubur-
bia non cenſerentur interdicta, vt clare ex verbis ipſius

I 3 tex.

Illatio. tex. colligitur, & notant omnes ſcribentes ibi, & Abb. Rebuſus, & Coua. ſupra nu. 10. Ex quo inferunt præcitati authores, Abb. ſcilicet, & Rebuſus ſupra quod ſi ſtatutum prohibet exercere aliquam artem in ciuitate cenſetur illã exerceri, prohibere in ſuburbijs quãdo eſſet eadem ratio, ne alias diſpoſitio illuſoria reddatur, quibus ſuffragatur tex. in. c. ſpecula de magiſtris, & ſic per contrarium ſublata, quoad ciuitatem ceſſatione a diuinis cenſebitur abſque dubio, etiam quoad ſuburbia, & continentia ædificia ſublata ex eo nempe, quia contrariorum idem eſt iudicium proferendum ex. l. inter ſtipulantem. §. eam rem. ff. de verb. oblig. l. 1. §. huius rei. ff. de officio eius, cui mãdata eſt iuriſdictio, &. §. 1. inſt. de ijs, qui ſunt ſui vel alieni iuris.

56 Vnde nobilis adeſt quæſtio, vtrum ex ceſſatione reſtitutionis obligatio aliqua naſcatur, in quo articulo hac ſolummodo diſtinctione concludo, ſi abſque ligitima cauſa, vel iniuſte ceſſatio a diuinis ponatur tenetur imponens reſtituere ea omnia, quæ de quibuſcumque prouentibus illius eccleſiæ, in qua ceſſatum eſt ſuſcepit, & nec percipere poterit, quę ſibi debentur, imo vltra tenebitur alteri parti de damnis, & iniurijs ſatisfacere, ex text. in. c. ſi canonici de officio ordinarij in. 6 & Silueſter in ſumma, verſiculo ceſſatio, num. 4. Soto ſupra. Si autem legitima cauſa ad ceſſationem imponendam ſubſit, tenetur is qui cauſam ceſſationi dedit ad omne intereſſe canonicis ſoluendum, atque ipſi eccleſiæ, cui debitum officium culpa ipſius eſt ſubſtractum aliquid reſtituere arbitrio iudicis. d. c. ſi canonici, Soto & Silueſter ſupra, & Curiel in titu. de ceſſatione. q. 15.

57 Rurſus ex præterita præſens reſoluitur queſtio, vtrum ſi viguerit conſuetudo omnino ceſſandi, clerici integros quærant ſui beneficij fructus, & quotidianas diſtributio-

nes



nes, non ſecus quam ſi celebrarent, & ego in hoc caſu puto integros ſui beneficij fructus acquirere, exceptis tamen quotidianis diſtributionibus, quæ ſolum interentibus, & non abſentibus debentur, ex. c. licet de prębendis. c. de cætero de clericis nõ reſidentibus, vbi gloſſ. fin. c. vnico eodem tit. in. 6. d. c. alma mater, verſic. & tam canonici, quam clerici regalis. l. 16. &. 19. tit. 10. pa. 1. Trident. ſeſſ. 24. c. 12. de reformatione, docent Dominicus, & Francus in. d. c. vnico, Couarru. lib. 3. variarum. c. 13. num. 3. Diſtat enim reſidentia perſonalis, vel præſentia ab intereſſentia ex gloſſ. verſic. adfuerint communiter recepta in dicto cap. vnico per tex. ibi in verſic. qualitercumque, cæterum vt prædixi de quotidianis diſtributionibus, & omni intereſſe tenebitur ſatisfacere, is cuius occaſione ceſſatum eſt.

## Ad ſeptimam clauſulam.

### *SVMMARIVM.*

*¶ Cum licentia & facultate amborum medicorum in quadrageſima, vel extra, cum bulla, vel ſine ea poteſt quilibet ex neceßitate (& qualis debeat eſſe iſta neceßitas) carnibus veſci, nu. 1.*

*Intellectus ad verba huius bullæ, & clauſulæ, ibi, Que puedan comer hueuos y coſas de leche, nu. 2.*

*An diebus ieiunij extra quadrageſimam, liceat veſci lacticinijs de iure communi, nu. 3.*

*In diebus quadrageſimalibus, quãuis per iſtam Bullã oua, lac. caſeũ, & ſimilia comedere liceat, non tamen licebit*

*per eam ſagimina, nec lardum edere, nu. 4.*

*Vtrum habens ab vtroque medico edendi carnem facultatem cenſeatur diſpenſatus in ieiunio, vt iam ieiunare non teneatur, nu. 5.*

*Intellectus ad verſicula cuius clauſulę, ibi, De manera que los que comieren carne, &c. nu. 6.*

*Vtrum clericis tam regulares, quam ſeculares, & e contra poſsint in diebus Dominici quadrageſimæ ouis, lacte, caſeo, & his veſci ſimilibus, nu. 7.*

*Dies dominici ab obſeruantia ieiunij ſubtrahuntur, & inter dies quadrageſimales non enumerantur, nu. 8.*

*Niſi contraria ſteterit conſuetudo, vel Cõmiſſarius Bullæ contrarium declarauerit iuridica concluſio eſt clericos, vtroſque in diebus dominici quadrageſimę poſſe lacticinijs omnibus veſci, nu. 9.*

*Appellatione regularium de quibus in noſtra clauſula mẽtio fit, quæ perſonæ comprehendantur, nu. 10.*

*Nulli æquites quatuor ordinum militarium ſub prohibitione non veſcendi lacticinijs in quadrageſima continentur, nu. 11.*

*Vtrum pueri ſine Bulla Cruciata poſsint vti, ac frui priuilegijs in ea contentis, nu. 12.*

*Præceptum de ieiunando neminem aſtringit ante viceſimum primum annum completum, nu. 13.*

*Pręceptum communionis neminem obligat ante decimum quartum, vel decimum quintum annum, nu. 14.*

*Confeſsionis præceptum non obligat ante ſeptimum annum completum, nu. 15.*

*Ante*



*Ante ſeptimum annum completum poterit quilibet etiam in quadrageſima lacticinijs omnibus libere ſine bulla, & peccato veſci, & pater filio in prædicta ætate conſtituto lacticinia omnia, & carnes etiam in quadrageſima offerens non peccabit, nec filius edens, nu. 16.*

*Infans vſque ad ſeptenium bene poteſt tempore interdicti Miſſam, & cętera ſacramenta audire, & videre, ſepultura tamẽ in eccleſia denegatur, nu. 17.*

PRimo ex iſta clauſula notandum eſt Romanum Pontificẽ in illis verbis, ibi, De conſejo de entrã bos medicos, nihil de nouo inducere, vt conſtat ex Caietano in ſumma, verſi. ieiunium. cap. 5. & Naua. in manuali. c. 21. nu. 19. quippe cum in quadrageſima, vel extra quadrageſimam cum bulla, vel ſine ea cũ licentia amborum medicorum ſpiritualis, ſcilicet, & corporalis, carnẽ quisquis edere poteſt, ex neceſsitate tamen; quæ autem debeat eſſe neceſsitas dubitatum eſt; in quo tu reſolue non requiri neceſsitatem claram, & certam, ſed dubiam, quæ ſine ſcrupulo peccati ſufficiet, & de ea interpretor noſtram bullam. 1

Circa illa tamen verſiculã, Puedã comer hueuos y coſas de leche, aliquid noſtra clauſula de nouo inducere videtur, nam iure antiquo prohibitum erat in diebus quadrageſimalibus oua, lac, caſeum & ſimilia comedere, vt conſtat ex Diuo Auguſtino relato in cap. denique, verſi. par autem eſt. 4. d. & notant Innocentius, & Abb. nu. 5. & cæteri in Republica de obſeruatione ieiuniorum, D. Thom. 2. 2. q. 147. in art. 8. & Coua. lib. 4. variarum. c. 20. nu. 15. vbi alios citat: recipientes autem iſtam bullam Cruciatam, & eleemoſynam in ea requiſitã largientes poſſunt 2

hodie prædicta comedere, quid autem in diebus ieiunij extra quadrageſimam dicendum ſit. Vtrum liceat lac, caſeum, oua, & his ſimilia comedere niſi contraria ſteterit conſuetudo, in quo Panor. ſentire viſus eſt vbi ſupra, talem ritum, & conſuetudinem ſeruandã fore, dum dicit in alijs ieiunijs poſſe ieiunantes his veſci, ſi id fuerit obtentum cõſuetudine, ſed ſi forte nulla circa hoc ſteterit conſuetudo,
5 dubitatur, & ſecũdo in quo noſter Panor. defecit, vt ſenſit D. Thom. ſupra, in quo tamen ſumma veritas eſt abſque prædicta noſtræ bullæ receptione, tam in quadrageſima, quã extra, etiam in diebus ieiunij non poſſe lac, caſeum, oua, vel his ſimilia comedere, & ſenſit noſtra bulla hic, pro quo facit doctrina Couarruuias ſupra in verſic. qui enim, vbi exiſtimat oua, caſeum, & lac, atque his ſimilia vetita eſſe iuris diſpoſitione in his diebus, quibus ieiunij cauſa caro fuerit prohibita, idque ſibi probari videtur, ratio qua vtitur Diuus Gregor. in d. cap. denique in verſic. par, & quæ a ſexta ſynodo traditur in canone. 56. Viſum eſt ergo inquit, vt omnis Dei eccleſia, quæ eſt, in vniuerſo terrarum orbe vnum ordinem ſequens ieiunium perficiat, & abſtineat ſicut ab omni mactabili, ſic & ab ouis, lacte, & caſeo, quæ quidem ſunt fructus, à quibus abſtinemus: hactenus ille canon, quod ſequitur Diuinus interpres Thomas dicto artic. 8. Nauarr. in manuali, cap. 21. numer. 13. pro quibus facit text. in cap. de eſu carnium, cap. ſabbato, & cap. ieiunia de conſecratione. d. 3. & licet in diebus
4 quadrageſimalibus per noſtram clauſulam oua, lac, caſeum, & his ſimilia ad arbitrium comedere liceat, non tamen licebit ſagimina, nec lardum comedere contra gloſſ. verſicu. ſagimine in capit. presbyter. 28. d. & gloſſ. verſi. carnem in fine in. c. admonere. 33. q. 2.

Sed circa ſupradicta occurrit quæſtio, an qui ab vtroq; medico



medico licentiam & facultatẽ edendi carnem in quadrageſima, vel in alijs diebus ieiunij habuerit, cenſeatur diſpenſatus in ieiunio, vt ieiunare nõ teneatur. In quo ſuccin 5
te tenendum eſt, eum qui licentiam, & diſpẽſationem habet in terminis, vel extra huius noſtræ clauſulæ edẽdi carnem cenſeri diſpenſatum in ieiunio, vt ieiunare non teneatur, ita docet Caiet. in. 2. p. q. 147. art. 8. Naua. in manuali Hiſpano. c. 21. num. 25. contra Medinam, in titu. de ieiunio, num. 142. Victoriam, & Pẽnam. d. art. 8. Ratio etenim eſt, quia tota ſubſtantia ieiunij conſiſtit in abſtenſione a carnibus, ideo diſpenſatus in eo cenſetur, etiã diſpenſatus in alijs ieiunij requiſitis, ita Palud. d. 15. q. 4. art. 4. concluſione. 2.

Ego tamen pro animarum ſalute verius diſtinguo, aut diſpenſatio ab vtroque medico veſcendi carnibus conceditur ratione infirmitatis præſentis, aut ratione infirmitatis futuræ, ſi præſentis, tunc à ieiunio excuſatur, poteritque arbitrio pluries edere, ſi autem futuræ, verbi gratia, vt in eo cui cibi quadrageſimales ſunt nociui, quos ſi edat incidet in morbum aliquem, qui aliter vitari non poteſt, & quamuis a carnis abſtinentia liberetur poſſitque licite eas comedere, tamen iſte talis non liberatur a precepto ieiunij, imo veſcens carne ieiunare debet ſecundum Victoriam in. 2. 2. q. 147. art. 4. quem ſequitur Cordoua in quęſtionario. q. 143. de quibus infirmitatibus loquitur tex. in. c. legimus de conſecratione. d. 5.

Nec his obſtant verſicula noſtræ clauſulę, ibi, De manera que los que no comierem carne, &c. Quorum verborum ſecundum quoſdam ſenſus eſt, vt eccleſiaſtico ieiunio quis ſatisfaciat ſi non ederit carnes, & ieiunauerit, ſed verior ſenſus eſt, eos qui in noſtra clauſula continentur non ieiunare, ſecundum formam Eccleſiaſtici 6
ieiunij,

ieiunij, quæ autem ſit iſta forma, & quid ſit eccleſiaſticum ieiunium, & qui, & quales ſint cibi in quadrageſima, & in alijs ieiunij diebus ieiunátibus interdicti pete a noſtro meritiſsimo pręſule Coua. in lib. 4. variarum reſolut. nu. 15. & 16. in fine, vbi in nu. 4. diſputat de ieiunio quadrageſimæ, & eius inſtitutione, & quo iure in nu. 2. & 3. ieiunium ſit inuentum demonſtrat, quæ omnia, vt non pro noſtris bendicemus in pręſenti titulo non reponuntur.

7 Secunda ex hac noſtra clauſula oritur ſolita, & quotidiana quæſtio circa clericos ſeculares, & regulares, necnō & cæteras perſonas in ea contentas, quibus in diebus quadrageſimæ lacticinia comedere vetitum eſt. Vtrum in diebus dominici quadrageſimę poſsint iſthæc perſonæ lacte, caſeo, & cęteris lacticinijs veſci, quippe cum dies dominici, nec quadrageſimæ, nec ieiunij dies ſint etiam ſi in eis comeſtio carnium, ex vniuerſali totius eccleſiæ catholicæ conſuetudine prohibita ſit, & ita iuridice videtur clericos, & cæteras perſonas, de quibus hic recte poſſe in diebus dominicis quadrageſimæ lacte, caſeo, & cæteris lacticinijs veſci, ex eo nempe, nam pręceptum hoc de nō veſcendis prædictis lacticinijs loquitur in diebus ieiunij quadrageſimalibus, in quo tempore ieiuniū arctius obligat pręſertim ſimiles perſonas quam alia ieiunia cum fiat ad imitationem ieiunij Saluatoris noſtri, ſecundū D. Tho. in. 4. d. 5. q. 3. art. 4. ad finem, & Coua. ſupra. Dies autem dominici ab obſeruantia ieiunij ſubtrahuntur, rurſus dies dominici inter dies quadrageſimales nō annumerantur,
8 ex tex. celebri, in. c. quadrageſima de conſecratione. d. 5 iuncto. c. denique. 4. d. vbi annumerātur dies ieiunij, & quadrageſimales a quibus dies dominici ſubtrahuntur, & inter eos non enumerantur: ergo clarara cōſequentia eſt, quod ſi non ſunt dies ieiunij, nec dies quadrageſimę recte poſſe



poſſe clericos, tam ſeculares, quam regulares, & cæteros de quibus hic lacte caſeo ouis, & cæteris lacticinijs in diebus dominicis quadrageſimæ, ſicuti & in alijs non prohibitis veſci, & hæc eſt mea opinio, tam in theorica, quam in practica ſeruanda, ex prædictis iuribus, & rationibus ſtricte, & iuridice ſumptis, niſi contraria ſtiterit rationabilis conſuetudo, vt reiecta tali conſuetudine firmauit Angles in ſumma. 4. tit. de ieiunio. q. 9. de abſtinēdo a cibo, difficultate. 6. fol. 4. in impreſsione Methymnę in principio, & firmauit Luſitanus frater Manuel Rodriguez in explicatione huius clauſulæ, duda. 1. nu. 8. fol. 45. vel Commiſſarius Bullæ Cruciatæ contrarium declarauerit, quia tunc eius declarationi ſtandum videtur propter facultatē, quam ſuper Bulla Cruciata â Romano Pontifice conceſſam habet, & vt probatur aperte in vltima clauſula huius bullæ, ibi, Y ſu Sanctidad da facultad a nos el Licenciado don Franciſco de Auila del cōſejo de ſu Mageſtad, de la ſancta y general Inquiſicion, Arcediano de la ſancta yglesia de Toledo, Comiſſario general Apoſtolico de la ſancta Cruzada, para que podamos, &c.

Deinde notandum eſt appellatione regularium, de qui-
bus hic mentio fit ſolūmodo contineri, & intelligi debere 10
eos omnes, qui tria vota ſolemnia, caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ paſsim in religione approbata emittunt, ex tex. in. c. cum ad monaſterium, cum complicibus de ſtatu regularium iuncto. c. vnico de voto in. 6. ideo non continentur illę quæ vulgo appellantur beatę, nec eremitæ, donati vel ſimiles, qui vitam vaſtam & ſolitariam, & ab hominum concurſu ſeiunctam agunt, nec cōmendatarij ordinum militarium vxorati, vt docet D. Thomas in. 2. 2. q. 186. art. 4. ad. 2. nec cōmendatarij ſancti Ioannis ſecun-
dum D. Thom. vbi ſupra. q. 188. artic. 3. quia generaliter 11
nulli

nulli equites quatuor ordinum militarium ſub prohibitione non veſcendi lacticinijs in quadrageſima continẽtur, ſicuti excipiuntur hic aliæ perſonæ in ſexagenaria ætate conſtitutæ, vt docent Caiet. in ſumma verſi. ieiuniũ cap. 3. D. Thom. 2. 2. quæſt. 147. art. 4. & Naua. in manuali. c. 21. nu. 16.

12 Rurſus circa pueros quæſtio eſt, an ſine Bulla Cruciata poſsint vti ac frui priuilegijs in ac bulla contentis, & lacticinia comedere in diebus prohibitis, vel ſacrum audire tẽpore interdicti eccleſiaſtici.

In qua quæſtione tenendũ eſt eccleſiæ catholicæ præcepta omnes generaliter obligare, ſed quoſdam tardius, & quoſdam citius, nam præceptum illud eccleſiæ de ieiunan
13 do ante vigeſimum primum annum completum non obli
gat, ſecundum D. Tho. 2. 2. q. 147. art. 4. ad. 2. & ibidem
Caiet. idem in ſumma verſi. ieiunium. c. 3. & latiſsime Na
ua. manuali latino. c. 21. num. 15. & 16. & Silueſter in ſum
ma, verſi. ieiunium. §. 18. Sic etiam præceptum communio
14 nis neminem aſtringit ante decimum quartum, vel deci-
mum quintum annum, vt docet D. Antoninus in. 2. p. tit.
9. c. 1. §. 1. Nauarr. d. cap. 21. num. 57. Caiet. ſupra verſic.
communio, ita quoque fit circa confeſsionis pręceptum,
quod non obligat ante ſeptimum annum completum, ita
15 docent Ricardus, & Silueſter verſi. confeſsio. 2. q. 5. Vi-
ctoria de confeſsione, num. 148. Naua. vbi ſupra, num. 3?.
& plane colligitur, ex tex. in c. omnis vtriuſque ſexus ſta-
tim in principio de pœnit. & remiſſ. pręterea, & ſic ante
ſeptimum annum completũ poterit vnuſquiſque carni-
16 bus, & lacticinijs veſci, in tantum, quod nec pater carnẽ,
vel lacticinia filio ſuo offerens, nec filius in prædicta ætate
illa edens peccabunt mortaliter, etiam in quadrageſima,
ita Caiet. in. 2. 2. q. 147. art. 8. Victoria ſupra, Pedraça in cõ
feſsionario



feſsionario. 3. præcepto. §. 18. & Cordoua in tit. caſuum reſeruatorum. q. 6.

Poſtremo pari ratione poterit infans ad ſeptenium, vſ
que impletum tempore interdicti miſſam, & reliqua ſacra
menta audire, vt docet Cordoua vbi ſupra, Silueſter verſi.
interdictum. 2. quæſt. 17. Couarru. in. d. cap. alma ma- 17
ter. 2. part. §. 4. dubio. 12. numero. 5. ſepeliri tamen in ec
cleſia prædictus infans tempore interdicti minime po
teſt, quia ſepulturæ prohibitio aliam prohibitionis ratio
nem habet, quam depingit Couarr. vbi ſupra, quæ omnia
generaliter declaranda ſunt, niſi ad huc talis infans doli ca
pax ſit, ex ſuperioribus iuribus, & rationibus.

# Ad octauam & nonã clauſulam.

## SVMMARIVM.

*¶ Iſtarum duarum clauſularum vera concluſio ab authore refertur, num. 1.*

*In elargitione eleemoſynæ pro conſequendis gratijs, & indulgentijs in hac Bulla contentis nulla committitur ſymonia, etiam ſi prima facie videatur dari ſpirituale pro temporali, nu. 2.*

*Quæſtio, vtrum Papa poſsit frui gratijs omnibus, & indulgentijs in hac Bulla per eum conceſsis ſi requiſita adimpleuerit, nu. 3.*

*Actio & paſsio non ſolum ſunt diuerſa, verum & contraria ideo nõ poſſunt concurrere in eodẽ ſubiecto, nu. 4.*

*Intellectus ad. l. penul. ff. de arbitrijs cum alijs complicibus, numero. 5.*

*Notarius*

*Notarius non poteſt authorizare inſtrumentum pro ſe in propria cauſa factum, num. 6.*

*Intellectus ad. l. ſi mandauero tibi. §. ſi tibi centum. ff. mandati, num. 7.*

*Intellectus ad. c. 2. §. ſtatuto de conſtitutionibus in. 6. n. 8.*

*Epiſcopus non poteſt minuere pœnitentiam iniunctā etiam à Papa, num. 9.*

*Interpretatio ad tex. in. c. quod in te de pœnitent. & remiſſ. numero. 10.*

*Romanus Pontifex quoad. l. poſitiue obſeruantiam vi tantummodo directiua, nō vero coactiua aſtringitur. n. 11.*

*Quoad legis diuinæ obſeruantiam Papa vtraque vi, tam coactiua, quam directiua tenetur, nu. 12.*

1 HArum clauſularū theſis dictu facilis, factu tamen
difficilis reputatur, ideo in præſtatione eleemo-
ſynę pro conſequendis indulgentijs in hac bul-
la contentis proeundo ad bellum contra Tur-
cas promittendo alium, ſeu exercitu comparando contra
prædictos Turcas, & hoſtes malignos reprimendos, qui
eccleſiam catholicam perturbant, viſitando quinque ec-
cleſias, vel altaria ſingulatim, ſcilicet in quorum defectu
vno pro quinque, & in eis, quod vnusquiſque voluerit re-
citare grandes, & pene innumeræ gratiæ, ac indulgentię
a Romano Pontifice in ac noſtra bulla, & clauſulis conce
2 duntur, & in hac elargitione eleemoſynæ pro conſequen-
dis prædictis indulgētijs nulla ſymonia committitur, licet
videatur dari temporale pro ſpirituali: nam etſi pro tem-
poralibus ſimpliciter indulgentia videatur, concedi tamē
pro temporalibus ſubordinatis ad ſpiritualia optime cō-
cedi poteſt, veluti quando temporalia dantur ad reprimē-
dos



dos hoſtes, qui eccleſiam perturbant, vt in noſtra bulla, &
ſcribit diuinus Tho. in additionibus. q. 26. art. 3.
Sed circa prędictam theſim, & catholicam concluſionē 3
dubitatur, vtrum Romanus Pontifex poſsit frui indulgen
tijs per eum in hac bulla, vel in alijs partibus, & iubileis
conceſsis, ſi prædicta fecerit requiſita.
In qua quæſtione videtur dicendum minime poſſe, pri-
mo quia ſicut eſt, vel eſſe debet differentiæ ratio, & perſo-
narum diſtinctio inter agentem, & patientem, inſtitutum,
& inſtituentem, præſentātem, & præſentatum, vt in. c. fin.
de inſtitutionibus cum complicibus, & docet Decius co-
ſil. 151. nu. 10. & in. c. 1. num. 26. de conſt. & ibi Mantua.
nu. 76. & Beroius. 108. ſic etiam inter Romanum Ponti-
ficem indulgentias dantem, & illum cui conceduntur ac-
cipientem debet eſſe eadem differentię, & perſonarum di
ſtinctio, ex tex. in. c. per tuas de iure patronatus, & in. d. c.
fin. verſi. cum inter dantem, & accipientem. c. debitum de
baptiſmo, docet Abb. in. c. extirpandæ. §. qui vero, num. 4
57. de præbendis, & in. c. porrectum, num. 10. de regulari-
bus, & Iaſſ. in. l. filio familias, numer. 17. ff. de leg. 1. Actio
enim, & paſsio, non ſolum ſunt diuerſa naturaliter, verum
etiam contraria, & ita non poſſunt concurrere in eodē ſub-
iecto teſte Ariſt. poſt pręd. & probatur ex tex. in. l. Huria
nus, verſi. ſed cum duo. ff. de fideiuſſoribus. l. quod contra
184. verſi. vni duo. ff. de reg. iuris. l. ſi vt certo. §. ſi duobus
vehiculum. ff. commodati. l. 4. (& ibi Caſtrenſis nu. 2.)
ff de acquirēda poſſeſsione, Socinus, Reg. 99. & Pinelus in
. l. 1. 3. p. n. 10. c. de bonis maternis, & ideo mirū nō eſt Ro
manū Pontificē nō poſſe indulgētijs a ſeipſo cōceſsis frui.
Ex qua declaratione infero. 1. intellectum ad tex. in. l. pe 5
nult. ff. de arbitrijs, vbi nemo ſibi imperare, vel prohibere
poteſt. 2. ad. tex. in. l. 2. ff. de ſtipulatione ſeruorum, vbi ſer

uus communis non poteſt ſibi ipſi ſtipulari. 3. ad text. in l. 1. §. fin. & ad l. pupillus. ff. de authoritate tutorum, vbi nemo poteſt authorizare actum in ſuum commodum, & notat gloſſ. in verſic. menſæ, in Clement. 2. de rebus eccleſię, vnde dixit gloſſ. in d. l. 1. §. f. quod licet filius familias poſsit facere donationem cauſa mortis patre authore, ex l. tam ijs. ff. de donationibus cauſa mortis, non tamen poterit donari patre ſuo eo authore, & hanc dicit communẽ opinionem, Socinus in l. 1. §. quid quæſitum. ff. ad Trebelianum, licet Ripa ibi, contrariam communem dixerit.

6 Inde etiam eſt, quod notarius non poterit authorizare inſtrumentum pro ſe in propria cauſa factum, teſte Guido Papa, deciſione. 318. Alberico in l. ſi conſul. num. 6. ff. de adoptionibus Saliceto, & Iaſſone, num. 7. in l. quædam. §. numarios. ff. de edendo, & Romano ſingulari 346. ni ſi teſtes inſtrumentarij rem, ita geſtam affirment, quia tunc valeret inſtrumentum, ex Orocio in d. l. ſi conſul. nu. 10.

7 Quarto infertur interpretatio ad tex. in l. ſi mandauero tibi. §. ſi tibi centũ. ff. mandati, ſecundum literam communem, & gloſſ. ibidem, ex quo tex. notant Baldus, Albericus, Fulgoſius, & alij, quod Commiſſarius deputatus in teſtamento ad diſtribuenda certa bona inter pauperes nõ poterit illa ſibi applicare, etiam ſi pauper ſit ex ratione tex. in d. c. f. de inſt. & d. c. per tuas de iure patronatus, & ſequitur Paulus in l. nulli in fine. ff. quod cuiuſq; vniuerſitatis nomine, Silueſter verſi. eleemoſyna, nu 3. in fine, & alij quos refert Peralta in l. vnum ex familia. §. roge, nu. 3. cum ſequentibus. ff. de leg. 2.

Sed contrariam opinionem, imo quod ſi is Commiſſarius egens ſit, poſsit ſibi prędictam eleemoſynã applicare, tenet D. Tho. in 2. 2. q. 32. artic. 9. ad vlt. idque ſaltem data

ſumma,



ſumma, & extrema neceſsitate procedere, & ſequitur Card. in Clem. 1. de teſtam. q. 22. Palacius Rubeus in repetitione. c. per veſtras de donat. inter virũ, & vxorem. §. 65. nu. 42. Felinus in c. irrefragabili. §. cæterum de officio ordinarij, Peralta vbi ſupra, nu. 8. Oroſcius in d. l. ſi conſul. nu. 13. ex eo nempe, quia data in eo magna paupertate ordinata charitas incipit a ſeipſo, ex l. præſes. C. de ſeruitutibus, & aqua. c. niſi ſpecialis de authoritate, & vſupalij cap. ſi noluit. 13. q. 5. & gloſſ. verſi. poſtulat, verſi. charitas in c. quieſcamus. 42. diſtinct. docet Scotus in 4. ſentent. d. 15. & ibi Ricardus. q. 4. art. 5. & Florentinus. 3. p. tit. 2. c. 8.

Sed ego in hac opinione aduerto in ea ſpecie magnam ſufficere neceſsitatem, licet extrema non ſit, nam quanuis in foro exteriori extrema videatur requiri neceſsitas ad euitandam præſumptionẽ fraudis, ob quã ſolet ſimilis erogatio eſſe ſuſpecta iuxta ea, quę in propoſitione tradit Calderinus conſil. 39. ſub tit. de teſtam. & Card. in d. Clem. 1. quæſt. 22. nihilominus tamen, ſi vere indigens ſit, & ceſſet fraudis præſumptio, licet extreme non egeat licite, ſibi retinet.

Quinto infertur interpretatio ad tex. in c. 2. §. ſtatuto 8
de conſt. in 6. ſcilicet, quod conſtitutio epiſcopi imponẽs excommunicationem aliquid facienti, non ligabit epiſcopum contra facientem, vt docet Ioan. Andr. in d. c. 2. poſt principium, Baldus in authent. quibuſcunque, num. 5. C. de ſacroſanctis eccleſijs, & in l. 1. §. ſimilimodo, nu. 1. C. de latina libertate tollenda, quibus adde Ioan. de Liniano in tit. de cenſura eccleſiaſtica. §. 22. nu. 5. dicentem, neminen habentem poteſtatem excommunicandi poſſe ſeipſum excommunicare, ex ratione tex. in d. c. fin. de inſt. & d. c. per noſtras, pro quo facit gloſſ. in c. ſi his, qui præeſt 11. q. 3. & in c. quoties cordis. 1. q. 7.

9 Sexto infertur interpretatio ad gloſſ. in. c. tempora ple-
nitudinis. 26. q. 7. dicētem, epiſcopum poſſe minuere pœ-
nitentiam inniunctam etiam a Papa, & idem dicat gloſſ. in
c. accedens. 50. d. & in. c. latorem. 33. quæſt. 2. & ſequatur
hoc idem Iaſſon in. l. omnes populi, num. 13. ff. de iuſtitia
& iure, & Romanus ſingulari. 454. nam licet id verum
ſit, non tamen poterit epiſcopus remittere ſibi aliquid de
pœnitentia ei ipſi iniuncta per ſacerdotem, niſi de licen
tia eiuſdem ſacerdotis, ex prædicta ratione text. in dicto
cap. fin. cum complicibus, & ita docet Speculator in titu.
de pœnitent. & remiſsion. in fine, verſicu. ſed nunquid
a Papa.

10 Septimo infertur, etiā interpretatio, ad tex. in. c. quod in
te de pœnit. & remiſſ. ſcilicet quod prælatus cōcedens ali-
quam iudulgentiam, licet facit id, quod eius conceſsio re-
quirit, non tamen lucratur eas ex prædicta ratione, tex. in
d. c. fin. cum allegatis in principio huius quæſtionis, & do
cet in terminis ſpeculator in tit. de pœnit. & remiſſ. verſi.
quid ſi ipſe remiſſor, licet contrariam opinionem (quæ
non te decipiat) tenuerit Ludouicus Bologninus in tit. de
indulg. num. 69. Contrarium tamen, imo Romanum Pon
tificem prædictas gratias, & indulgētias, in hac noſtra bul-
la contentas per eum conceſſas lucrari, ſi fecerit quod eius
conceſsio poſtulat, ac requirit, verius eſt, vt teſtatur Diui
nus interpres Thomas ad. 2. p. q. 27. ar. 4. Ledeſmius in. 2.
4. quęſt. 29. & Soto in. 4. diſtinct. 21. q. 1. artic. 2. quinimo
poſſe immediate ſibi ipſi indulgentiam concedere, non
ſolum in modum abſolutionis, ſed etiam per modum ſuf-
fragij, & diſpenſationis, vt contra Caietanum reſoluunt
prędicti authores, & Ricardus, & Paludanus in. 4. diſtin.
28. quæſtione. 1. ratio eſt maxima illa poteſtas a Chriſto
illi immediate data in terris ſuperiorem nō recognoſcēs,





ex qua recte poterit, ac poteſt in ſe iuriſdictionem exerce-
re, quippe cum ipſe Romanus Pontifex quoad legem poſi
tiuam à ſe, vel ab alio conditam vi tantummodo directi- 11
ua, non vero coactiua aſtringatur, & ad eius obſeruantiam
obligetur, vt teſtatur diuinus Thomas. 1. 2. q. 96. art. 5. &
ibi Caiet. docent Decius, nu. 14. & Felinus, nu. 24. & For
tunius Garcia in. l. 1. nu. 11. ff. de pactis, & ita vera conclu-
ſio extat, quod Romanus Pontifex, vel alius princeps nō
recognoſcens in terris ſuperiorem, aſtringatur ad legis poſ
ſitiuæ obſeruātiam vi quadam directiua tantum, non vero
coactiua, quomodo interpretor tex. in. l. princeps legibus
ſolutus eſt. 30. ff. de legibus. l. ex imperfecto. 23. ff. de legi-
bus. 3. ibi, Decet enim tātæ maieſtati eas ſeruare leges, qui
bus ipſe ſolutus eſſe videtur tex. in. l. digna vox. 4. in prin-
cipio. C. de legibus, tex. in. l. hac conſultiſsima. 21. §. ex im
perfecto. C. de teſtam. bonum tex. in. l. cum multa. 7. C. de
bonisque liberis, & tex. in. §. f. in fine inſt. quibus modis
teſtamenta infirmentur, & tex. in. c. quæ contra. 8. d. bonū
tex. in. c. iuſtum eſt principem. 9. d. c. cum omnes. 6. de cō-
ſtitutio. & celebrem tex. in. c. propoſuit. 4. ibi de iure poſ
ſumus ſupra ius diſpenſare de conceſsione præbendę, &
docet in terminis Coua. in. c. alma mater. 1. relectionis. p.
§. 1. nu. 3. &. 4. & ita tenendum eſt. Ad contraria autem
fundamenta ſuperius adducta procedere dicendum eſt in
ter perſonas à Papa inferiores, & quæ in terris ſuperiorē
recognoſcunt, non tamen in Papa prędictum ſuperiorem
in terris non recognoſcente, vt in. c. iuncta per mundum
9. q. 3. Clement. ne Romani de electione, docent latiſsi-
me Lancolotus Conradus in templo iudicum, lib. 2. c. 1. 12
Lelius Iordanus de maioribus epiſcoporum cauſis ad Se-
dem Apoſtolicam deferendis. c. 8. & 12. quoad obſeruan-
tiam vero legis diuinæ vi coactiua, & directiua Pontificē

teneri veriſsimum eſto, & catholicum axioma ex prædictis iuribus authoribus, & rationibus, & ita teneri fateri, & omnia ſimilia facere, ſicut pene quemlibet particularẽ conſtitutiſsimum eſt, vt colligitur ex traditis per Couarru. vbi ſupra, & num. 5. 6. & 7. per totum, quibus omnibus hęc octaua, & nona clauſula abſoluuntur.

# Ad decimam clauſulam.

## *SVMMARIVM.*

*¶ Summaria, & epiloga huius clauſulæ theſis demonſtratur, num. ro. 1.*

*Proprius miniſter ſacramenti confeſsionis eſt epiſcopus diœceſanus, vel proprius ſacerdos, nu. 2.*

*Confeſsionis vera definitio ab authore depingitur, nu. 3.*

*Quanuis presbyteri omnes in ſua ordinatione à peccatis abſoluendi poteſtatem accipiant, non tamen eam habent in actu, ſed in habitu tãtum, reducibilis tamen ad actũ, & exercitium ſi ca, de quibus concurrant, nu. 4.*

*Præſcriptione, priuilegio, ſeu conſuetudine iuriſdictio ordinaria etiã in vtroq; foro dari, & adquiri ſolet, nu. 5.*

*Dominicus Soto cum modeſtia ab authore carpitur, nu. 6.*

*Veriſsimus intellectus ad. c. 2. de pœnit. & remiſſ. iu. 6. n. 7.*

*Vtrum excommunicatus vel approbatus per vnum epiſcopum poſsit in alio epiſcopatu, ſecundum huius clauſulę priuilegium in cõfeſſorem eligi, nu. 8. & ibidem diſputatur noua queſtio.*

*Intelle-*



*Intellectus ad quęđã noſtrę clauſulæ verſicula, ibi, Y otra vez en el articulo de la muerte, nu. 9.*

*Nemo poteſt à peccatis abſolui, niſi prius ſit à cenſuris abſolutus, nu. 10.*

*In articulo mortis ſpecialiter a iure cõceditur abſoluendi iuriſdictio cuilibet ſimplici ſacerdoti, nu. 11.*

*Hodie virtute Bullæ Cruciatæ, & huius clauſulæ quicumque ſacerdos modo ſit approbatus poterit ſemel in vita & iterum in articulo mortis, quoſcumque pœnitẽtes, de quibuſcumque peccatis, cenſuris, & caſibus etiam reſeruatis Sedi Apoſtolicæ, & declaratis in Bulla Cœnæ Domini abſoluere, nu. 12.*

*Intellectus ad. c. eos de ſent. excom. in. 6. & ad. c. quod de his eodem titulo, nu. 13.*

*Verius eſſe articulum, & periculum mortis idem eſſe, & ſic de vtroque debere intelligi verſicula huius clauſulæ, ibi (articulo de la muerte) interpretatur, nu. 14.*

*Quæ abſurda ſequerentur, ſi ſemper eſſet expectanda mortis certitudo, vt periculum ſeu articulus mortis diceretur, nu. 15.*

*Verior, & genuinus ſenſus ad. c. eos de ſentent. excommu. in. 6. nu. 16.*

*Baldi opinio refertur, & veriſsima redditur, nu. 17.*

*Retro tractio ſemper intelligitur ſine præiudicio eorum, quæ medio tempore facta ſunt, nu. 18.*

*Bene poteſt quis abſolui ab excommunicatione ad reincidẽtiam, vſque ad certum diem, vel actũ exercentẽ, n. 19.*

*Verus ſenſus ad regulam actus legitimi, nu. 20.*

K 4 *Abſolutus*

Abſolutus ab excommunicatione ad reincidentiam lapſo termino reincidit abſque alia ſententia in excõmunicationem, nu. 21.

Abſolutio ad reincidentiam proprie non eſt excõmunicationis ſuſpenſio, nu. 22.

Inducta ad vnũ effectũ non debent contrariã operari. n. 23.

Interpretatio ad opinionem Baldi in. l. tale pactũ. §. qui prouocauit ff de pactis in repetitione, nu. 11. nu. 24.

Abſolutus ab excõmunicatione ad reincidentiam ad certũ tempus ſi pars abſq; iudice prorogauerit diem lapſo iſto die primi termini nõ incurret excõmunicationem, n. 25.

Verior, & receptior opinio eſt, quod lapſo termino prorogato per ſolam partem, abſque iudice reincidat abſolutus in excommunicationem ipſo iure, nu. 26.

Solus ſacerdos ſine iudicis licentia non poteſt virtute bullæ Cruciatæ, vel Iubilei etiam conſentiente parte ad reincidentiam abſoluere, nu. 27.

Diſputatur quæſtio, vtrum fideiuſſor teneatur prorogato termino debitori, per verum creditorem, & vera oſtenditur reſolutio, nu. 28.

Lex fori nunquam in praxi cuſtoditur, niſi in locis, in quibus eã ſeruãdi conſuetudo abſq; cõtrouerſia viget, n. 29

Cenſuræ eccleſiaſtice appellatione tria tantummodo comprehenduntur, nu. 30.

Miſero errore elapſos fuiſſe Sotum, & ſequaces apertiſſime oſtenditur, nu. 31.

Iam hodie ampla epiſcopis conceditur poteſtas diſpenſandi in irregularitate, & ſuſpenſione occulta, nu. 32.

Quid



Quid ſit Bulla in Cœna Domini, nu. 33.

De origine, & antiquitate Bullæ in Cœna Domini tractatur, & vera traditur reſolutio, nu. 34.

Romanus Pontifex, vtrum poſſit de mero iure aliquorum caſuum abſolutionem ſibi reſeruare diſputatur, nu. 35.

Nefarius quorundam hereticorum dicentium iniuſte, & contra regulas charitatis eſſe Papam aliquorum caſuũ abſolutionem reſeruare refertur error, nu. 36.

Aliquorum caſuum reſeruatio hodie ex Trident. non ſolũ Pontifici maximo, ſed alijs etiam prælatis ſecularibus, & regularibus competit, nu. 37.

Papam recte potuiſſe in Cœna Domini ſibi tantum grauiora peccata reſeruare, nu. 38.

Crimen hæreſeos cæteris omnibus deteſtalibus eſſe ab authore docetur, nu. 39.

Quis dicatur proprie hæreticus oſtenditur, nu. 40.

Quibus modis, quis dicatur hæreticus præter illum, qui contra fidem, vel contra aliquem eius articulum, vel eccleſiæ ſacramentum aberrat, nu. 41.

Hæreticus eſt, qui pertinaciter aſſeuerauerit ſimplicem fornicationem non eſſe peccatum mortale lege naturali, & diuina vetitum, nu. 42.

Diſputatur pro vtraq; parte, vtrum ad hoc, vt aliqua propoſitio heretica iudicetur ſit ne neceſſarium, vt eius aſſertor in baptiſmate fidẽ catholicam profeſſus fuerit, n. 43.

Pœne hæreticorum remiſſiue traduntur, nu. 44.

Hæreticus ſi pœniteat, & paratus ſit ad fidem catholicã redire, & ſuam hæreſim abiurare omnes euitauit pœnas

k 5 præter

*præter excommunicationem (quæ ipſoiure incurritur) & perpetuis carceris condemnationem nu. 45.*

*Si hereticus ſit relapſus, etiã ſi pœnitere voluiſſet concremã dus eſt, nu. 46.*

*Bona hæreticorum a die commiſſi criminis ſunt ipſoiure confiſcata, & ideo eorum alienatio ab eodem die facta ipſo iure non valet, nu. 47.*

*Bona hæreticorum nõ ſolũ laicorum ſed etiã clericorũ ſunt regali & non pontificali fiſco applicãda, nu. 48.*

*Intellectus ad noſtram clauſulam, ibi, Excepto del crimen y delicto de la heregia, nu. 49.*

*Intellectus ad verſicula noſtræ clauſulę ibi, Podra tambiẽ el dicho confeſſor cõmutarles qualeſquier votos en algũ ſocorro deſta expedicion, excepto los de caſtidad, religiõ, y vltramarino, nu. 50.*

*Voti, variæ referuntur ſignificationes, nu. 51.*

*Voti vera definitio traditur, nu. 52.*

*Triplex eſt votum reale perſonale, vel mixtum, & cuiuslibet exemplum demonſtratur, nu. 53.*

*Impium aliquod opus omnia vota ſiue realia, ſiue perſonalia, vel mixta (exceptis caſtitatis, religionis, & vltramarini votis) virtute Bullæ Cruciatæ poſſunt à confeſſore approbato commutari, nu. 54.*

*Duę interſe opiniones ex diametro repugnantes referũtur, vtrum epiſcopus poſſit in omnibus votis diſpenſare, vel ea commutare, nu. 55.*

*Epiſcopus recte poteſt in minoribus diſpenſare, niſi expreſſim prohibeatur, in maioribus minime, niſi permittatur, & quæ ſint minora, & maiora refertur, nu. 56.*



*Quando lex pontificia diſpenſationem permittit, ſemper in dubio epiſcopo committi videtur, nu. 57.*

*Contra legem poſitiuam poterit epiſcopus diſpenſare quãdo eſſet periculum in mora Pontificem conſulendi, & grande immineret periculum, nu. 58.*

*Archiepiſcopus bene poterit intra ſuam diœceſim diſpẽſare, ſed cum ſubditis ſuffraganeorum minime, niſi quando viſitauerit, nu. 59.*

*Legatus Sedis Apoſtolicę intra prouinciam ſuæ legationis diſpenſat, niſi nominatim prohibeatur, nu. 60.*

*Capitulum Sedeuacante poteſt diſpenſare, niſi prohibitum reperiatur, nu. 61.*

*Abbates exempti, & quaſi epiſcopalem iuriſdictionẽ exercentes diſpenſandi poteſtatem habent, nu. 62.*

*Vtrum Archidiaconus, archipresbyter, parochus, vel alij inferiores diſpenſandi poteſtatẽ habeãt diſputatur, n. 63.*

*Maritus ſeu vxor altero inuito, & reluctãte, minime ad votum continentiæ extringitur, & obligatur, imo ſi vxor votum marita præiudiciale fecerit, poterit ab eo tanquã à capite irritari, nu. 64.*

*Mulier ante matrimonium continentiam vouens, ſi contrahit peccat, & poſtea quoties fregerit peccauit, ita quod poſt cõſumatum matrimonium vxor debitum reddere poteſt, exigere tamen ſine peccato minime niſi in duobus caſibus ab authore relatis, nu. 65.*

*Coniuges ſi mutuo conſenſu poſt contractũ matrimoniũ cõtinentiã vouerint vtrumq; obligari, & nec reddere, nec petere*

*petere poſſe, nec à marito irritari, nec ab epiſcopo diſpenſari, nec à cõfeſſore virtute Bullæ Cruciatæ commutaris ſed à Summo dumtaxat Pontifice, nu, 66.*

*Si alter ex coniugibus ſine alterius conſenſu & voluntate cõtinentiã vouerit, nõ poteſt alteri prędiudicare, nu. 67.*

*Alter ex coniugibus dans alteri licentiam vouendi, non videtur iuri ſuo renunciare, cum ex illo voto non ad continentiam, nec ad caſtitatem proprie obligetur, ſed tantũ ad non petendum debitum, nu, 68.*

*In omnibus caſibus, in quibus maritus religionem profiteri poteſt etiam ſacris initiari, nu. 69.*

*Maritus in ſua vxore profeſſus, vel ſacris initiatus grauiter peccat, & vxori petenti reſtituendus eſt, & idem ſi vxor contraxerit obſeruandum eſſe docetur, nu. 70.*

*Maritus ſine vxoris licentia recte deferendo ſubſidio Terræ ſanctæ vouere poteſt, & quid de vxore idẽ vouẽte, n. 71*

*Si maritus votum fecerit de danda eleemoſyna in tanta quantitate, quod & ipſi & ſuæ familiæ valde præiudicaret, non obligatur, nu. 72.*

*Votum per ſeruum factum poteſt a Domino in cuius eſt poteſtate, & cui omnia bona ſerui adquirũtur irritari, n. 73*

*Seruus in illis omnibus, in quibus dominium habet, & domino non præiudicat obligatur ex voto, & à domino tũc non poteſt irritari, nu. 74.*

*Votum per ſeruum factum, in his in quibus dominium non habet, vel domino iniurioſum eſſet poteſt à domino irritari, aut ſi peculium haberet promiſſerit multũ elargiri licet modicã eleemoſynã ex illo recte facere poſſit, n. 75.*

*Votum*



*Votum à puero in decimum quartũ annum, & a puela intra duodecimum factum poteſt à patre, tutoreve irritari, ſed ſi abſque irritatione illi iam puberes facti ratum prædictum votum habuerint, minime tunc à patre, nec à tutore, vel curatore irritatur, nu. 76.*

*Sicuti votum per ſeruum, vel filium impuberem factum à Domino, vel parente irritatur, ſic etiam votum per monachum iam profeſſum à ſuperiori irritari ratio poſtulat, nu. 77.*

*Monachi votum contra ſuæ religionis factum nullum eſt ideo nulla irritatione, commutatione, diſpenſationeve indigere, nu. 78.*

*Votum à monacho factum contra ſui ſuperioris ordinationem negatiuam, vel affirmatiuam, nullum eſſe cum exẽplo demonſtratur, nu. 79.*

*Religioſi votum fieri recte poteſt in his, quæ nec à regula, nec à prælato prohibentur, nec religioni præiudicant, & cauſa exiſtente poterit à prelato abſolui, nu. 80.*

*Religioſi vota intra annum profeſſionis emiſſa, an poſſint à prælato irritari diſputatur, nu. 81.*

*Nouitius, cum ante profeſſionem voluntati nondum renunciet illius voti, irritatio prælato minime competit, numero. 82.*

*Executio voti nouitij intra annum probationis ſuſpenditur, ſi tamen nõ permanſerit, obligatus eſt adimplementum, nu. 83.*

*Epiſcopus, parochus, vel alij prælati inferiores non poſſunt in ſuarum eccleſiarum præiudicium vouere, ſine ſuperioris*

*rioris facultate, nu. 84.*

*Epiſcopus quando voueat quæſtionis erat quis cum eo poſſit diſpenſare, & reſoluitur teneri tunc pœnitentiarium eligere, vt cõmutet, vel diſpenſet cũ eo in illis votis in quibus cũ alijs ipſemet epiſcopus diſpẽſare ſolet, n. 85.*

*Romanus Pontifex ſi votum fecerit, quis cum eo poſſit diſpenſare, cum in terris ſuperiorem quenquam non recognoſcat, diſputatur, nu. 86.*

*Pontificem maximum poſſe ſecum, ſicuti cum ſubditis in voto diſpenſare, vel commutare, verius eſſe defenditur, numero. 87.*

*Omnia vota etiam religionis, caſtitatis, & vltramarini, ſecundum iuris interpretationem accipienda ſunt, ideo non dure, & amare, ſed benigne, & ſuauiter erunt interpretanda, nu. 88.*

*Si quis vouerit certum nominatim monaſterium ingredi, & ingreſſus à monaſterio repellatur, nõ permanet vlterius obligatus, niſi in voto aliud exprimeret, nu. 89.*

*Si Ticius vouerit religionem ingredi quæ monaſteria ſi nõ admittatur in primo adire debeat, dubitatur, & prudentibus placuit, vt in quinq; monaſterijs propinquioribus habitum petat, à quibus ſi negatur, vel excludatur exẽptus eſt à voti obligatione, nu. 90.*

*Votum intrandi religionem, & votum ibidem perſeuerandi, an idem ſit diſputatur, nu. 91.*

*Vouens ingredi religionem ſtrictam, ſi minus ſtrictam ingrediatur peccat vtique, ſed talis profeſſio valet, n. 92.*

*Qui poſt votum religionis eo animo ingreditur, vt poſt mẽſem exeat, ſi tamen deſiderat, vt Deus ad perſeuerandum moueat, & adijciat, ſi poſt prædictum menſem exeat votum adimpleuiſſe dicitur, nu. 93.*



*Qui religionis votum emiſſerit ea intentione, vt literas, ibi diſcat, vt ſacerdos fiat, ſi poſtea propter literarum ignorantiam non admittatur, non eſt obligatus ad vt laicis intrandum, & ſi commode non poteſt literis in ſeculo incumbere liber manet à voti obligatione, nu. 94.*

*Si quis à monaſterio expellatur, ex eo quia officiũ ignoret, nõ tenetur in ſeculo officiũ diſcere vt admittatur. n. 95.*

*Qui religionem vouerit regulariter obligatur ingredi cum primum potuerit, niſi vouerit poſt talem cauſam, vel impedimentum ſublatum, quia tunc quouſque auferatur, non obligatur, nu. 96.*

*Propter ſpem melioris commoditatis poteſt differri voti implementum, cuius exempla traduntur aliqua, nu. 97.*

*Scholaſtici exiſtẽtes in aliqua vniuerſitate approbata circa ſui voti diſpenſationem, tres iudices, ac prælatos habere poſſunt, & in cuiuslibet eorum electione erit à quolibet voti diſpenſationem poſtulare, nu 98.*

*Votum religionis purum ſoli Romano Pontifici reſeruatur, quis autem in voto religionis conditionali, ante vel poſt conditionem impletam diſpenſet, diſputatur, & vera reſolutio traditur, nu. 99.*

*Soli Pontifici maximo votum caſtitatis perpetuo reſeruatur, nu. 100.*

*Omne votum commutabile, ac diſpenſabile eſſe ex iuſta, ſcilicet cauſa, & cum ſuperioris authoritate, nu. 101.*

Propter

*Propter periculum fornicationis, ſi vero ſimiliter ſuſpicatur incontinentia vouentis, ſeu propter veroſimile periculum, vel difficultatem adeundi Pontificem poſſe epiſcopum diſpenſare docetur, nu.* 102.

*In voto caſtitatis pęnali, vel ad tempus diſpēſat epiſcopus, num.* 103.

*Romanum Pontificem recte poſſe cum monacho profeſſo ad contrahendum diſpenſare, ſi cauſa maxima, & rara nēpe pro publica totius regni catholici vtilitate, & ſucceſſione, ita poſtulauerit, nu.* 104.

*Authoritas eccleſiaſtici declaratur, nu.* 105.

*Intellectus ad tex. in. c. cum ad monaſteriū de ſtatu monachorum. nu.* 106.

*Quanuis ſolus Papa poßit ex cauſa in voto caſtitatis diſpēſare, ſecurius tamen erit aliquam commutationem iniungere, nu.* 107.

*Licet ſolus Papa poßit cum monacho, vt contrahat diſpenſare, non tamen talis monachus, & ſi filius procreauerit ad moneſterium redire, & illud repetere compelletur, nu,* 108.

*In voto caſtitatis pęnali, vel ad tempus recte etiam poſt violationem iure proprio poteſt epiſcopus diſpēſare, n.* 109.

*Ratio quare tria illa vota (de quibus in Bulla mentio fit) religionis ſcilicet caſtitatis, & vltramarini ſoli Pōtifici reſeruata nō cōmutantur, nec diſpēſantur, n.* 110.

*Per mutationem in ſpiritualibus propria authoritate factā improbam, & punibilem eſſe docetur, nu.* 111.

*Votum propria authoritate poteſt quis in euidenter melius*

*commu-*



*commutare, & bona ibi replicatio formatur, nu.* 112.

*Innocentij intellectus ad tex. in. c. commiſſum. 6. de ſponſalibus ab authore merito carpitur, nu.* 113.

*Intellectus verißimus ad cap. commiſſum de ſponſalibus, numero.* 114.

*Votum in melius commutatur, quando Deo principaliter fit, & illi potißimum adquiritur obligatio, nu.* 115.

*Vera relatio, & intellectus ad tex. in. c. peruenit el. 2. de iureiurando, nu.* 116.

1 PRincipio enim ſumma, quę ex iſta clauſula in illis verbis (Puedan elegir confeſſor) colligitur, ea eſt, quod habenti Bullam iſtam Cruciatam permittitur, vt poſsit eligere confeſſorē quencumq; presbyterum ſecularem, vel regularē, dummodo eorum cuilibet per epiſcopū, vel ordinariū ad confeſsiones audiēdas ſteterit approbatus, alias enim non poterit eligi talis presbyter etiā vigore iſtius bullæ, & clauſulę, ex gloſſ. verſicu. ſpeciali in Clem. 1. de priuilegijs, docet Cano de pœnitentia. 5. p. Cordoua in quæſtionario iuris. q. 10. dub. 3. iuxta formam Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 15. & docet Gregorius Lopez in. l. 21. tit. 4. p. 1. gloſſ. 3.

2 Sed contra iſtam concluſionem ſic argumentor, proprius miniſter ſacramenti confeſsionis, & pœnitentiæ eſt epiſcopus diœceſanus, vel proprius ſacerdos, tex. in. c. omnis utriuſq; ſexus de pœnit. & remiſſ. c. 2. eodem tit. in. 6. c. 1. de pœnitentia. d. 6. & conſtat Matth, 18. & Ioan. vlt. & aperte definitum eſt in Conc. Flor. &. Trid. ſeſſ. 14. c. 1. & 6. de ſacramento pœnitentię. Simplex autem ſacerdos regularis, vel irregularis non eſt proprius miniſter huius ſacramenti vt patet, ergo minime poteſt in confeſſorem ad

L mitti,

mitti,nec ab habente bullam iſtam Cruciatam eligi.

3 Secundo ſic argumentor,confeſsio eſt integra omnium peccatorum,quorum memor eſt ſuo ſacerdoti demonſtratio facta.c.verbum de pœnitentia.d.1.c.adhuc,&.c. inter hæc de pœnit.d.3.& clare colligitur ex Luca,Matthæo,& Iacobo.c.5.ibi.confitemini alterutrum peccata veſtra, & ex Trid.ſeſſ.14.c.5. Similiter tamen ſacerdos,de quo loquimur,non ſuus,ſed alienus,imo nullus reſpectu huius ſacramenti pœnitentiæ, & confeſsionis eſt, vt ex ſupradictis liquido conſtat:ergo confeſsio,& peccatorum omniũ demonſtratio illi facta nihil valet.

Quibus non obſtantibus ſuperior cõcluſio veriſsima eſt,pro cuius cognitione ſciendum eſt de iure communi, confeſsionem factam coram alieno ſacerdote nullam eſſe ex.d.c.omnis vtriuſque ſexus,&.c.2.eodem tit. in .6. vbi contraria irritatur conſuetudo,&.d.c.1.& Trid.d.ſeſſ.14. c.1.&.6.de ſacramento pœnitentiæ,etiam ſi talis confeſſio extra quadrageſimam facta ſit,ſecundum Abb. nu. 7. & communem in.d.c.omnis vtriuſque ſexus,Caietanum de authoritate Papæ, cap. 19. Adrianum de confeſsione, dub. 8. Canon de pœnitentia.5.p.pag.134. Medinam in cap. de confeſsione,titu. de alieno ſacerdote, & Nauarr. in manuali,cap.9.num.5.& in.c.placuit de pœnit. diſt.6. num.8.

4 Ratio iuridica eſt,nam quamuis presbyteri in ſua ordinatione à peccatis abſoluendi poteſtatem accipiant,ex.c. ex authoritate.16.q.1.& Trid.ſeſſ.23.c.15.in principio,capella Toloſana.221.gloſſ.1.non tamen iſtam poteſtatem, & iuriſdictionem abſoluẽdi habent in actu, ſed in habitu tantum, reducibili tamen ad actum,& exercitium cũ ſibi beneficium aliquod parochiale concedatur, vel ſuperioris approbatio,ſeu licentia illi accedat argumento, text.in d.c.



d.c.2.de pœnit. & remiſſ.in.6.docet Soto in.4.diſtin.18. quæſt.4.art 2.& probatur aperte in dicto Trid.d.ſeſſ.23. cap.15.a verſi.decernit ſancta Synodus,cui conſonat proprium motum Pij quinti relatum inter ſanctiones eccleſiaſticas,pagi.282. vbi Romanus Pontifex extendit hoc ad presbyteros regulares quoruncumque ordinum etiam mendicantium, & nulla conſuetudine, nec priuilegio contrarium introduci poſſe teſtatur Romanus Pontifex in dicto cap.15.Trident. in fine, ibi, Priuilegijs, & conſuetudine,quacunque etiam immemoriabili non obſtantibus.

Sed contra hoc obſtat difficilis tex.in.d.c.2.de pœnit. & remiſſ.in.6.dum Romanus Pontifex Bonifacius octauus in.1.par.aperte probat poſſe quem priuilegio aliquo (vt terminis noſtræ bullæ)idoneum eligere confeſſorem, & in.2.tex.par.negat hoc ipſum poſſe conſuetudine introduci contra text. expreſſum in cap. ſuper quibuſdam.§. præterea de verb.ſig.vbi probatur,quod omne, quod poteſt priuilegio fieri, poteſt etiam conſuetudine introduci,ex eo,quia miniſter huius ſacramenti pœnitentiæ eſt ſacerdos iuriſdictionem ordinariam,vel delegatam habens, ex tex.in.d.c.omnis vtriuſque ſexus,Conc. Florentino in c.de eodẽ ſacramẽto pœnitentiæ.ver forma,Conc. Trid. ſeſſ.14.c.6.&.7.& ex Soto in.4.ſent.d.18.q.4.ar.1.2. & 3. ſed conſuetudine, præſcriptione, & priuilegio, etiam iuriſdictio ordinaria dari, & adquiri ſolet in vtroque foro,vt conſtat ex text.in cap. cum contingat.13. in fine de foro comp. & docet Felinus in cap. ex parte Decani, colum.1.de reſcrip. & in cap. auditis,num.17. de præſcriptionibus, Andr. Siculus in cap.cum acceſsiſſent, colum. 25. de conſt. & Palacius Rubeus in repetitione, Recipe de donat.inter virum,& vxorem,fol.130.nume. 17. ergo, Nota. 5

& valere debuit conſuetudo eligendi confeſſorem dando ei iuriſdictionem.

Huic tamẽ difficultati ſatisfacere conantur gloſſ. & .dd. in.d.c.2. Medina in codice de pœnitentia tit. de cõfeſsione, fol.81.col.1.& in proprijs terminis refert plures intellectus, &.dd. Naua.in.d.c.placuit,num.36.vbi ipſe ingenue fatetur illum tex.non intelligere.

6 Fallitur Soto. Tandem Dominicus Soto in.4.d.18.q.4.ar.2. intellexit ideo conſuetudinem in.d.c.non valere ex eo,quia lege diuinæ repugnat,ſed certe ſalua pace tãti viri fallitur, nam cum priuilegio(vt in hac noſtræ bullę clauſula, & in alijs partibus conſimilibus)hoc ipſum conceſſum ſit,& paſsim concedatur, imo a proprio parocho concedi poſsit facultas confitendi cuicunque idoneo ſacerdoti,vt patet ex tex. in.d.c. omniſutriuſque ſexus,& ex Trid.d.ſeſſ.23.c.15.explicato a Naua.in manuali.c.28.fol.9.gratis profecto a Soto viro doctiſsimo dictum eſſe videtur conſuetudinem huiuſmodi eſſe contra.l.diuinam, alioquin enim priuilegiũ etiam non valeret argumento,tex.in.c.cũ inferior de maioritate,& obedientia,&.c.literas,col.3.de reſt.ſpoliatorũ cum complicibus.

7 Verus ſẽſus ad .c. 2. de pœnit. & remiſſ.in.6. Quare alijs omiſsis tex.ille facilis videtur,ſi breui loquela aduertas conſuetudinem,tunc legem humanam vincere tollere,& valere cum fuerit introducta a tota communitate,vel a maiori parte ipſius communitatis,ſi vero introducatur ab vno,vel duobus,non ſolum legem non tollit,verumetiam introducentium culpam auget ex mirabili tex. in.c.fin. de conſuetudine, vbi Imolenſis, & omnes ſcribẽtes annotarũt,&tex.in.c.non debet de conſaguinitate & affinitate in fine.v.g.ſi enim vnus, vel duo,triginta, vel quadraginta annorum ſpatio die ſabbati carnibus veſcerentur,conſuetudo iſta minime legem tolleret quippe cũ nona



nona tota,vel maiori totius communitatis parte introducta fuerit,ſic ergo tex.illum in.d.c.2.intellige, ſcilicet dũ dicit non poſſe conſuetudine introduci,vt aliquis confeſſorem eligat,non tamen negat quod ſi tota communitas, vel maior ipſius populi pars longo temporis ſpatio conſueuiſſet libere confeſſorem eligere,minime talem conſuetudinem valere,imo eadem conſuetudo introducta eſt ante ſanctum Conc. Trid.d.ſeſſ.23.c.15. inter Cardinales, & eorum domeſticos familiares in monachorum ſuperioribus,& denique in omnibus ſacerdotibus,qui paſsim,& ſine vlla licentia adinuicem ante Trident.vbi ſupra confitebantur,vt fatetur Soto ſupra col.8. & iſte eſt verus illius tex.intellectus,& ſic non obſtant duo illa argumenta,quę contra huius clauſulæ principium adducebamus, quippe cum iam hodie clare per noſtram clauſulam hic definitũ ſit,quod virtute iſtius priuilegij ambigue,& antique omnes circa hoc difficultates tollantur à quocumque iſtã Bullam Cruciatam habente quoties eam receperit, & talem eleemoſynam in ea deſignatam porrexerit, libere poſsit quicumque presbyter ſecularis, vel regularis approbatus, ſcilicet per ordinarium in confeſſorem eligi, vt late diximus in ratione decidendi,nu.4.

Ruſus pro huius noſtræ quæſtionis complemẽto vnica,licet breuis dubitatio inſurget,an excõmunicatus, vel approbatus per vnum epiſcopum ſecundum hodiernam deciſionem, tex.in Trid.d.ſeſſ.23.c.15.poſsit in quocumque epiſcopatu in confeſſorem eligi, ſecundum noſtræ clauſulæ priuilegium. 8

In qua quæſtione licet varij varia dixerint, ac diuerſa, tutamen ſtudiſſe lector ſuccinte obſerua,quod cum in.d. Trid.ſeſſ.23.c.15.ſolum hodie deſideretur(ad hoc vt ſimplex ſacerdos poſsit eſſe confeſſor)examen,& approbatio

 epiſcopi,

epiſcopi vel ordinarij, non tamen quod iſtud examen, vel approbatio ſit iſtius, vel illius diœceſis, & cum hoc ſolum modo requiratur, dicendum eſt in quocumque ipiſcopatu recte poſſe talem presbyterum a quocunque Bullam iſtã Cruciatam habente in confeſſorem eligi, & talis electio legitima erit, & ipſe ligitimus etiam erit confeſſor ex doctrina Nau. in man. c. 4. n. 4. & ſic abſoluitur .1. huius noſtræ clauſulę pars, quę priuſquam omnino claudatur.

Ex ea elegans, & non vulgaris dependet dubitãdi ratio, vtrum per iſtam clauſulam (eligendi cõfeſſorem) antiquiſſima aboleatur conſuetudo, vel particularia auferantur priuilegia, quæ habẽt quorundam in his Regnis monachorũ prælati, vt eorum ſubditi monachi intra ſecta monaſterij nullibi fateantur, niſi cui eorũ prælati voluerint, & permiſerint, & prima facie videbatur quod ſic, ex eo nempe, quia clauſula hæc noſtra de libere eligendo cõfeſſore approbato loquitur generaliter, ſed quælibet lex, ſeu diſpoſitio legalis (veluti hæc de qua agimus) eſt generaliter loquens, & nihil excipiens generaliter debet intelligi, ex tex. vulgari hinc nemo poreſt de pœnit. d. 1. & docet in bono caſu Auendañus in tit. de exequendis mandatis regum. 2. p. c. 2. nu. 4. verſi. ſed prima opinio: ergo tales conſuetudines, & priuilegia omnino abolentur. Sed ego ſub cenſura ſacroſanctæ matris eccleſiæ contrariũ de rigore iuris verius exiſtimo, ſcilicet talium monachorum prælatos per iſtam eligendi confeſſorem clauſulam, priuilegia, ſiue conſuetudinem non amittere, nec Romanũ Pontificem viſum fuiſſe, hic prædicta clauſula illis abrogare, nam licet generaliter loquatur, & cenſeatur ſcire, & habere omnia iuſta in ſcrinio pectoris ſui, vt in. l. omniũ. 19. C. de teſtam. tamen cum tales conſuetudines ſint facti, & in facto conſiſtant vero ſimiles, potuit eas Romanu Pontifex ignorare, & ſic nõ cenſebitur



ſebitur eas per iſtã poſteriorẽ noſtræ bullæ clauſulã reuocare, niſi de eis ſpecialẽ fecerit mẽtionẽ. Ratio enim eſt ꝓpter præſumptã earũ ignorãtiã, ex tex. celebri in. c. 1. de cõſti. lib. 6. nemo enim præſumitur velle tollere quod ignorat ex tex. in. l. mater. 19. ver. nec enim. ff. de in offi. teſtam. & gloſſ. ver. facti in. d. c. 1. in prin. de quo per Bart. in extra uagãti ad reprimẽdã, ver. nõ obſtãtibus, & Rebufus in cõcordata in forma mandati Apoſtolici, ver. non obſtantibus, & idem eſt de priuilegio, quod non cenſetur ſublatũ per leges ſequentes, nec per cõſequens per iſtam noſtram clauſulã, niſi de eo ſpecialis mentio fiat, vt docet Inno. III. in. c. veniẽs. 19. de præſcriptionibus, & ibi gloſſ. ver. nullam, vbi Abb. nu. 6. & Felinus. 2. & in tantũ hoc eſt verũ, quod Philippus Francus in. d. c. 1. n. 5. firmauit, quod derogatis ſtatutis, & conſuetudinibus non cẽſetur derogatum priuilegijs, per tex. iũcta gloſſ. verſi. conſuetudine in. c. vnico de capellis monachorum, lib. 6. & in Clemen. vt hi, qui, ver. ſtatutis de ętate, & qualitate, & gloſſ. ver. expreſſe in. d. c. 1. & notat Iaſſon. in. l. 1. colum. penult. ff. de conſt. principum, & ita relinquitur pro conſtanti prædictos monachorum pręlatos ſtante hodie noſtra clauſula recte poſſe vti, & ſi fas eſt dicere frui tali conſuetudine, vel priuilegio, prę cipue cum monachis nouiter conuerſis, ac profeſſis, & cum miſſę non dedicatis, quos vulgus (ſeglares) paſſim appellat, ſed tamẽ cum ſacerdotibus, & ſacris ordinibus initiatis de tanto rigore circa prædictam conſuetudinem, & priuilegium propter euitandam diſcordiam, & ſcandalũ, & roborandã concordiã, & fraternalẽ amicitiã illa non vti meũ hac in parte ni falor eſt ſalubre cõſilium, videas tñ de hoc ſtudioſe lector, Armilã in ſumma, ver. abſolutio. n. 23. & nouiter Luſitanũ Manuelẽ Rodriguez in explicatione decimę clauſulę noſtrę bullæ, nu. 14. pag. 82.

Rurſus infero intellectum ad verſicula noſtræ clauſu
9 lę,ibi,(Y otra en el articulo dela muerte)Nam licet verũ,
& catholicum ſit iuris axioma,quod in vero mortis articu
lo quicunque ſacerdos,etiã ſimplex,abſoluere poſsit,quoſ
cunque pœnitentes, â quibuſcunque caſibus, peccatis &
cenſuris,etiam Papę,& Apoſtolicæ Sedis reſeruatis,ex eo
quia in prædicto vero mortis articulo nullum eſſe caſum
reſeruatum,paſsim iura noſtra proclamant in.c.ſi quis ſua
dente.17.q.4.c.fures.20.de furtis.c.paſtoralis.11. §. præ-
terea de officio ordinarij.c.eos qui.22. de ſent. excom. in
6.& hodie clarius depoſitum eſt in ſancto Conc. Triden.
ſeſſ.14.c.7.de caſuũ reſeruatione,& ex doctrina D.Tho.
in.4.d.20.q 1.art.1.&.2.Soti in.4.d.18.q.4.art.4. dicit
communem Naua.in manua.c.26.Coua.in.c.alma mater
1.p.§.6.nu.8.niſi talis ſacerdos ſit ſciſmaticus, hęreticus,
vel excommunicatus maiori excommunicatione,& ſimi
les,qui etiam in prædicto vero mortis articulo nõ poſſunt
pœnitentes abſoluere,nec abſolutio tenet tex. in .c. quia
diuerſitatem de conceſsione præbendæ.c.1.de ſupplenda
negligentia prælatorum in.6.c.1.de officio Vicarij.c.ſi is
qui de officio leg.in.6.gloſſ.communiter recepta verſicu
la per Romanum in.c.præterea.32.diſt.quam dixit ſingu
larem,& ſequitur Abb.in.c.non eſt,nu.9. de ſponſ.gloſſ.
fin.in Clem.fin.de procuratoribus,& Couarr.in practicis
quęſtionibus.c.4.nu.4.in principio, & Naua. vbi ſupra.
Et cum á peccatis non poſsit quis abſolui,niſi prius ſit ab-
10 ſolutus à cenſuris,vt reſoluit Soto in.4.d.22. q.1.ar.1.col.
penul.& ita cum in prædicto mortis articulo concedatur
facultas abſoluendi à peccatis ſubinde,& in conſequentiá
cenſetur conceſſa facultas abſoluẽdi á cenſuris(de quibus
in hac noſtra bulla,& infra dicemus) tanquam neceſſariũ
præambulum,& antecedens argumento.l.quidam conſu-





lebant.ff.de re iudicata,&.l.illud in fine.ff.de adquir.hære
ditate.&.c.is qui.c.ſi aliquis,&.cap.cognoſcimus.36.q.6.
nec obſtabit quod abſolutio à prædictis cenſuris ſit actus
iuriſdictionis contentioſæ,ſecundum,gloſſ.1.in.c.cum ab
eccleſiarum de officio ordinarij, & docet Coua.in.d.c.al
ma mater.1.p.§.11.nu. 10. quam iuriſdictionem ſimplex
ſacerdos non habet:ergo ſimplex ſacerdos à prædictis cẽ-
ſuris minime abſoluere poteſt, nam reſpondendum eſt, 11
quod in articulo mortis ſpecialiter à iure conceditur iuriſ
dictio cuilibet ſimplici ſacerdoti,& iuribus,& rationibus
ſupra adductis,vt poſt Paludanum reſoluit Nau.in.c.1. de
pœnit.d.6.nu.37.& Coua.vbi ſupra nu.8.&.9.ſed tamen
præter illum verum mortis articulum nullus ſacerdos ab-
ſoluere poteſt à prædictis caſibus,cenſuris, & peccatis re-
ſeruatis ex hodierna diſpoſitione,tex.in.d.Conc.Triden.
ſeſſ.14.c.7.cum complicibus,tex.in.c.2.iuncta gloſſ.ver
ſicu.reſeruatur de pœnit.& remiſſ.in.6.Soto in.4.d.18.q.
2.art.4.col.9.&.10.Naua.in.d.c.placuit de pœnit.d.6. n.
36. & in cap.conſiderat.§.captus de pœnitentia.d.5.Nec
etiam propter generalem abſoluendi ab omnibus pecca-
tis conceſsionẽ poterit a reſeruatis abſoluere argumento
d.cap.2.in verſicu. cum in generali,&.l.apud Labeonem
§.ait prętor.ff. de iniurijs, & ſic erit neceſſaria Romani
Pontificis ſpecialis conceſsio ad abſolutionem reſeruato 12
rum,ideo hodie virtute huius noſtræ Bullæ Cruciatæ, &
clauſulę Romani Pontificis Sixti.V.poterit quicunque ſa
cerdos modo ſit approbatus,vt diximus ſupra numero ſe-
mel in vita, & iterum in articulo mortis abſoluere quoſ-
cunque pœnitentes ab omnibus caſibus,cenſuris,&pecca
tis reſeruatis, etiam Sedi Apoſtolicæ,& declaratis in Bul-
la Cœna Domini,excepto crimine hæreſeos: Pro qua ve-
riſsima doctrina facit Conc. Trid.ſeſſ.24.c.5.de reforma-

tione,in principio,ibi,(Etiam hæreſis) iunctis illis verbis
(ab ipſo tantum Romano Pontifice cognoſcantur,& ter-
minentur,&c.)& præcitati authores ita reſoluunt.
Quibus ita expoſitis redeundo ad prædicta verba, ibi,
(Y otra enel articulo dela muerte) quem ſenſum habeant
paſsim dubitatur,& in primis mortis articulus non ſolũ di
citur ille,in quo quis cõſtitutus nõ euadit a morte, ſed etiã
ille,in quo probabiliter timetur,aut ſperatur mors a medi-
13 cis,ſeu ab alijs viris cordatis,etiam ſi poſtea euadat,&cõua
luerit,vt probat tex.ſic intelligẽdus in.d.c.eos.22.de ſent.
excom.in.6.&.c.quod de his eodem tit.& reſoluũt Abb.
nu.3.&Baldus,nu.4.in.c.paſtoralis.§.preterea de officio
ordinarij,Ripa de peſte priuilegio.10.iudiciorum,Naua.
in ſumma de pœnit.d.5.nu.29.& in manuali cap.2. num.
8.& cap.26. nume. 26. &27. vnde cum hoc veriſsimum
ſit alienaa iuris principijs videtur opinio,& ſententia cõ-
traria doctiſsimi Cani in relectione de pœniten.5.p.pag.
144.quam ſequuti ſunt Soto in.4.d.18.q.4.ar.4.& Co-
uarr.in.d.c.alma mater.2.p.§.11.nu.8. exiſtimantium ar-
ticulum mortis ſolum illam eſſe, a quo quis non euadit,de
cipiuntur tamen tantæ authoritatis iuri exiſtimantes lon-
ge differre articulum mortis a periculo mortis,cum verius
ſit periculum mortis prout ſonat moralem quandam certi
14 tudinem moriendi eſſe idem cũ articulo mortis,& ita eſſe
intelligẽdam noſtrã bullam in prædictis verbis,ibi,(Enel
articulo dela muerte)&omnia priuilegia concedẽtia eo tẽ
pore poteſtatẽ abſoluendi,vt in ſpecie aduertit Paludanus
in.4.d.27.q.2.in.3.caſu, Antonius in.3.p.tit.14.c.19.&
tit.24.c.47.Adrianus de confeſsione.q.3.verſi,tertius ca
ſus,Victoria de confeſsione,nu.134.Silueſter verſi.cõfeſ-
ſor.1.q.6.pro quibus ego cõſidero ſæpius apud Romanos
Põtifices vnũ pro alio vſurpari,vt videre eſt in ſpecie,tex.
in



in.d.c.eos vbi mortis articulus in principio poſitus paulô
inferius mortis periculum nominatur,& idem ſatis depre
henditur ex.c.non dubium.5.c.ea noſcitur.13.c.quod de
his.26.&.c.quanuis.58.de ſent.excom.c.ſi quis ſuadente
diabolo.17.q.4.ibi,Niſi mortis imminẽte periculo,&hoc
idem.dd.noſtri interpretando exiſtimarunt,vt colliges ex
gloſſ.in.d.c.preterea,ver. preterquam,vbi Felinus col.2.
Silueſter,& alij ſupra Bartolus & Iaſſ.nu.27.in.l.1. C. de
ſacroſanctis eccleſijs.
Nec his profecto obſtabit argumentũ eorũ,ſcilicet arti-
culum ſignificare momentũ, vt teſtatur Canon vbi proxi
me:nã ſatis dicitur eſſe in articulo,ideſt, momẽto mortis,
qui eſt in periculo aliquo imminẽti, in quo vero ſimiliter
mors imminet,& timetur,& licet nõ ſit certa quippe cum
euadere poſsit v.g.vt ille,qui eſt in naufragio,bello, obſi-
dione latronũ,hoſtiũve in febre aliqua acuta, ſeu in graui
infirmitate cõſtitutus,& in muliere iãiam paritura,ex Ab-
bas.c.quod in te de pœnit.&remiſ.aut ab extrinſeco,vt ex
mortis ſupplicio,in his enim caſibus in momẽto poteſt fie
ri mors certa,& ita praxi receptũ eſt, alioquin ſequeretur
abſurdũ,quod ſi expectãda eſſet mortis certitudo, ſequere
tur quod infirmus a miſſa loquela, vel poſtquã incidit in 15
freneſim,vel amentiã,quo tẽpore ſi confeſsio nõ fuiſſet fa
cta,nec abſolutio ſacramẽtalis eſſet firma, vt reſoluit Abu
lenſis,Matth.c.16.q.79.col.vlt. Canõ de pœnit.5.p.pag.
128.& Soto in.4.d.18.q.2.arti.5. col.5. Item ſequeretur,
quod abſolutio a reſeruatis,ſi infirmus ſuperuixiſſet, eſſet
nulla,quod in cenſuris,de quibus hic ſpeciatim eſt impro-
batũ in.d.c.eos,& generatim in peccatis improbat Palud.
vbi ſupra communiter receptus.
Ex quibus omnibus ſupra adductis in praxi ſumme notan
dum eſt,quod quoties quis abſoluitur. v.g. virtute huius
noſtrę

noſtræ bullæ Cruciatæ, qui caſum habebat reſeruatum, & erat in mortis articulo conſtitutus iuxta ſuperius reſoluta, ſi poſtea ab infirmitate euadat, vel a periculo mortis probabili liberetur, non tenetur illum iterum ſuperiori confiteri, nec illi ſe exhibere cum ſemel iam ſit abſolutus, niſi ſit excommunicatus, vt reſoluit Palud. in. 4. d. 20. q. 1. art. 2. conclu. 3. Silueſter vbi proxime in fine. q. 19. & ſumma Roſela in verſic. abſolutio. 1. §. 31.

16 Sẽſos ad c. eos de ſent. excom. in. 6 Nec obſtat difficilis tex. in d. c. eos, nam vere reſpondẽdum eſt, quod ibi loquitur Pontifex in excommunicatione, inquam abſolutus, iuxta formam illius text. reincidit ipſo iure ex noua prouiſione illius text. ſecus tamen erat de iure antiquo, vt aperte eodem tex. conſtat in verſi. (decernimus) & in verſi. (ſtatuimus) quæ verſicula plane ius nouum ſignificant, vt reſoluit Decius in. c. decernimus de iudicijs in fine. Ratio autem diſcriminis ea ſolida eſt inter hunc, & illum caſum, quod ex eo tex. iure extraordinario datur abſolutio ab eo, qui alias non poterat abſoluere, ideo moramine, ibi, ſcripto non ſeruata illius tex. authoritate reducitur abſolutus in excommunicationem. Secus tamen eſt in noſtra ſpecie, nam cũ in articulo mortis quilibet ſacerdos habet plenam facultatem a iure abſoluendi a quibuſcunque reſeruatis, ſemel ab eo abſolutio præſtita valuit, tanquam ab eo, qui pleno iure potuit abſoluere, nec tenetur ſe iterum exhibere ſuperiori, etiam ſi mortẽ euadat cum obligatio, iam ſemel extincta amplius non reuiuiſcit, ex tex. in. l. qui res ſuas. 98. §. aream. ff. de ſolutionibus, & ex. c. quæris, & ibi, gloſſ. verſic. contrahatur de cõſecrat. d. 4. quod idem eſt dicendum in excommunicato, qui virtute noſtræ Bullæ Cruciatæ in articulo mortis abſoluitur, ex noſtro verſi. ibi, En el articulo de la muerte, iũctis illis verbis ſequentibus (cenſuris) vna cum infra dicẽdis



dis in eodem verſi. cenſuri, nam ſi talis excommunicatus abſolutus euadat mortem minime ſuperiorem adire tenebitur, nec reincidit in antiquam excommunicationem ex eo nempe, quia tunc abſoluitur ab habente poteſtatem nẽpe a conferario delegato gerente, quoad id vices Romani Pontificis ex. c. ſane el. 2. cum complicibus de officio delegati, nam obligatio ſemel extincta, iterum non reuiuiſcit ex prędictis viribus, quod non præcepit Panor. in. c. porro, nu. 3. de ſent. excomm. niſi eum intelligas in terminis, tex. in. d. c. eos, eodem tit. in. 6. Vnde infertur interpretatio ad eundem tex. in. d. c. eos dum dicit in eãdem ſententiam, qui tex. debet intelligi non quod ſit eadem numero, ſed eadem in genere, vt ibi aduertit Ioann. Monachus quẽ alij ſequuntur, vel aliter, &. 2. intellige, quod illa non vere ſit eadem excommunicatio, ſed noua iuris, tamen fictione eadem reputatur ſecundum Baldum in. c. quæſtioni modo de appellat. & ſequuntur Decius, nu. 2. & Prepoſitus, ibi, nu. 3. Vnde infert Baldus vbi ſupra, quod abſolutus ab excõmunicatione in articulo mortis iuxta terminos. d. c. 17 eos, ſi ſe nõ præſentauerit, quam cito, & commode potuerit coram ſuperiori, reincidit ipſo iure in eandem excommunicationem, & quod ſi taliter abſolutus in eo medio tẽpore beneficium aliquod impetrauerit, & poſtea incidat in priſtinam excommunicationem, debet ab illo beneficio remoueri, ex eo, quod per illam reincidentiam reputatur eadem excommunicatio, & fingitur retro tempore impetrationis excommunicatus.

Quę quidem Baldi opinio vera non eſt, & ſic eam reprobant Præpoſitus, & Decius vbi ſupra, nã retrotractio ſemper intelligitur ſine præiudicio eorum, quæ medio tẽpore facta ſunt, tex. & ibi Bart. in. l. ſi partem. ff. quemadmodum ſeruitutes amittantur, & l. indebitum. §. 1. ff. rem 18 ratam.

ratam haberi, fictio enim minime effectum ſuum in præiudicium iuris iam quæſiti operatur, ex Bart.in.l.manet ſeruius.§.qui negotia.ff.de neg.geſtis, gloſſ.ver.cauſa in.l.denique.ff.ex quibus cauſis maiores.c.ſi pro te,&.c.quanuis de reſcriptis in.6.ſcribentes,in.c.tanta,qui filij ſint legitimi,& ita tenendum eſt.

19 Secundo noto ex eadem parte tex.in.d.c.eos, quod poteſt quis abſolui ab excommunicatione ad reincidentiam vſque ad certum diem,vel actum exercentem, vt probatur in.c.quod de his,&.c.de cætero de ſenten.excom.tex. elegans in.c.veniens el.2. de teſtibus,vbi excommunicatus abſoluitur ſolum modo ad effectum ferẽdi teſtimonij, vt eo prolato,& depoſito reincidat per abſolutionem ad reincidentiam,vt in.c.Apoſtolicæ de exceptio.& ibi Felin.col.1.ex quibus viribus iuſtificatur praxis communis, quæ paſsim admittit hanc abſolutionem,quam ad reincidentiam appellamus,vt per Coua.in.d.c.alma mater.1. p.§.11.& late Decius in conſ.145.

Sed contra hoc ſic argumentor,actus legitimi non recipiunt diem,nec conditionem ex.l.actus legitimi.88.ff.de reg.iuris,& regula actus.50.eodem tit.in.6.& declarat optime Paulus de Caſtro in.l.ſeruitutes ipſo quidem iure, nu.9.ff.de ſeruitutibus,Altiatus lib.3.Parergon iuris.c.4. vſque ad.8.abſolutio autem ab excommunicatione actus legitimus eſt, vt patet ergo non debet fieri ad reincidentiam,& ſic in diem,vel conditionem.

In cuius reſolutione minime tenenda eſt ſolutio gloſſæ,& communis in.d.l.actus legitimi,ſcilicet quod illa regula ſolum modo locum habeat in caſibus legitimis expreſſe numeratis in eadem lege,non vero in alijs,id enim verum non eſt,quia non ita ſtricte,ſed largius,& generalius regula illa accipienda eſt, vt recte aduertit Couarr. in



in.4.decret.2.par.cap.3.in principio,num.4.

Vnde tu ſtudioſe lector aliter poteris reſpondere,quod 20
illa regula ſolum procedit in die, vel ſuſpenſiua conditione,quam quidem actus legitimus recipere poteſt,ſecundum Alciatum lib.3.d.c.8. Cuius ratio eſt, quia actus legitimus,ideo non recipit diem,nec conditionem, quoniã ſubſtantia actus legitimi conſiſtit in hoc, quod ſtatim ex ſola legis poteſtate abſque hominis miniſterio affert ſecum executionem,& finalem effectum,& hac ratione dicuntur actus legitimi, quia videlicet in eis ſolo producit omnem effectum executiuum, & finalem ſecundum Couarru. vbi ſupra,& ante eum docuit Baldus in.l.1.num.11. C. qui admitti, idem Baldus in.l.extraneum,num.1.C. de hæreſibus inſti.conditio vero,qua natura ſuſpendit actum, & eius effectum, ex.l.excedere diem.213.ff. de verb.ſign.c.vnico.§.fin. de ſponſal.in.6.& ita conditio repugnaret naturæ,& ſubſtantię actus legitimi,ideo viciatur tanquam contra ſubſtantiam actus argumento,text.in cap.fin. de condit. appoſitis iuncta.l.vbi repugnantia, 149.ff.de reg.iuris,quæ ratio ceſſat in conditione reſolutiua,quia illa non ſuſpendit,nec reddit actum conditionalem,ſed purum.l.2.ff.de in diem adiectione,& cap.illos de pignoribus, & ita nulla tunc datur repugnantia, ac proinde illa bene admittitur in actu legitimo,& hoc modo defendi poteſt prædicta abſolutio ad reincidentiam, quia videlicet non continet diem, vel conditionem ſuſpenſiuam ipſius abſolutionis,ſed reſolutiuam, vt dictum eſt.

Sed contra hoc ſic inſurgo, abſolutio ad reincidentiam continet etiam excommunicationem in caſu reincidentiæ,vt probatur ex tex.eleganti in.d.cap.veniens el.2.in fine, de teſtibus ſecũdum communem interpretationem, &

& docet Decius conſil. 145. quæ excommunicatio eſt in ſuſpenſo vſque ad caſum reincidentię, ſicut alia quælibet excommunicatio conditionalis, vt in.c.præterea requiſiſti de appellat.& tamen excommunicatio actus legitimus eſt,quia a lege eam vim,& efficatiam habet, vt ſtatim ſuā ſecum habeat executionem abſque alio hominis miniſterio,vt in.d.c.paſtoralis.§.verum,qua ratione actus legitimus cenſeri debet iuxta reſolutionē ſupra traditam: ergo non poteſt eſſe in ſuſpenſo vſque ad conditionem,vel diē reincidentiæ ex.d.l.actus legitimi,quia excommunicatio non poteſt eſſe in ſuſpenſo ſecundum gloſſ. ver. declaramus,in.d.c.præſenti ſupra eodem.

Cui tamen argumento ſic reſpondeo,quod licet verum ſit,quod excommunicatio ſit actus legitimus,nihilominus poteſt ſub conditione ferri ſi intra decem dies non ſatisfecerit,vt in.d.c.pręterea requiſiſti,quoniam licet a lege ſuā habeat executionem, & effectus,intelligitur tamen dummodo adſit iudicis in tertio,non alias iuxta gloſſ. receptā ver.ignorantiæ in.c.Apoſtolicæ.9. de clerico excommunicato,quam ſequitur Abb.in.c. ex parte,nu.6. de officio ordinarij, Palatius Rubeus in repetitione.c. per veſtras §.18.nu.22. quando autem iudex excommunicat ſub cōditione deficit eius intentio vſque ad conditionis euentum,& ex inde incipit ligare iudicis intentione,à qua ipſius effectus pendet, ſicut etiam quando effectus alterius actus legitimi pendet.non ſolum à lege,verūetiam ab hominis voluntate(vt eſt teſtamentaria tutela) tunc bene recipere diem,& conditionem,tex.in.§. ad certum inſt. qui teſtamēto tutores dari poſſunt,& ibi gloſ.iūcta ad .l. actus legitimi, & docet Alciatus,lib.3.Parergon iuris.c.8. pari ergo ratione idē dicendū eſt in excōmunicatione, ſiquidē eius effectus pēdet a iudicis intētione,vt ſupradictū eſt. Ex



Ex quibus infero,quod abſolutus ab excōmunicatione ad reincidentiam lapſo termino reincidit ſi non ſatisfacit in excommunicationem abſque alia ſentia,vt docet Philippus Decius in.c.1.de iudicijs.2.lectura,col.4.&ibi Rippa,nu.25.idem Decius conſil.145.Francus in .d. c. præterea requiſiſti,nu.6 & Coua. dicens communem in.d.c. alma mater.1.par. §.11.num.6.& ita in praxi quotidie obſeruatur. Illa.io. 21

Pro qua opinione,primo loco facit text. in.c. veniens el.2.in fine de teſtibus iuncta communi interpretatione, vbi Romanus Pontifex pro conſtanti habet teſtes illos, qui abſoluti fuerunt ad effectum ferendi teſtimonij ſtatim reincidere abſque alia ſententia, vt teſtantur Ioannes Andreas,Antonius,& communibus,ibi,& dicit communem Decius.d.conſil.145.licet Aretinus ibidem, col. f. aliter intelligere voluerit.

Secundo prædicta communi opinione facit,nam hęc abſolutio ad reincidentiam limitata eſt ad certum tempus: ergo limitatum debet producere effectum argumēto,tex. in.l.in agris.16.ff.de adquirendorū dominio.l.non omnis ff.ſi certum petatur.l.exportandus.2.ff.de ſeruis exportandis.c.cum capella.16. de priuilegijs.c. ſuper literis Rodæ reſcriptis,& confirmatur ex tex.in.l.imperator.8.ff.de poſtulando cum complicibus.

Tertio loco facit, nam hæc abſolutio ad reincidentiam videtur eſſe quædam ſuſpenſio excommunicationis vſque ad tempus limitatum,vt dicunt Ioannes Andreas, & omnes in.d.c.veniens,ſuſpenſio autem ad tempus facta adueniente tempore ceſſat,gloſſ,ver.donec in Clem.1.de decimis,& ver.per menſem in.c.1.de ſent.excom. in.6. ergo ſimiliter ceſſabit hæc abſolutio,& per cōſequens ipſo iure reincidit in excommunicationem.

M Nec

Nec contra hoc obſtabit, quod in excommunicatione non cadat ſuſpenſio, ſed vera abſolutio formaliter data, de qua in c. cum deſideres de ſent. excom, & firmet Silueſter ver. abſolutio. 5. & Naua. in manuali latino c. 26. nu. 8. & 9. & ideo in ea ſemper requiritur realis abſolutio, vt reſoluunt Antonius in d. c. veniens, col. f. Decius, & omnes in d. c. 1. de iudicijs.

22 Quia ratio, quod hæc abſolutio ad reincidentiam proprie non eſt excommunicationis ſuſpenſio, ſed eſt vera & formalis abſolutio, nihilominus tamen poteſt dici ſuſpenſio, ex eo nempe, quod eſt limitata ad certum tempus cum reincidentia, & finito tempore ſtatim repetit eandem excommunicationem, vt eleganter docet Ioannes Gutierrez allegatione. 9. nu. 7. argumento, tex. cum ibi notatis in d. c. veniens in fine.

Contrariam tamen ſententiam, & opinionē, imo quod non reincidat ipſo iure, ſed quod neceſſaria ſit noua excōmunicatio, tenet Rebufus in concordatis, tit. de excōmunicatis non vitandis in princ. verſi. nec ipſo facto, & tit, de prorogatione dilationis, gloſſ. 1. verſi. 3. non procedit.

Et hæc Rebufi opinio probatur. 1. ex tex. in cap. ad reprimendam, & in c. ſignificauit de officio ordinarij, & in c. ad noſtram el. 1. de iureiurando, quæ iure dirigunt, verba ad ipſum iudicem, & in c. quæſtioni, ibi, ſtatim erit in eandem reducendus ſententiam de appellat. ergo iam nō reincidit ipſo iure.

23 Secundo probatur inducta ad vnum effectum non debent contrariū operari, tex. in l. legata vtiliter. ff. de adimendis legatis, ſed abſolutio inducitur ad tollendam excommunicationem, & reſtituendum excommunicatum communioni eccleſiæ. c. a nobis el. 2. de ſententia excommunicatione: ergo non debet contrarium operari effectū nempe



nempe excommunicationis, ſed defendendo communem prædictam opinionem, quæ in praxi communiter praxi obſeruatur, non obſtat primum argumentum ex d. c. ad reprimendam cum ſimilibus, quia procedunt, prout loquuntur quando quis abſoluitur cum iniunctione alicuius ſatisfactionis, quo caſu non reincidit ipſo iure, ſed per ſententiam, vt ibi. Aliud tamen eſt quando abſoluitur hoc expreſſe addito per iudicem, quod ad reincidētiam abſoluitur, quo caſu loquitur communis opinio, vt interpretatur Decius in locis ſupra allegatis, & Coua. d. §. 11. num. 6. Nec minus obſtat aliud argumentum, ex d. l. legata vtiliter. quia reſpondeo, quod procederet quando abſolutio eſſet ſimpliciter data, at vero hæc abſolutio, quę expreſſe ad reincidentiam datur continet duo, ſcilicet abſolutionem limitatam ad tempus, & exinde excommunicationem, ſi non ſatisfecerit, vt aduertit Ioannes Gutierrez allegatione. 9. nume. 7. & ideo lapſo tempore excommunicatio incurritur, nam & alias excommunicatio lata, ſi intra certum terminum non ſatisfecerit lapſo termino, ipſo iure incurritur abſque alia ſententia, text. in dicto cap. præterea requiſiſti de appellationibus, & ibi notat Abbas, & omnes, & dicit communem Decius in cap. 1. de iudicijs. 2. lectura, columna. 4. idem conſilio. 145. numero 2. & Lapus allegatione. 73. nume. 2. & ibi Mādoſius in additione.

Ex quibus omnibus infero primo ad interpretationem opinionis doctiſsimi Baldi in l. talem pactum. §. qui prouocauit. ff. de pactis, in repetitione, nume. 11. vbi dicit, quod ſi excommunicatus pro debito abſoluatur a iudice, & promittat ſoluere intra menſem, alias reincidat, ſi elabatur menſis in priſtinam excommunicationem, licet nō ſoluat, nō reincidit ipſo iure, ſed eſt neceſſaria noua 24

 iudicis

iudicis ſententia argumento,tex.in.l.ſi vnus.§. pactus ne peteret,verſi.ſed ſi pactum.ff.de pactis, & hanc opinionẽ ſequitur Rebuſus in concordata,titu.de prorogatione dilationis in gloſſ.1.verſi.3.nõ procedit, nam excommunicatio pertinet ad clauẽ iuriſdictionis contentioſæ,& tranſmiſſam,vbi Abb.& omnes notant de electione.c.venerabilibus in principio,eodem tit.verſi.cum nec excommunicatorum,nec excommunicantium ſint iudices. Notat gloſſ.in.c.nemo.2.q.1.hanc autem iuriſdictionem partes dare minime poſsit, ex tex.in.l.1.& in.l.priuatorum conſenſus.C.de iuriſdictione omnium iudicum, ergo ex parte partium dari non poteſt abſolutio ad reincidentiam abſque iudicis conſenſu, & ita hanc opinionem tenuit etiam idem Baldus in.c.P.&.G.Rebuſus in concordata, tit.de excommunicatis non vitandis,in principio verſic. nec ipſo iure vel facto.

Sed profecto hæc Baldi opinio plane, & abſque controuerſia procedit,quando ſolum inter ipſas partes actum eſſet de reincidentia excommunicationis,ſecus tamen eſt ſi in iudicis ſententia, & abſolutione expreſſe agatur de reincidentia, quia tunc lapſo termino reincideret ipſo iure ſupradicta,& ita declarat Francus in.d.c.præterea requiſiti,nu.6.Silueſter,ver.excommunicatio.2.notab.1.verſic.13.eſt,& Decius conſil.145.licet in hoc vltimo contrariũ tenet Rebuſus vbi ſupra.

25 Infertur etiam,& ſecundo quod abſolutus ab excommunicatione ad reincidẽtiam, ad certum tempus,ſi pars abſque iudice proroget diem,non incurret excommunicationem lapſo illo die primi termini, vt docent Abb.& omnes in.d.c.præterea requiſiſti de appellat. idem Abb. in c.1.nu.7.de locato,Felinus in.c.de cauſis, nu. 2. de officio deleg.&in hoc fine controuerſia omnes conueniunt, ſecundum



ſecundum Decium in.d.c.præterea requiſiſti,nu.4. Ratio eſt,quia ille dies aſsignatus per iudicem præfixus eſt in gratiam partis,ideo per ipſam partem poteſt legitima de cauſa prorogari argumento,tex.in.d.c. de cauſis, & tunc excuſatur pars a pœna ex tex.celebri in.l. cum ſtipulatus ſim mihi a proculo.ff.de verb.oblig.& confirmatur ex eo quia idem videmus in iuramento præſtito in gratiam partis,nam parte remittente,remittit & Deus,tex.in.c.1.iuncto.c.debitores de iureiurando.c. 2. de ſponſalibus, imo vero nec incidit in excõmunicationẽ ſi labatur dies,qui ſibi fuit per partẽ prorogatus,niſi in ipſa prorogatione adſit iudicis cõſẽſus,& hoc idẽ viſus eſt tenere Silueſt.vbi ſupra Nau.in man.c.27.n.15.Pedraça in ſũma de caſibus conſcientiæ in.7.præcepto decalogi.§.15.Ioan. Gutierrez de iuramento confirmatiuo.1.p.c.49.nu. 11. & in allegatione.9.nu.4.qui omnes fundantur ex eo, quia excommunicatio iudicis, & eius intentio habet relationem ad primũ terminum ab eo prẽfixum,& ideo eo tranſacto ceſſabit argumento ,tex.in.l.imperator.ff.de poſtulando cum ſimilibus ſupra allegatis: ergo in termino prorogato per partẽ ſine iudice non poteſt dari reincidẽtia excommunicationis, cum iam non adſit iudicis ſentẽtia, nec eius intentio, & ſic excommunicatio non poteſt ex ſolo partium pacto induci argumento,tex.in.l. priuatorum cõſenſus.C.de iuriſdictione omnium iudicum.

Sed contraria opinio verior,& receptior eſt,imo quod 26
lapſo termino prorogato per ſolam partem abſque iudice reincidat ipſo iure,docet Hoſtienſis,Ioan. Andr. & communis in.d.c.requiſiſti de appellat.Bart. & omnes in.l.1. §.poſt operis,nu.6.ff.de operis noui enuntiatione Ioan. Monachus in.c.quicunque,nu.8.de ſentent.excommu.in 6. & hanc dicit communem opinionem eſſe, Rebuſus in

cõcordata,tit.de prorogatione dilationis,gloſ.1.verſi.ideo ſi præcipiat,& Coua.in.c.quamuis pactũ.1.p.in prin.n.5. Ratio eſt,quia prorogatio ſemper intelligitur facta cũ omnibus qualitatibus,& clauſulis rei,quæ prorogatur gloſſ.in l.ſed etſi manẽte.5.ff.de precario.c.hi qui authoritate.12. de pręb.in.6.l.leges.16.C.de locato,& conducto.

Nec obſtat argumentum ſupra in contrarium adductũ, nempe quod tranſacto primo termino videatur ceſſare iudicis intentio, & per conſequens excommunicatio, quia reſpondeo id negando quoniam tempus illud a parte prorogatum cẽſetur eſſe idem tempus cum priori, ex.d.l.ſed etſi manente,& item quæritur.§. qui impleto.ff.locati.d.c.de cauſis,& quia illa aſsignatio termini per iudicem facta cõcernit partis vtilitatẽ,& ideo parte prorogante,videtur etiã iudex prorogare,& conſentire argumento,tex. in l.4.§.ſi ex conuent.ff.de re iudicata.l.1.§.& poſt operis verſi.inde quæritur.ff.de operis noui enunciatione,igitur in ipſo termino prorogato per ſolam partem adhuc durat iudicis intentio, & ſententia, ac proinde eo lapſo reincidit ipſo iure.

27 Infertur etiam, & quarto circa terminos noſtræ Bullæ Cruciatę,quod ſolus ſacerdos ſine iudicis licentia cõſenſu ſeu facultate non poteſt virtute Bullę Cruciatę, vel iubilei etiã conſentiente parte ad reincidentiã abſoluere,vt docet Dominicus Soto in.4.d.22.q.2.artic.3.Ioann.Gutierrez allegat.9.per totã, & probatur,quia priuilegium nõ debet extendi vltra id,quod verba ſonant in.c. porro de priuilegijs,&.l.diligẽter.ff.mãdati,per bullã autem Cruciatã ſolum datur facultas abſoluẽdi ſimpliciter,vt ex eius verbis ſatis aperte cõſtat:ergo nõ datur facultas excõmunicandi, abſolutio vero ad reincidentiã continet in ſe excõmunicationẽ in caſu reincidẽtiæ,vt ſupra dixi, ergo ſacerdos virtute Bullæ Cruciatę nõ poterit ad reincidentiã abſoluere, quoniam deficit ſibi iuriſdictio,quę ad excommunicandũ neceſſaria eſt,iuxta tex.in.c.tranſmiſſam cũ ibi notatis de electione,nec partis conſenſus in hoc quicquam operabitur,ex.d.l.priuatorum.

Sed licet iſtę hæc veriſsima ſint,tamẽ vt magis clarius ſtudioſis lectoribus appareãt, & corrobata ſint cõtra ea,ſic argumẽtor: primo,cui cõpetit poteſtas abſoluendi eidẽ etiã cõpetit & excõmunicandi facultas,quoniã vtrunq; a iuriſdictione pẽdet,gloſ.celebris ver.a ſuſpẽſis in.c.cũ dilectus de cõſuetudine,ſed abſolutio,& excõmunicatio a pari procedunt,ex tex.in.c.verbũ de pœnit.d.1.ergo ſacerdos,qui virtute Bullæ Cruciatæ habet facultatẽ abſoluendi ſubinde,& in conſequentiam cenſetur habere facultatem excõmunicandi in caſu reincidentiæ. 1.argum.

Secundo ſic,cui magis conceditur, & quod minus eſt cẽſetur eſſe conceſſum,ex regula tex.in.c.cui licet de reg. iuris in.6.l.nec in ea.ff.de adulterijs,& notat gloſſ.ver. multo fortius in.c. cũ in cunctis de electione,ergo cõceſſa per Bullam Cruciatã facultate abſoluendi in totum perinde cenſetur conceſſa facultas abſoluendi ad reincidentiam. 2.argum.

Tertio ſic,legitimi in iuris noſtri muſeo valet argumentum de toto ad partem.l.quæ de tota.ff.de rei vẽdicatione c.paſtoralis.§.item cum totum de officio deleg. & docet Euerardus in lib.centum locorum legalium,loco.80. ſed virtute Bullæ Cruciatę poteſt ſimplex ſacerdos parte conſentiente in totum abſoluere: ergo eadem parte conſentiente recte poterit ad reincidentiam abſoluere. 3.argum.

Sed his non obſtantibus obiectionibus iuridica, veriſsima,& praxi prædicta receptiſsima ſunt ex iuribus,& rationibus ſuperius citatis,& ſic tenendũ eſſe in iudicãdo,& cõſulẽdo magis affirmo,& ita nõ obſtant tria illa argumẽta,

Solu.1. quę prima facie fortiter contra ſupradicta facere videbantur, non enim primum, nam reſpondendum eſt illud procedere quando talis facultas abſoluendi iure communi cõpeteret, ſecus autẽ ſi ex priuilegio (vt ex noſtra Bulla Cruciata) quia tunc qui poſſet abſoluere, non poſſet excõmunicare, vt docet Ioann. Andr. in c. ſi canonica de ſent. excom. Dominicus in c. inferior. 21. d. pro quibus facit tex. cum ibi notatis in c. 1. & 2. de filijs presbyterorum in 6. maxime, quia clauſula huius bullæ in hac parte derogat iuriſdictioni ordinariorum, & ideo ſtrictiſsime debet interpretari, ex tex in c. ad hęc, & ibi Abb. de reſcriptis, & in c. ſuper eo de officio deleg.

Solu. 2. Nec obſtat. 2. ex d. regula, cui licet cum complicibus, quia reſpondeo, quod procedit, & habet locum quando eſt eadem ratio, ſecus ſi diuerſa ex gloſſ. ver. defenſor in Clement. ſi vna de rebus eccleſiæ, at vero diuerſa ratio eſt in abſolutione ad reincidentiam ab ea, quæ eſt in abſolutione in totum, quoniam illa continet in ſe excommunitationem (vt ſupra dixi), quam non continet abſolutio in totũ, & ita magis quidem eſt abſoluere ad reincidentiam, quam in totum, & per hæc etiam reſpondendum eſt ad. 3. argu-

Solu. 3. mentum ſupra formatum, ex regula d. l. quę de tota, quod procedit, & locum ſortitur, quando eſt eadem ratio in parte, quæ eſt in toto, ſecus ſi diuerſa, vt docet prædicta gloſſ. ver. defenſor, firmat Abb. in d. §. item cum totum, nu. 12. & Iaſſ. in l. iuris gentium. §. adeo autem. ff. de pactis, in noſtro tamen caſu diuerſa ratio verſatur in abſolutione ad reincidentiam ex ſupra prędictis luce meridiana clarius apparet.

28 Quinto, & vltimo ex ſupradictis infertur ad illam quæſtionem, vtrum fideiuſſor teneatur prorogato termino debitori per verum creditorem.

In



In qua prima facie dicendum videbatur talem fideiuſſorem liberari, ex eo nempe, nam quoties creditor terminum ſolutionis debitori prorogauerit, iam videtur abſque dubio nouationem facere, & per conſequens fideiuſſoré liberari argumento, tex. in l. vbicumque. ff. de fideiuſſoribus. l. labeo la. 2. §. f. de arbitris. l. nouatione. C. de fideiuſſoribus, & celebris tex. in l. ſi cum Hermes. C. locati, & tener in terminis Hyppolitus de Marſilis in rubrica. ff. de fideiuſſoribus, nu. 89.

Sed contraria opinio, imo fideiuſſorem eius, qui vere debitor eſt ad ſoluendam certam quantitatem intra certũ tempus limitatum, minime ab eo obligatione fideiuſſoria eximi, licet creditor ſolutiones diem debitori prorogauerit tenenda eſt, tanquam veriſsima in iudicando, & conſulendo, & nullatenus ab ea recedendo fore teſtatur Abb. in c. conſtitutus, nu. fin. de fideiuſſoribus, Felinus in c. 2. de ſponſ. num. 34. Iaſſ. in l. lecta. nu. 9. ff. ſi certum petatur, & ibi Franciſcus Curtius, nu. 10. Miſingerius in titu. de tempore vtili, & continuo: c. 4. nu. 10. verſi. in ſupradicto autem debitore, pag. mihi. 54. Abiles in capitulis prætorum c. 22. in gloſſ. ver. Torres. n. 21. Antonius Gomez. 2. tomo variarum. c. 13. de fideiuſſoribus, nu. f. in fine, & Coua. in c. quanuis pactum in principio primæ partis, nu. 6. verſic. quarto apparet de pactis in. 6. ſed non ita indiſtincte, & generice iſta opinio tenenda eſt, niſi cum hac ſcilicet diſtinctione facta, quod, aut terminus eſt finiendæ obligationis, aut differendę ſolutionis, primo caſu prorogato termino debitori per creditorem fideiuſſor non tenetur, ſecundo vero caſu ſupradictam Doctorum opinionem procedere dicendum eſt, ex doctrina Abbatis, & Iaſſ. vbi ſupra, & ita ſecundum hanc diſtinctionem procedere intelligo, tex. in l. labeo. §. vlt. ff. de arbitris, & tex. in d. l. ſi cum Hermes,

M 5 &

& tex.in.l.item quæritur.§.qui impleto.ff.locati,& nouiſſime docet in terminis Coua.vbi ſupra verſi. namquod paulò,quæ omnia ſumme nota circa fideiuſsionem commētarienſem,quę paſsim,& quotidie fit,& de qua agit tex. in.l.ſancimus.26.C.de fideiuſſoribus,Bart.in.l.ita ſtipulatus la magna.2.oppoſitione,nu.4.ff.de verb. idem Bart. in.l.ſingularia.9.oppoſitione.n.11.ff. eodem tit. de verb. l.17.&.18.tit.12.pa.5.& tradit hodiernam praxim Franciſcus Gundiſaluus de Torneo,lib.5.tit.47.de las fianças de la haz,pag.291.Ribera pag.76.Nec obſtat prima difficultas ex eo,quia omnis prorogatio ſemper videtur facta cũ ſuis qualitatibus,& ſicut tenebatur fideiuſſor in primo termino,tenetur in ſecundo prorogato ex ſupradictis,nouatio enim nunquã fit,nec præſumitur,niſi expreſſe inter partes agatur,ex.l.f.C.de nouationibus, & ita ſecure prædictã opinionē tenendã eſſe puto ex iuribus, doctoribus, & rationibus ſupra citatis.Nec obſtat regalis deciſio text. in.l.10.titu.17.lib.3.fori,qua contrarium cauebatur,nam
29 text. ille fori nunquam in praxi cuſtoditur, niſi in locis, in quibus eam ſeruandi legem conſuetudo abſque contradictione vigeret, vt cõſtat ex .l. 1. Tauri, & in pragmatica appoſita ante .l. 1. titu.1.lib.1.nouæ Recopilationis in fine, & docet Anton. Gomez in.d.c.13. nu. f. in finalibus verbis.

Ad ſecundam vero partem in verſi.(cenſuris)deueniendo dicendum eſt,cenſuræ eccleſiaſticę(de qua hic)appellatione tria tantũmodo comprehendi, excõmunicationem ſcilicet interdictũ eccleſiaſticũ,& ſuſpenſionē ex vulgari,
30 & quotidiano tex.in.c.quęrenti.20.de verb.ſig.& explicat eleganter Romanus in tract.de pēſionibus.c.8. n. 18. & Armilla cũ aliquibus ſummiſtis in ver.cenſura,nu.1.& ita cum hoc veriſsimũ ſit, manifeſte conſtat miſero errore

elapſos



elapſos fuiſſe viros alioquin doctiſsimos,Sotum in .4. d. 22.q.3.ar.3.col.2. Silueſtrũ, & Tabienſem in ſumma ver. 31
irregularitas,dum docent quinque eſſe cenſuras eccleſiaſticas,nempe excommunicationem,ſuſpenſionem,interdictum,ceſſationem,& irregularitatem,nam irregularitas, & ceſſatio non ſunt profecto cenſurę, ſed pœnæ quædam canonicæ diſtinctæ admodum à cenſuris,vt clare,& aperte conſtat,ex.d.c.quærenti,& ibi docet Panor,nu. 6. poſt Cardinalem,& Immolenſem in Clem.1.n.90.de ſent.excommu.& Naua.in manuali.c.27.nu. 188. & ita comiſſa facultate per iubileum, vel Bullam Cruciatam (vt in hac noſtra clauſula fit) abſoluendi a quibuſuis cenſuris, vel pœnis,non intelligitur conceſſa poteſtas diſpenſandi ſuper irregularitate, vt docet Soto ſibi contrarius in lib. 5. de iuſti.& iure,art.4.col.penultima, ſtylus enim Romanæ Curiæ habet,vt nunquam cenſeatur data poteſtas hæc diſpēſandi ſuper irregularitate,niſi aperte id exprimatur, vt teſtatur Villadiego de irregularitate,col.43.&Nauarr. in man.cap.27.nu.194.&.149. 32

Hodie tamen per ſanctum Conc. Trid. ſeſſ.24.cap.6. plena iam conceditur poteſtas epiſcopis diſpenſandi in irregularitate,& ſuſpenſione occulta,vt latiſsime explicat Nauarr. vbi proxime,num. 250.&.236. frater Antonius de Cordoua in quæſtionario iuris,folio.25.&.125.Hieronymus de Monte in lib.quęſtionum iuris,q.30.n.29.&.33 Vmbertus de hæreticis, fol.6.n.5.& Quintilianus Mandoſius de aſsignatura gratię, fol. 58. & ita obſeruandum eſt.

Inde prouenit vtilis,ac neceſſaria declaratio huius clauſulę in verſ.En la bulla in Cœna Domini,ſtatim ſequēti,pro cuius veriſsima enucleatione(auſpice Chriſto)tria pręnoſci oportet,primũ quid ſit bulla in Cœna Domini, ſecũdo vnde originē ſuſceperit,tertio,& vlti. de vi reſeruationis in

ea

ea facta, quibus tota eius claudetur interpretatio, & ſic ad primum deueniendo varijs refutatis obſerua Bullã in Cœ
33 na Domini eſſe proceſſum quendam per Romanum Pontificem factum contra eos, qui grauiter Maieſtatem diuinã offendunt, vt colligitur ex text. in .c. in Cœna Domini de conſecrat. d.2. extrauaganti, & ſi Dominici .5. de pœnit. & remiſſ. inter communes ex extrauagãti. 1. de iudicijs, & docẽt in terminis Diuus Antoninus. 3. p. tit. 24. c. 27. ſumma Tabiena, ver. excommunicatio. 5. caſu. 4. Silueſt. eodem ver. excommunicatio. 7. Soto in. 4. d. 22 q. 2. ar. 3. & Naua. in manuali. c. 27. nu. 52. Dicitur autem Bulla in Cœna Domini ex eo, quia, & ſi olim quot annis ſoleret tribus ſolemnibus diebus prędictus proceſſus per Romanũ Põtificem fulminari in die, ſcilicet Iouis Cœnæ Domini, & in Aſcẽſione Domini, & in Dedicatione Baſilicę ſancti Petri, & Pauli Apoſtolorum, vt ex. d. extrauag. 1. de iudicijs, probat gloſſ. ibidem ver. ſolemnis, hodie tamen ſolũ modo in die Iouis Cœnę domini ſolemniter fulminatur ſtãte cum magno cœtu gentium Romano Pontifice, & habẽte lumen in manibus accenſum, & Naua. in. d. c. 27. num. 53. & 57. vbi omnia ad Bullam Cœnæ Domini tangentia adamuſim enumerat.

34 Ad ſecundũ de antiquitate, & origine prædictæ bullæ in Cœna Domini, breuiter, & ſuccinte obſerua, quod etſi diuinus interpres Tho. de ea non meminerit cũ de reſeruata excomunicatione tractauerit, atque dixerit Soto vbi ſupra incepiſſe a Martino. 5. anno. 1420. de qua meminerũt Paulus ſecundus, & Sixtus quartus, in præcitatis extrauagantibus, etſi Dominici de pœnit. & remiſſ. inter communes, vt probat Antoninus in ſumma. 3. p. tit. 24. c. 72. Certius tamen eſt antiquiorem fuiſſe iſtius bullæ vſum, & multis ante Martinum. 5. annis incepiſſe, quippe cum in Vaticana



cana Blibioteca reperiatur Bulla Gregorij ſecundi, anno 1370, cui aliqui Pontifices detraxerunt. & addiderunt.

Ad tertium, & vltimum de vi caſuum reſeruatorum, 35 obſerua inter noſtrates iurisvtriuſque, necnon, & ſacræ Theologiæ profeſſores controuerſum eſſe, an Romanus Pontifex ſibi reſeruare poſsit aliquorum caſuum abſolutionem, vt reſeruat in caſibus contentis in prædicta bulla in Cœna Domini, ſiquidem abſoluendi poteſtas generaliter ab omnibus peccatis, presbyteris omnibus ab ipſo Chriſto redemptore noſtro conceſſa eſt, iuxta illud Ioan. 20. c. quorum remiſſeritis, &c. Et Matth. c. 18. Amen dico vobis quæcunque ligaueritis ſuper terram erunt ligata, & in cœlo, &c. Sed Romanus Pontifex minime poteſt diuinam tollere legem ex. c. ſunt quidam. 25. q. 1. c. literas de reſtitutione ſpoliatorum .c. per venerabilem, qui filij ſint legitimi, & argumento. c. f. de conſuetudine, ne inferior videatur exercere poteſtatem in ſuperiorem, ex. c. cum inferior de maioritate, & obedientia, cum alijs.

Sed contraria doctrina, imo vt ſoli Romano Pontifici liceat reſeruatio illorum caſuum, qui graues, & atroces ſunt ad meliorem chriſtianę reipublicæ gubernationem, probatur ex Exodi authoritate. c. 18. ibi, Quidquid maius fuerit ad te referã, ita reſoluit Cano in repetitione de pœnitẽtia. 3. p. 5. partis principalis, fol. 106. & Soto in. 4. d. 18. q. 2. art. 5. & patet ex tex. in. c. latorem. 33. q. 2. & .c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. & apertius ex Trid. Conc. ſeſſ. 14. c. 7. potuit ergo Romanus Pontifex, vt Chriſti Vicarius diuinam illam legem declarare, ex tex. in .c. inter corporalia, & .c. quanto de tranſlatione epiſ. extrauaganti vnam ſanctam de maioritate, & obedientia inter cõmunes, etiamſi ſolus cõditor legis ſit verus legis interpres, ex. l. f. C. de legibus, & l. 2. verſi. ſi quid vero. C. de veteri iure enucleãdo.

Quare

Quare contrarię doctrinæ argumentum ſupra formatũ
nõ obſtat ex diuina illa Ioann authoritate.c.20. Quorum
remiſſeritis,&c.relata in.cap.vt cõſtitueretur.50.d. & in
Trid.Conc.ſeſſ.6.c.14.& ſeſſ.14.c.1.&.c. 8. & in eadem
ſeſſ.14.de ſanctiſsimo pœnitẽtię ſacramento,canone.3.&
4.cathecïſmus Papæ de ſacramento pœnitentiæ,col.8.di
uus Ambr.lib.1.de pœnit.c.2.&.3.Sotus in.4.d.17.q.1.
art.2.&ibi Soto.d.14.q.1.ar.2.quia ſub eadẽ eccleſiæ Ro
manæ cenſura hanc ſacræ Scripturæ authoritatem inter-
pretor in clericis presbyteris habentibus iuriſdictionem,
qui ſoli abſoluendi poteſtatem habent,& non cæteri ſim-
plices ſacerdotes actu non habentes iuriſdictionem, teſte
Cano in relectione de pœnitentia.d.5. partis principalis,
fol.134.cuius veræ doctrinę ſolida ratio eſt,quia ad ſacra-
mentalem abſolutionem duo ſubſtantialia requiruntur,
quorum alterum ſine altero non ſufficit,quare ſimplex ſa-
cerdos ſine iuriſdictione actuali ſi abſoluerit,non valet ab
ſolutio,& mortaliter peccat, vt docet Silueſter in ſumma
ver.confeſſor.8.in princ.Soto in.4.d.18.q.4.ar.2.verſic.
hoc ſuppoſito,& Naua.in man.c.25.nu.95.ideo proprius
ſacerdos virtute clauium,qui habuerit ordinariam,vel de-
legatam iuriſdictionẽ in ipſum pœnitentem,recte poterit
abſoluere,ex.c.omniſutriuſq; ſexus de pœniten.&remiſſ.
Concil. Florentin. de ſacramento pœnitentiæ, ver.2.eſt,
Conc.Trid.ſeſſ.14.c.6.&.7.& ſeſſ.24.c.13.ad finem,non
enim eſt abſolutio ſacramentalis, imo nec valet ſi fiat ab
alio ſimplici ſacerdote,vt reſoluunt, & probant proxime
citata iura,& dd. & Panor. communiter receptus in.d.c.
omniſutriuſque ſexus notab.7.Naua.in.c placuit,num.8.
de pœnit.d.6.& in manuali in principio,& in.c.9. nu. 5.
&in.c.22.nu.11.& Soto in.4.d.18.q.3.artic.3.& ratio ra-
tionis ea eſt, quia actus abſolutionis eſt iuriſdictionalis,
ideo



ideo in Conc Triden.ſeſſ.14. de ſacramento pœnit. c.9.
ad iuriſdictionem refertur,& ſicut ſententia lata per iudi-
cem iuriſdictionem non habentem non valet,ex tex.in.l.
2.C.ſi a non competenti iudice,&c.Et.c.at ſi clerici de iu
dicijs,ita nec abſolutio facta per ſimplicem ſacerdotẽ va-
lere debet. Hinc colligitur nefarium eſſe errorem Vual- 36
denſium,& aliorum hęreticorum dicentium Romanum
Pontificẽ iniuſte,& cõtra charitatis regulas ſibi reſeruare
aliquorum caſuum abſolutionem:nec minus errat doctiſ-
ſimus Durandus in.4.ſent.d.17.q.5.exiſtimans ex gene-
rali eccleſię Romanę conſuetudine Papam tantum ſibi re
ſeruare aliquarum cenſurarum abſolutionem, vt excom-
municationem,ſuſpenſionem,& irregularitatem,non ve-
ro ſpecialium peccatorum abſolutionem.

Ideo tu ſtudioſe lector obſerua,quod cum ſoli Roma-
no Pontifici commiſſa ſit gubernatio totius populi chri-
ſtiani propter ſupremam poteſtatem paſcẽdi gregẽ,quam
Deus Petro,& eius ſucceſſoribus conceſsit in extrauagan
ti vnam ſanctam de maioritate,& obedientia inter cõmu-
nes.c.in nouo teſtamento.21.d.& .c.ita Dominicus.19.d.
propterea etiam ſtricto iuris rigore poteſt Romanus Pon
tifex ſibi aliquos caſus reſeruare, non tantum quoad pœ-
nas & cenſuras,ſed etiam quoad culpã,vt chriſtiani prop-
ter abſolutionis difficultatem a perpetratione tantorum
peccatorum arceantur,vt egregie reſoluit ſanctus Cypria-
nus lib 3.epiſtolarũ,epiſtola.16.Origenes,homilia.10.ſu-
per Numeros,Vualdenſis de ſacramentalibus.c.149.Soto
in.4.d.18.q.2.ar.5.col.9.verſi.ſecundum,& patet expreſ
ſe,ex Conc.Triden.d.ſeſſ.14.c.7.de caſuum reſeruatione
cum ſimilibus ſupra citatis,& in.c.ſi.epiſcopus.2. de pœ-
niten.&remiſſ.in.6.Quæ reſeruatio non ſolum Pape,ſed 37
alijs etiam prelatis ſecularibus,vt epiſcopis,&regularbus,
vt

vt Generalibus, prouincialibus, prioribus, & ſimilibus permittitur in Trid.d.c.7.cum complicibus ſupra relatis, docet Naua in manu.c.4.nu.1. & ſi peccatum non ſit ſpecialiter Romano Pontifici reſeruatum, nullum eſt tam graue, a quo quoad culpam non poſsit epiſcopus abſoluere, vt docet D. Antoninus in ſumma.3.p.tit.1.c.11.& Naua. in manu.c.27.nu.254.

38 Vnde ſumma totius diſputationis eſt Romanum Pontificem recte potuiſſe in Bulla Cœnæ domini ſibi grauiora peccata reſeruare,& cēſuras eis annectere,a quibus præter Papam nullus abſoluere poſſet clauium poteſtatē, (ideſt ſpiritualem abſoluendi iuriſdictionem) ſibi ſpecialiter reſeruando, & ita ſecure tenendum eſt.

Rurſus pro intelligentia verborum ſtatim ſequentiū,
39 ibi, Excepto del crimen y delicto de heregia,&c. Notandū eſt crimen iſtud hæreſis cæteris omnibus deteſtabilius eſſe, quippe cum contra creatorem ipſum tendat, eiuſque diuinam maieſtatem offendat detrahendo, vel negando eius diuinitatem, maieſtatem ſupremam, & altitudinem, tex.in l.1.C.de hęreticis.c.1.de ſumma Trinit.c.ad abolendam, &.c.vergentis de hæreticis, longe enim grauius eſt æternam lædere maieſtatem, quam temporalem, & licet multipliciter quis dicatur, & nuncupetur hæreticus, vt videre eſt per tex.in.l.2.C.de hæreticis,& gloſſ.in.c. firmiſsime ver.hæreticū eodē tit. optime per Federicum, conſil.253.

40 Proprie tamen ille hæreticus dicitur, qui contra fidē, vel contra aliquem fidei articulum, ſeu contra aliquod eccleſiæ ſacramentum aberrat, ex.d.c.ad abolendam.c.hæc eſt fides.24.q.1.gloſſ.penult.in Clem.vnica de vſuris.l.1. tit.26.pa.7.& melior tex.in.l.1.tit.3.lib.8.nouæ Recopilationis, docent Caſtro lib.1.de iuſta hæreticorum punitione.c.1.& Iulius Clarus lib.5.ſententiarum.§. hæreſis

nu.1.



nu.1.in princ.quod bene verum eſt, dum tamen in his erroribus pertinaciter perſeueret, tex in.c. dixit Apoſtolus. 24.q.4.notat gloſ.in.d.c.hæc eſt fides,& in.l.omnes,ver. argumento.C.de hæreticis,& hæc eſt doctorum omnium concors, & communis opinio ſecundum Felinum in rubrica de hæreticis,& Iaſſ.in rubrica.C.de ſumma Trinitate,& pertinaciter perſeuerare dicetur, quando conuinci nō patitur, nec admonitus ab errore deſiſtit, tex.in.l.3.§. tutores,& ibi gloſſ.ff.de ſuſpectis tutoribus, ex qua pertinacia 41
intelliges, quod non ſolum, qui errat eſt hæreticus, ſed etiā ille, qui pertinaciter dubitat,& inſiſtit in illa dubitatione, tex in.c.1.& ibi notat Abb.de hęreticis,& c.dicat aliquis 24.q.3.& docet Iulius Clarus vbi ſupra nu.2.

Eodem modo, qui pertinaciter falſam interpretationem vel ſenſus ſacrę Scripturæ circa fidei ſubſtantialia tribuit, & pertinaciter defendit tex.in.c.hæreticus.24.q.3.Iulius Clarus vbi proxime.

Itē, etiā hæreticus erit ille, qui credit libere,& abſq; peccato vſuras exercere poſſe, tex.& ibi Cardinalis in clem.1. de vſuris,& docent Caſtro in lib.de hęreſibus.c.vlt.& Couarr.lib.3.variarum reſolut.c.1.nu.6.verſi.ego ſane.

Erit etiam hæreticus credens per dæmonē, vel hominē poſſe fieri illud, quod ſoli Deo cōpetit,& reſeruatū eſt, vt mortuū ſuſcitare, vel infantis animā in vtero matris infundere, quod ſolus Deus facere poteſt, vt in.c.Moyſes.32.q. 2.& hoc eſt contra præceptū decalogi, quo Deos alienos habere prohibetur,& ſic quod nō tribuatur creaturę, quod eſt ſoli Deo tribuendū, vt ſunt omnes prophanæ pactiones dæmonū, ſiue fiāt per immolationes ſacrificiorū, vel per incantationes verborū, vel etiā per inueſtigationē futurorū, vt faciūt ſortilegij diuinatoris,& ſimiles, vt explicat Conc. Colonienſe in explicatione primi præcepti decalogi.

42 Hinc etiam infertur, quod ſi aliquis aſſeuerauerit, & de-
fendere pertinaciter nixus ſit ſimplicē fornicationem nō
eſſe peccatum mortale lege naturali & diuina prohibitū,
hęreticus eſt, iuxta tex. expreſſum in Clem. ad noſtram de
hereticis, & iuxta ea, quæ docet diuinus interpres Thomas
2.2.q.154.ar.1. Caſtro aduerſus hæreſes, ver. cohitus, Na-
ua. in principio de pœnit. d.5.n.119. & in .c. cōſideret ea-
dem. d. Ant. Gomez. in. l. 80. Tauri, nu. 4. Coua. in. 4.1.p.
c.4.nu.8. nouiſsime Iulius Clarus alios citans lib.5. ſent.
§. hæreſis, nu.1. verſi. hinc infertur, & in. §. fornicatio, n.1,
ibi, & qui aliter diceret, vel crederet eſſet hæreticus, vbi
Theologos omnes, ita tenere teſtatur.

43 Sed ex his omnibus accedit illa non minus celebris quā
difficilis ventilanda quæſtio, vtrū ad hoc, vt aliqua propoſi
tio heretica iudicetur ſit ne neceſſariū eius aſſertorē chri-
ſtianū & catholicæ fidei profeſſorē, ac fidem in ſacro bap-
tiſmate ſuſcepiſſe, in qua quæſtione, vt quorundam doctiſ
ſimorum verbis vtar dicēdum eſt, quidam aſſerere, & opi-
1. opinio. nari hęreſim eſſe errorem intellectus catholicę fidei mani
feſte cōtrarium ab homine chriſtano pertinaciter aſſertū,
ideo non aliter dici poſſe hęreſim, niſi ab eo, qui chriſtia-
nā fidem profeſſus fuerit aſſeueretur cum hæreſis circa ca-
tholicę fidei materiam verſetur, & ob id minime poſsit Sar
raceno, Turcæ, ſeu infideli cuipiam congruere, nec adap-
tari, Sarracenus enim etiam ſi aliquem fidei articulum ne-
gauerit hæreticus dici nō poteſt, iuxta tex. celebrem in .c.
hæretici. 24.q.1.d.c. firmiſsime, & gloſſ. ver. hereticum in
Clem. 1. §. f. de vſuris, docent Abb. & ſcribentes omnes in
Rubrica de hæreticis, & diuinus interpres Tho. in. 2.2.q.
11. art. 2. & nouiſsime Iulius Clarus. d. lib.5. ſent. §. hære-
ſis, nu.2. verſi. ad hoc autem.

2. opinio. Alij autem opinātur errorem catholicæ fidei manifeſte
contrarium



contrarium hęreſim eſſe, & vere ita nuncupari poſſe, quā-
uis a Turca, ſeu Sarraceno prædicetur, teſte Alphonſo de
Caſtro lib.1. de iuſta hæreticorum punitione. c.1. ex ea nē
pe ratione, quia quęcumque catholica propoſitio a quocū
que aſſerta vere catholica eſt, etiam ſi a Turca pronuncie-
tur, ita eadem ratione propoſitio contraria catholicæ fidei
hęretica eſt, etiam ſi ab eodem Turca pronunciata fuerit.
Hæc enim aſſertio Deus eſt trinus, & vnus, catholica qui-
dem eſt, ſiue a Turca, ſiue a Sarraceno proponatur: ergo
ſua contradictoria Deus non eſt trinus & vnus, erit hęreti
ca a quocunque dicatur, vt ſatis liquido apparet.

In quarum opinionum altercatione dicendum eſt poſte
riorem opinionē veram eſſe, ſi hęreſim ſimpliciter aſſum-
mamus pro ipſa propoſitione aduerſus fidem catholicam
aſſerta pro ipſa quidem re, ex qua grauiſsimū crimen apud
chriſtianos committitur, ſiquidem hæc propoſitio, Deus
non eſt factus homo etiam a Turca pronunciata, vel in pa
riete deſcripta, abſq; vllo certo authore, vel ab eo qui pe-
nitus, quid ſcriberet ignorabat, vel a catholicis eam euertē
tibus propoſita hæreſis eſt, & ita vere dici poteſt cum ſit
error manifeſte fidei contrarius.

At vero ſi hæreſim pro ipſo crimine accipiamus, prior
ſententia, & opinio potior eſt, & magis probanda, quippe
cum hæreſeos nomen quatenus infame eſt, & cauſa ſcele-
ris non tam infert, ac nefandum crimen præmittit, exigit
profecto multa quidem, nempe, quod eius author chriſtia
nam iam fuerit fidē profeſſus, itē quod pertinaci animo, &
errore intellectus propoſitionem contrariam manifeſte
fidei chatolicæ pronunciauerit, vel aſſeruerit quemadmo-
dum conſtat ex ſupra citatis in. d. 1. opinione ex. d. c. hære
ticis: poſterius autem apparet ex proxime dictis, & ex. c. di
xit. 24.q.1. Clem. 1. de ſumma Trinitate, & Clement. 1.

 §. f.

§.f.de vſuris,tex.elegans in extrauaganti cum inter nullos
Ioan.22.de verb.ſignifi.& in.c.qui in eccleſia.24.q.3.&
docent Iulius Clarus vbi proxime,nu.2.per totum Oldral
dus conſil.210.& latiſsimo ſermone Coua.d.lib.3.variarũ
c.1.n.2.æquo omnia ſupradicta fere debemus.

44 Rurſus notandum eſt, quod vltra pœnas hæreticis in
vtriuſque iuris noſtri muſeo ſancitas, & determinatas, de
quibus agit tex.in.l.1.C.de ſumma Trinit.authentica cre
dẽtes,& .l. Arriani,& .l.Manicheos.C.de hæreticis.l.3.§.
lege.ff.de teſtibus.l.ſeruos eodem tit.authentica Gacaros.
C.de hæreticis.c.debitum de diuortijs.c.fin.de hæreticis.
c.cum ſecundum leges eodem tit.in.6.c.2.§.fin.eodem
tit.& lib.&.d.l.1.tit.26.pa.7.&.d.l.1.in fine.ti.3.lib.8.no
uæ Recop.& docet Iulius Clarus ſupra num.7.verſic.ſed
quæro Ant.Gomez.3.tomo de delictis.c.2.nu.1.cum ſe-
quentibus Simancas de catholicis inſtitutionibus.c.45.
Caſtro lib.2.de iuxta hæreticorum punitione.c.7.domi-
nus Antonius de Padilla in.l.transigere,nu.98.C.de trãſa
ctionibus Otalora de nobilitate.c.9.4.partis principalis
a medio per totũ.l.6.tit.3.pa.5.alia conſtituitur pœna,ſci
licet excommunicationis maioris ipſo iure incurrendæ
c.ſane.24.q.2.c.excõmunicamus.1.&.2.&.c.ad abolen-
dam de hæreticis,Naua.in manu.c.27.Antonius Gomez
ſupra nu.1.& huius excomunicationis abſolutio ad ſolũ
Romanum Pontificẽ ſpectat,vt latet reſoluit Naua.in.c.
ita quorũdam notab.11.de Iudæis gloſ.f.n.36.hodie tamẽ
ad epiſcopum pertinet ex Conc.Trid.ſeſſ.24.c.6.

Cæterum,ſi hæreticus pœniteat,& paratus ſit ad fidem
45 catholicam redire, & ſuam hæreſim abiurare euitabit,
vtique prædictas omnes pœnas(præter excommunicatio-
nem, quę ipſo iure incurritur)de iure hęreticis impoſitas,
erit tamẽ ad perpetuas carceres cõdemnandus,& hãc eſſe
tam



tam legiſtarum,quam canoniſtarum communem ſenten-
tiam,& opinionem,teſtatur Igneus in .l.1.§.cum domi-
nus,num.32.ff.ad Sylanianum,bene tamen verũ eſt,quod
hodie iſta pœna poteſt per ſuperiorem,& etiam per Inqui
ſitorum ſenatum in aliam commutari,ex.tex.in.c.vt cõ-
miſsi de hæreticis in.6.quod tamen intelligi,niſi talis hę-
reticus eſſet relapſus,quia tunc omnino eſſet igne concre-
mandus,etiam ſi pœnitere voluiſſet,& ad fidem catholicã
redire,at vero hęreticus non relapſus,ſi ante ſententiã pœ 46
nitere,& abiurare paratus ſit,non ſolum tunc euitabit pœ
nam mortis,ſed etiam confiſcationem bonorum, ſcilicet
alias ipſo iure a die commiſsi criminis,illi iam ſit impoſi-
ta,& hanc eſſe communem,& magis communem opinio
nem teſtatur Pariſius conſil.2.a nu.185.cum ſequentibus
lib.4.conſiliorum, & nouiſsime firmat Iulius Clarus lib.
5.ſent.§.hæreſis,nu.7.in fine, & probat Anton. Gomez
vbi ſupra verſi.item etiam,pro qua communi opinione fa
cit tex.celebris in.d.c.cum ſecundum leges de hęreticis in
6.in illis verbis, Ipſo iure de fratrum noſtrorum conſilio
decernimus confiſcata,& ibi gloſſ.ordinaria, & commu-
niter.dd.

Ex qua veriſsima opinione infertur, quod ſi a die com- 47
miſsi criminis bona ſunt ipſo iure confiſcata,quod eorum
alienatio ab eodem facta ipſo iure non valet,& recte tunc
fiſcus poterit ea a quocunque poſſeſſore vendicare,tex.in
l.donationes in concubinam.32.§.f.ff.de donationibus.l.
ex iudiciorum,verſi.adde.ff.de accuſationibus,&.l.fin.C.
ad .l. Iuliam Maieſtatis, & vtrobique omnes ſcribentes
teſtantur, & magiſtraliter tenet, & declarat auriga noſter
Bart.in.l.f.col.2.n.6.C.communia delegatis,idem Bart.
in.l.ſi debitor in fine.ff.de his, quę in fraudem creditorũ,
idem Bart.l.poſt contractum,nu.12.ff.de donationibus,
titu.

tit.generali,vbi eam rationem ſubdit Bart.quod ideo non valet donatio, vel alienatio talium bonorum, quia iam delinquens non habet eorũ dominium cum ſtatim, id eſt, a die commiſsi criminis illud amiſſerit, docet Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem creditorem, num.89.inſt.de actionibus,& docent Iulius Clarus lib.5.ſent.§.hæreſis,nu.12. verſi.item bona, Anton.Gomez in tomo 3. de delictis c. 2.nu.2.& Coua.lib.2.variarum.c.9.nu.12.pro quibus facit tex.in.c.cum ſecundum leges.19.§.bona.hæreticorum de hæreticis in.6.& ibi notat Ancarranus, & tex.in.c.excommunicamus.§.damnati eodem tit.de hæreticis,&hoc
48 non ſolum habet locum in laico committente crimẽ leſæ maieſtatis diuinæ, eius bona ſunt fiſco Regali,ac vt prædiximus applicanda,ſed etiam in clerico cuius bona non fiſco pontificali contra quorundam falſam opinionem, ſed regali ſunt applicanda,vt docet eleganter, & præ omnibus Oldraldus conſil.17.nu.1.&.2.& Coua.vbi proxime,vbi in Hiſpania ita practicatur,vt bona ſiue mobilia, ſiue immobilia,etiam clerici hereſeos damnati, & etiam habentis eccleſiaſticum beneficium adRegium fiſcũ pertineant, & iſta praxis a iure non eſt aliena cum præter Oldraldum vbi proxime Rex noſter Philippus catholicus maximam curam,& diligentiam habeat conſtituendi ſummum illud maiorum Inquiſitorum prætorium ſemper in regali curia exiſtens,& in quo grauiores totius Hiſpaniæ cauſæ ad huius criminis hæreſeos pertinentes quotidie tractantur, cui ſemper præeſt vnus ex ſummis Hiſpaniæ præſulibus (vt modo præſidet meritiſsimus dominus Gaſpar de Quiroga Archiepiſcopus Toletanus,& miſeratione diuina Cardinalis,necnon,& ſummus totius Italicæ prouinciæ preſes) qui expenſis regis per totã Hiſpaniam mittit,ac cõſtituit hæreticæ prauitatis Inquiſitores ad labẽ iſtam penitus extirpan
dum



dum,quo ſit, vt mirum non ſit,ſi omnia hæreticorum bona ad Principem,& fiſcum regium probato crimine pertineant ad tot expenſarum ſubminiſtrationem ſubleuandam,vt teſtaturCoua.vbi proxime in.4.decretalium.2.p. c.8.§.5.nu.20.verſi.ſeptimo,ex his conſtat.

Quibus omnibus ſic repoſitis mirum non eſt ſi hære-
ſis,qui contra creatorem,ac redemptorem ipſum tendit,& 49
eius diuinam maieſtatem,& altitudinem offendit,a noſtro Romano Pontifice Sixto quinto in hac noſtra bulla Cruciata,diſpẽſatione,abſolutione,ac commutatione, tam in vita,quam in articulo mortis priuetur, vt clare ex noſtræ clauſulæ verbis conſtat,ibi, El qual le pueda abſoluer vna vez en la vida, y otra en el articulo de la muerte (iunctis illis verbis) excepto del crimen y delicto de heregia. Et ita tenendum eſſe ſub correctione ſacroſanctæ matris Eccleſiæ affirmo iuxta ſuperius reſoluta

Rurſus,& deinde ſequentia verba noſtræ clauſulæ ve- 50
niunt nobis declaranda,ibi,Podra tambien el dicho confeſſor commutarles qualeſquier votos en algun ſocorro deſta expedicion, excepto los de caſtidad, religion, y vltramarino, &c.Ex quibus ſummarie colligitur quodcunque votum,exceptis caſtitatis,religionis, & vltra marini, virtute huius Bullę Cruciatæ ex cauſa, & cum ſuperioris, vel confeſſoris approbati authoritate poſſe in eleemoſynam ſuccurrendi belli cauſa commutari,eandem fere cõcluſionem probat tex.in.c.1.cap.2.c.ſcripturæ c.non eſt 5. de voto, cap. 1. de regularibus, cap. cum ad monaſterium de ſtatu regularium,&.c.fin,32. quæſt. 8. gloſſ. ver. arbitrio in.d.c.1.& ibi Abb.nume.6.Ledeſmius in 2.4. queſt.55.Soto lib.7.de iuſt.& iur.q.4. art.3. Diuinus interpres Thomas in .2. 2. quæſtione.88.artic.2.vbi Caiet. & in ſumma ver. voti commutatio,Nauarr. in man.c.12.

 nu.63.

nu.63.Coua.in.c.quamuis pactum.1.p. §.3. nu.4. de pactis in.6.gloſſ.celebris,non ſatis laudata,ver.adimplere in c. nõ eſt quam ſummis œncomijs in cœlum extollunt ſcribentes,ibi,& in.c.quanto de iureiurando, & diuinus interpres Thom.in.2.2.q.80.ar.10.&.12. Turrecremata de poteſtate Papæ.q.34. Abb.in.c.propoſuit, nu.2. de conceſsione præbendæ,Felin.nu.25.&.26. & Decius nu. 17. in.c.quæ in eccleſiarum de conſtitutionibus,Nauarr.d.c.12.nu.76.Coua.in.4.2.p.c.6.§.9.nu.8.& Soto lib.10.de iuſtitiæ & iure.q.1.ar.3.diuus Antoninus.2.p.titu.15.c.2.&.l.1.3.7.&.9.tit.8.pa.1.

Sed contra iſtam veriſsimam concluſionem in primis ſic argumentor:primo, in ſpiritualibus non admittitur cõmutatio in.c.ſi Euangelica.55.d.&.c.quęſitum de rerum per mutatione,ſed votum eſt ſpirituale,quia fit Deo,& de his,quæ Dei ſunt,ex tex.in.d.c.1.de voto,cum ſequẽtibus: ergo non erit voti commutatio.

Secundo ſic argumẽtor,quodlibet votũ poteſt propria authoritate in melius cõmutari,ex text.celebri, in.c.peruenit.2.in.1.p.de iureiuran. ergo non eſt neceſſaria ſuperioris,nec confeſſoris approbati authoritas,vt hic.

Tertio ſic argumentor, votum legitime factum a Romano Pontifice dumtaxat differri,vel commutari poteſt c.2.c.non eſt.c.magnę,&.c. ex multa de voto: ergo non ſuperioris, vel confeſſoris authoritate, vt in hac noſtra bulla opus eſt.

Quibus non obſtantibus obiectionibus contrarium diſponitur ab hodierno noſtro Romano Pontifice Sixto.V. in hac bulla Cruciata. Pro cuius tamen veriſsima decidendi ratione ſciendum eſt,quid ſignificet votum,quid ſit, & quotuplex ſit.

51 Quoad primum,votum ſignificat voluntatem meram,

&



& liberum arbitriũ iuxta illud Oratij, Hoc erat in votis, & velle ſuum cuique eſt,nec voto viuitur,vno,& quia voluntas ſiue mens ſit in deſiderium tranſit,& pro deſiderio accipitur ex eo,quia commune,& naturale parentum votum eſt,vt filij in eorum bona vniuerſalia ſuccedant.l. nã, etſi parentibus.15.ibi, propter votum parentum .ff. de in officioſo teſtamento.l.ſcripto.§.f.ff.vnde liberi,&.l.vnica C.de his,qui ante apertas tabulas,& docet Bart.in.l. ſi ad rogator,nu.2.in princ.ff.de adoptionibus, & ne forte detur votum captam de mortis alienæ pactum de futura ſucceſsione impium iudicatum eſt in.l.f.C.de pactis, &.l.pactum.C.de collationibus,& prouiſio de beneficio viuentis facta interdicitur,& prohibetur in .c.1.2.&.3. de conceſsione præbendę,& in.c.nec captandæ eodem tit.in.6. ſignificat deinde ſuffragium,vel vocem in electione,vt in c.fin.63.d.&.c.propter.42.cum alijs de electione, deniq; ſignificat ſponſionem quandam Deo redemptori noſtro dumtaxat factam,ex tex.in.c.1.de his,quæ vi metusve cauſa fiunt, &.c.1.de regularibus,& in hac ſignificatione accipitur in hac noſtrę Bullæ Cruciatæ clauſula, & in toto tit. de voto,vt referunt Sylueſter, Armilla, & Caiet. in ſummis,ver.votum,Speculator in ſumma tit. de voto,& Theologi in.4.d.38.q.1.Naua.in man.c.12.n.24, Turrecremata in ſumma.17.q.1.Medices de diffinitione.2.p.c.73. & theſaurus chriſtianæ religionis.c.64.& ſcribentes omnes in.d.c.1.de voto.

Ad ſecundum,quid ſit varijs omiſsis ſecurior,& noſtrę 52
clauſulæ, necnon, & toti tit. de voto magis conueniens ea eſt,vt votum ſit promiſsio deliberatę voluntatis Deo optimo maximo,de his,quæ ipſius Dei ſunt facta,ita colligitur ex.d.c.1.&.c.literaturam de voto, ex.c.1. de regularibus,& ex.c.1.de his,quæ vi,& de hoc voto ſic definito ac-



cipitur

cipitur authoritas illa Deuteronomij .c. 23. Eccleſiaſtes c.5. Prouerbiorum.c.20.& in Pſalmo. 75. vt placuit Innocentio in Rubrica, qui clerici vouentes, Diuino interpreti Thomæ in.4.ſent.q.88.art.5. Dominici Soto lib.7. de iuſt.& iure.q.1.ar.2. Petro Soto de inſtitutione ſacerdotij in principio, Abulenſi ſuper Numeros .c. 30. Oſio in confeſsione Polonica.c.56.& Ledeſma in.2. 4. q.55. & Turriano de votis monaſterijs in principio.

53 Ad tertium, quotuplex ſit dicendum eſt triplex eſſe votum, aut reale, aut perſonale, vel mixtum. Reale votum dicitur illud, quando quis promittit ædificare templum, vel eleemoſynā erogare in aliquod opus piũ,& de hoc intelligitur noſtra clauſula, ibi, En algun ſocorro deſta expedicion,&c. Et tex.in.l.2.ff. de policitationibus cũ complicibus, perſonale illud eſſe, vt quando quis promiſsit ire, ſeu remeare ad certũ locũ, vel ieiunare, vel aliud ſimile, quod perſonæ adhæreat quidquam facere, vt in.c.licet vniuerſis de voto cum ſimilibus, vbi ſcribentes omnes. Votum autē mixtum eſt, veluti quādo quis promiſsit ire Hieroſolymá, & ibi calicem offerre pro ea parte, quod eſt ire Hieroſolymam perſonale eſſe, pro ea vero, quod eſt calicem offerre, reale realiter eſſe conſtat, vt docet Innocentius, Hoſtienſ. & Panor.in.d.c.licet vniuerſis, Palud.in.4.d.38.q.3.ar.3. diuus Antoninus.2.p.tit.11.c.2.§.5.&Naua.in manuali.c.12.nu.56.

54 Quibus ſic explicatis dicēdum eſt, quod ſiue totum hic ſit reale, ſiue perſonale, vel mixtum, virtute huius bullæ a confeſſore in pium aliquod opus, vel cauſam ſuccurrendi bello iuſto contra Turcas, ac fidei catholicę contradicētes inimicos poteſt cōmutari, nam veluti epiſcopo a Romano Pontifice Alexandro.3.in.d.c.1.conceditur ex cauſa votũ commutare in eleemoſynam, vel aliud opus pium, ſic etiá Romanus



Romanus Pontifex Sixtus quintus in hac noſtra clauſula concedit,& permittit cōfeſſori approbato, vt poſsit quodcunque votum (excepto caſtitatis, religionis, & vltramarini, quæ ſolius Romani Pontificis poteſtati ſupremæ adhęrent) in belli ſuccurſum commutare.

Sed eſto quod epiſcopo cōmutatio, ſeu in votis diſpenſatio permittatur, ex.d.c.1.cũ ſimilibus, in quibus autem votis hoc obtineat difficile quidē erit propter duas noſtratũ, & theologorum, necnon, & iuris pontificij traditiones, & opiniones inter ſe ex diametro repugnātes: altera eſt epiſcopum non diſpēſare, niſi quatenus nominatim illi permittitur. altera eſt in omnibus poſſe diſpenſare, quatenus illi prohibitũ nō eſt, ita colligitur ex.d.c.1.de voto.c. presbyteros, & .c. ſi quis diachonus.50.d.c.ſi quis presbyter.11.q.3.c.dilectus de temporibus ordinandorum.c.quod tranſlationem de officio legati.c.at ſi clerici.§.de adulterijs de iudicijs.c.in quibuſdā de pœnis.c.nuper de ſent. excom. & in Trid.ſeſſ.24.c.6. docet latiſsimo ſermone poſt gloſſas in dictis iuribus, Abb.Felinus, Decius, Alciatus, Beroius,& Mantua.in.d.§.de adulterijs, diuinus interpres Thomas.2.2.q.88.ar.12.Soto lib.7. de iuſt.& iure.q.4.art.3. Speculum coniugiorũ.2.p.ar.28.theſaurus chriſtianæ religionis.c.17.Gambara lib.10.de officio legati a num.466. vſque ad numerum.476. Maiolus lib. 3. de regularitatibus.c.22.&.lib.5.c. 1. Bertachinus lib.4. de epiſcopo.2. p.queſt.49 Lancelotus Conradus in templo iudicum, lib.2.c.5.§.4.de poteſtate epiſcopi in ſpiritualibus, nu.12. Quintilianus Mandoſius de ſignatura gratiæ.§. diſpenſationes,&.§.voti commutatio, & Rebuſus in praxi beneficiorum.c.de diſpenſatione, num.27.Ex quibus omnibus iuribus,& doctoribus illud magis receptum eſt recte epiſcopum in minoribus poſſe diſpenſare niſi expreſsim, ac

ac nominatim prohibeatur, in maioribus autem minime diſpenſare poſſe, niſi permittatur, minora tamen appellamus adulterium, homicidium, furtum, periurium, & ſimilia, maiora vero, crimen leſæ maieſtatis, diuinæ, vel humanæ, homicidium calificatum, aſſaſinium, ſymoniam, & his ſimilis, ex. d. c. at ſi clerici in. §. de adulterijs. c. cum nõ ab homine de iudicijs. c. 1. de homicidio in. 6. c. de ſymoniace. 24. cum tribus ſequentibus de ſymonia, & d. c. in quibuſdam, ita omnes nemine dempto vbi ſupra, vbi etiam colligunt centum, & ſeptuaginta caſus, in quibus epiſcopus abſque controuerſia diſpenſat inter quos illud eſt prin
57 cipio obſeruandum, quod ſi lex pontificia, etiam Concilij generalis diſpenſationem permittat, quod in dubio ſemper videtur epiſcopo committi, tex. celebris in. d. c. in quibuſdam de pœnis, quanuis Aretinus, nu. 15. & Decius nu. 7. & in. d. §. de adulterijs negauerint verba illius tex. eſſe Cõcilij, quia valde decipiuntur, vt aperte litera eiuſdẽ tex: probat ibi, ſacri approbatione Concilij, & obſeruat gloſſ. f. & communior ſententia, ibi, & in. d. §. de adulterijs, ſecundum Abb. nu. 5. Felinum. 6. Alciatum. 4. & Gambara vbi ſupra, & ita firmauit Antonius Auguſtinus in noctis ad. 4. collectionem decretalium tit. de pœnis, in. d. cap. in quibuſdam. Nec huic veriſsimæ ſententię repugnat Abbatis opinio in. c. 1. de pactis, in qua fundabantur Aretinus & Decius ſupra, quia in hac ſpecie non obtinet, ſiquidem aperte, & liquido conſtat tex. illum in. d. c. in quibuſdam deductum, ex. c. 12. Cõcilij generalis, & probat Antonius Auguſtinus in. d. collectione, titu. de pœnis ſuper illo tex: & Concius iuxta Plantini impreſsionem, & ita tenendum eſt.

58 Alter eſt caſus memoria obſeruandus, quando eſſet periculum in mora Romanum Pontificem conſulendi, & grande



grande immineret ſcandalum, quia tunc poterit epiſcopus contra legem poſitiuam diſpenſare, nempe in occultis matrimonij impedimentis, quãdo ſcilicet ex matrimonij ſeparatione imminet ſcandalum, & ea diſpenſatione coniuges etiam impedimẽti conſcij erunt in conſcientia ſecuri, ex tex. celebri in. c. Inquiſitioni. 44. de ſent. excom. ibi, ad ſui paſtoris conſilium, &c. ſic interpretandus ſecundũ Seluã de beneficio. 4. p. q. 7. Decius in. d. §. de adulterijs nu. 11. Rebufus, & alij ſupra, & Naua. in man. c. 22. n. 86. 59

Secundo loco Archiepiſcopus poterit diſpenſare (ſicut epiſcopus intra ſuã diœceſim) ſed cum ſubditis epiſcoporum ſuffraganeorum non poteſt diſpenſare, niſi quandiu actualiter viſitat, quod tunc iure facere poterit, text. in. c. ſopite. 14. de cenſibus. c. 1. & f. eodem tit. in. 6. & teſtatur noſtratum communis opinio in. d. c. 1. de voto, & reſoluit Silueſter in ſumma, ver. votum. 4. §. 13. ver. 4. Soto in 4. diſtin. 18. quæſt. 4. artic. 2. & lib. 7. de iuſt. & iure. q. 4. ar. 3. latiſsimo ſermone Conradus in templo iudicum lib. 2. c. 4. & theſaurus chriſtianæ religionis. c. 17. & 18.

Tertio loco legatus Sedis Apoſtolicæ intra prouinciã 60 ſuę legationis poteſt diſpenſare, niſi nominatim prohibeatur. c. 1. c. quod tranſlationem, & c. excommunicatis de officio legati, & eſt communis opinio ſecundum Gambaram. d. lib. 10. num. 466. & Lancelotus Conradus. d. lib. 2. cap. 2.

Quarto deinde loco, capitulum Sedeuacante, ſicuti epiſ 61 copus poteſt diſpenſare, niſi expreſſe prohibitum reperiatur, & licet plures defendãt non poſſe diſpenſare, niſi reperiatur expreſſum, verius tamen eſt, & magis receptum poſſe diſpenſare, ni reperiatur prohibitum, ex tex. in. c. 2. ne Sedeuacante. c. penult. & f. de ſupplenda negligentia prę latorum lib. 6. bonus tex. in. c. cum nullus. §. epiſcopo de tempo-

temporibus ordinat. eodem lib.6. & ita contra plures ve-
rior,& communior eſt ſententia, vt probant Abb. n.18.
& Decius nu.21.in.d.§.de adulterijs Pabinus de poteſtate
capituli Sedeuacante in principio, Rebufus in praxi bene
ficiorum.c. de deuolutionibus,nu.58.Naua. in man.c.12.
nu.75.Mandoſius in regula cancellariæ.8.n.7.& D.Fran
ciſcus Sarmiento quondam epiſcopus Zamorenſis in lib.
3.ſelectarum interpretationum.c.15.n.3.

62 Quinto etiam loco, Abbates exempti,qui iuriſdictionẽ
quaſi epiſcopalẽ exercent(quorum inſignia magis ad de-
corem,quã ad ſignificationem inſtituta ſunt text. in .c. vt
Apoſtolicæ de priuilegijs in.6.docent Abb. in .c. cum ad
monaſterium de re iudicata,Lancelotus in tẽplo iudicum
lib.2.c.7.in principio)habẽt diſpẽſandi poteſtatem.c.nul
lam in fine, & .c. Abbatibus.18.q.2.quanuis noſter Abb.
hoc ad ſolam commutationem reſtringat, verius eſt poſſe
etiam diſpenſare,vt reſoluit Soto vbi proxime,& Naua.&
triginta,& quinque caſibus,in quibus eorũ admittitur diſ-
penſatio,congeſsit Speculator in titu. de diſpenſatione.§.
ſunt quoque,& plures recẽſent Lancelotus, vbi proxime,
c.7.Roſiniacus lib.3.de re Pontificia.c. 1. & Mandoſius
in regula cancellariæ.26.q.3.

63 Sexto autem loco dubitandum fuit,vtrũ archidiaconus,
& alij inferiores,vel archipresbyter,vel parochus haberẽt
diſpenſandi ius,& verius puto non habere,quanuis archi-
diachonus poſsit viſitare,vt ex.c.1. & .c. ad hęc de officio
archidiaconi,reſoluunt Abb.in.d.c.1.de voto,nu.7.Sar-
Sẽſus ad c.1.de voto. miento.d.lib.3.c.15.Lancelotus.d.lib.2.c.9.Ex quibus in
terpretor tex.in.d.c.1.de voto in illis verbis,eius qui præ
ſidet arbitrio,vt intelligatur proprie de epiſcopo ſecundũ
gloſſ.ibi ver.arbitrio,& communem ſecundum Abb. ibi
nu.7.& omnes proxime allegatos,& de cõfeſſore appro-
bato



bato,iuxta terminos noſtrę bullæ clauſulę,& ſupra reſolu-
at, & etiam intelligatur de archiepiſcopo in ſua diœceſi,
de legato in ſua prouincia,de cap. Sedeuacante,& de Ab
bate exempto iuriſdictionem,quaſi epiſcopalem habẽte,
quod ex ſuperioribus planum eſt:archidiaconus enim, &
inferiores dignitates, cũ eccleſiæ non præſideant,mirum
non eſt,ſi ad eos ius diſpenſandi non porrigatur.

Ex quibus omnibus ſatis apparet idem ius obſeruandũ
eſſe,quoad vxorem conſtante matrimonio vouentem, &
quoad ſeruum in domini poteſtatem vouentem,& quoad
monachum,qui votum ſine prælati authoritate fecerit,om
nes enim eandem irritandi poteſtatem iure habere vidẽ-
tur,& principio de vxore.

Principio enim ſciendum eſt nullum ex coniugibus al 64
tero inuito(etiam vt oratione vacet) ad votum continen-
tiæ obligari poſſe.c.Apoſtolus.33.q.4.c.1.cũ ſequentibus
33.q.5.nec quod magis eſt pœnitentiã acceptare ſine cõiu
gis cõſenſu in ipſius præiudiciũ,ex tex.eleganti in.c.pœ-
nitentiã.33.q.4.Vnde ſi vxor votum marito præiudicia-
le fecerit,poterit vtiq; ab eo irritari,quia vxoris caput eſt,
tex.in.c.hæc imago cum præcedenti.33.q.5.& argumẽto
eſt tex.in.c.mulier.32. q.2.ſed quia huiuſmodi reſolutio
grandes includit difficultates caſusque diuerſos.

Primo obſeruandum eſt,mulierem ante matrimonium 65
continentiam vouentem contrahendo peccare , & poſtea
poſtquam votum fregerit,quanuis plures contrarium de-
fendant opinantes mortaliter peccare cum primum cõſu-
mauerit,poſtea tamen nõ peccare,verior tamen, & cõmu
nior ſentẽtia eſt peccare, quoties fregerit ſecũdũ doctrinã
gloſſ.f.in.c. quidam de conuerſione coniugatorum , & in
c.placet eodẽ tit. & ibi cõmunis,& in .c. rurſus, qui cleri-
ci,vel vouentes,diuinus interpres Thom. in additionibus
ad

ad,3.p.q.64.art.2. Abulenſis in.c.30. Numerorum.q.80. Soto.d.lib.7.q.3.ar.2.& in.4.ſent.d.38.q.1.ar.2. Ledeſmius ſupra.q.66.ar.3.ſpeculum coniugiorum.1.p. arti.15.& Naua.in manu.c.12.nu.59.&.87.&.c.16.nu.25.&.30. Vnde fit quod poſt cõſumatum matrimoniũ vxor debitũ reddere poteſt, exigere tamen ſine peccato nõ poteſt, niſi in duobus caſibus, alter eſt quando vero ſimiliter timet mariti incontinentiam, alter vero eſt quando probabiliter ipſamet vxor concipit, & exiſtimat maritum illud deſiderare, & pro verecundia non petere, quia omnes conueniunt idem iuris eſſe verbo maritum petere, aut ſigno vel nutu, vt eleganter docet Diuinus interpres Tho.d.q.64. ar.2.& Soto.d.38.q.1.ar.1.Naua.& alij ſupra.

66 Secundo obſeruandum eſt, quando poſt contractũ matrimonium coniuges mutuo conſenſu continentiam vouerint vtrumq; obligari, & nec reddere, nec petere poſſe, nec a marito irrritari, nec ab epiſcopo diſpenſari, nec a cõfeſſore virtute huius noſtrę bullæ commutari, ſed a ſummo duntaxat Pontifice hoc poſſe fieri conſtat, ex tex. eleganti in.c.quod Deopari.33.q.5.adeo, quod ſi maritus votum fregerit, mulier perſeueranter votum obſeruare debet, vt docet tex.in.d.cap. quod Deopari in principio, & ideo a pluribus laudatur ad hoc, vt etiam frangenti fidem fides non ſit frãgenda, ſed obſeruanda iuxta tex.in.c.innocens.22.q.4.& late.dd.in.c.3.de iureiuran.vbi gloſſ.allegat tex in.d.c.quod Deopari, ſed diuerſa eſt eius ſpecies, quia votum Deo fit de his, quæ Dei ſunt, vt probat tex.elegantiſsimus in.d.c.quod Deopari, verſi.primo.

67 Tertio obſeruandum eſt, quod ſi alter ex coniugibus continentiam vouerit ſine alterius conſenſu, non poteſt alteri præiudicare, ex.d.c.Apoſtolus, ibi, nec carnali inuicem fraudari debito cum alijs, vnde ſi vxor vouerit poteſt





a marito irritari, quia vt prædiximus vxoris caput eſt.d.c. hæc imago, &.d.c.mulier, ſed ſi maritus noluerit irritare, vel non potuerit, quia forſan non irritare iurauerit, poteſt, tunc ex cauſa ab epiſcopo diſpenſari, ex.d.c.1.& .c. non eſt de voto, ſi autem maritus vouerit, cum mulier non ſit caput mariti, cõmunior ſententia eſt tunc ab epiſcopo diſpenſari poſſe ex diuino interprete Thom.in.4.d.32.q.1. art.4.ad.3.& docent Soto, Naua.& omnes ſupra allegati: interim tamen quod non irritatur, vel diſpenſatur, hæc eſt eorum obligatio, quod qui vouet poteſt reddere, non tamen petere, quod ſi petierit peccat, & alter peccato cõſentit, a quo excuſatur mulier, ſi maritus qui vouerat cum inſtantia, & vehementer petat, ad conſeruandam enim matrimonij pacem impune conſentit ſecundum Abulenſem.d. c.3.Numerorum.q.30.quem nouiores ſequuntur.

Ex quibus illud dependet, quod quãdo alter ita vouerit 68
cum alterius licentia, qui licentiã dederit non videtur iuri ſuo renũciare, ſed vouentis deuotioni cõſentit, ac proinde, qui vouerit nõ poteſt petere, poteſt tñ debitũ reddere, ſiue tacite, ſiue expreſſe petitũ ſit, cũ ex illo voto non ad cõtinentiam, nec ad caſtitatẽ proprie obligetur, ſed ad nõ petendum debitum, quod licite petit, qui licentiam dedit.

Quarto obſeruandum eſt in omnibus caſibus, in quibus 69
maritus poteſt religionem profiteri, poteſt & ſacris initiari, tex in.c.1.cum tribus ſequentibus.c.conſtitutus.c.coniugatus.c.ex publico, &.c.debet de conuerſione coniugatorum.c.agatoſa cum ſequentibus.27.q.2.vt ſi vxor eſſet adultera, vel in religionem conuerteretur, vt conſtat ex dictis iuribus, at vero diuerſum habet effectum religionem profiteri, vel ſacris initiari; quia qui religionem profitetur, quotieſcunque profeſsio nulla eſt, ſi vxori fuerit reſtitutus, ipſa poſtea mortua poſt matrimonium, tunc ipſe

mariṭus libere contrahere ex dictis iuribus,& ex.c.ſignificauit.c.conſuluit, &.c.placet de conuerſione coniugatorum,at vero ſacris initiatus,ſi vxori reſtituatur,ipſa etiá mortua non poterit deinde matrimonium contrahere propter charactere͂ indelebilem,& ita prædicta iura interpretantur omnes ſacræ theologiæ profeſſores in.4.ſent. diſt. 27. vbi Palud.queſt.2.Soto.q.1.art.3.&.4. Silueſter ver. diuortium,quæſt. 17. & ver. religio .2.§. 15. Ledeſma in eodem.4.quæſt.63.arti.2.&.3.& Nauarr. in manua.c.22. num.52.

70 Vnde proponendum eſt primo, quod maritus in ſua vxore profeſſus, vel ſacris initiatus grauiter peccat,& vxori petenti reſtituendus eſt,ex tex.in dicto.c.1.cum ſequentibus de conuerſione coniugatorum,&.d. c. agatoſa cum ſequentibus ſupra allegatis, in quo omnes iuris vtriuſque profeſſores conueniunt.

Secundo idem obſeruandum eſt,quando vxor contradixerit,ex dictis iuribus. Tertio idem iuris eſt ſi vxor conſenſerit,ignorans tamen eá profiteri debere,quia & tu͂c petenti reſtituendus eſt,tex.in.c.1.de conuerſione coniugatorum cu͂ alijs ſupra citatis,& docet Silueſt.ver.matrimonium.8.§.12.& ver.diuortium.§.14.Naua. & Soto cum alijs vbi ſupra,quia iuri ſuo non videtur ipſamet vxor renunciare,niſi & ipſa profiteatur,vel niſi quando non eſſet ſuſpecta publice voueret co͂tinentiam in manu epiſcopi, ex.d.c.1.d.c.ſignificauit,&.d.c.agatoſa, & licet ſit publicum,non tamen ſolemne ad impediendum mortuo marito.c.vnico de voto.in.6.& ita illa iura interpretantur omnes ſupra allegati authores.

71 Quarto obſeruandum eſt maritum recte poſſe ſine vxoris licentia vouere deferendo ſubſidio Terræ ſanctæ, ex tex.in.c.ex multa.§.in tanta de voto,& idem obſeruandu͂ eſſe in vxore,ſi iam grandeua foret,& familiam illi ſubſidio vtilem ſecum ferret interpretantur Hoſtien. & Abb. ibi,& dicit magis communem Naua.d.c.12.nu.62.



Contrarium tamen,imo non poſſe vxorem,nec in ea intelligi,tex.in.d.§.in tanto docuit diuinus interpres Tho. in.4.d.32.q.1.ar.4.ad.3.Durandus.q.2.& Soto .q. vnica art.3.quibus adheret tex.in.l.9.tit.8. pa. 1. & inde interpretantur tex in.d.§.in tanta in marito dumtaxat obtinere. Sicut enim maritus ſine vxoris licentia poteſt pro rei pecuniariæ negotiatione longius ire,etiam trans mare,& ad Indos a forciori pro regni cœleſtis negotiatione, vt in illo tex.cauetur,at vero ſi vxor contradiceret, & periculum in ea foret conſiderabile mariti votum non faceret executioni mandatum,quia quandiu periculum durat differri ratio poſtulat,licet ſemper ſit vxori conſulendum,vt & conſentiat, & periculum vitet, vt eleganter ſcribit.d.l. 9.titu.8.pa.1.& inde etiam docuit Soto ſupra quod ſi maritus eleemoſynam promitteret in tanta quantitate, quod 72
& ipſi,& familiæ ſuæ valde præiudicaret,reputaretur vtique prodigalitas,& abſque alia diſpenſatione non obligaret. Quare tex.in.d. §. in tanta non intelligi in vxore affirmant omnes,quippe cum marito ſubiecta ſit,& non poſſit ſine eius licentia vouere, & text. in d. §. in tanta ius ſingulare continet,vnde nec extendi debet, & ita poterit vxoris votum a marito irritari,ex communi ſententia ſupra reſoluta.

Ex quibus inde deducitur,idem etiam ſtatuendum eſſe in voto a per ſeruum facto,cum & ipſe in domini poteſta- 73
te ſit in principio inſt.per quas perſonas nobis adquiritur §.in poteſtate inſt.de his,qui ſunt ſui, text.in princi. & in §.item per ſeruos inſt. per quas perſonas cuique adquiritur.l.1.§.per ſeruum,&.l. quod ſeruus .ff. de acquirenda

 poſſeſsione

poſſeſsione.c.relatum,&.c.mulieres de ſent. excom. c. ſi ſeruus.54.d.c.1.cum ſequentibus de ſeruis non ordinandis,&.l.1.tit.22.pa.4.& inde eſt,quod quidquid ſeruus adquirit,adquirat domino,ex.d.§.item,&.l.placet.ff. de acquirenda hæreditate.l.7. tit.21. pa.4. & docent Alciatus lib.4.paradoxorum.c.3.Pinelus in.l.1.1.p.num.10.C. de bonis maternis,& Cephalus conſilio.69.nume.3. in .1.p. conciliorum.

74 Vnde primo obſeruandum eſt ſeruum in illis omnibus, in quibus dominium habet,& domino non prȩiudicat,ex voto obligari,nec a domino poſſe irritari,veluti,vt ſi continentiam,vel orationem non moroſa voueat.

Secundo obſeruandum eſt, quod ſi ſeruus vouerit in his,in quibus dominium non habet, vel domino iniurio-

75 ſum eſſet,poſſe huiuſmodi bona a domino irritari, etiam ſi perſonalia fuerint,vt ieiunare,vel diſciplinis vacare, vel diu orare,vel peregrinare, vel etiam ſi peculium haberet, multum elargiri,modicam tamen eleemoſynam poterit recte facere,ita interpretantur.l.2.§. voto .ff. policitationibus.d.c.ſi ſeruus cum alijs eleganter.l.3.titu.8.pa.1. diuinus interpres Thomas.2.2.q.88.ar.8.& alij,quos refert Soto lib.7. de iuſt.& iure,quæſt.3.art.1.ad.3.& col.3.Naua. dicto.c.12.nu.64.&.74. & doctiſsimus Greg. Lopez in d.l.3.ver.ſieruo.

76 Tertio obſeruandum eſt(nam licet votum a puero intra quatuor decimum annum conſtitutum & a fœmina intra duodecimum deſignata factum poſsit a patre, vel tutore irritari, vt eſt theologorum, & noſtratum omnium opinio cõcors,vt teſtatur D.Thomas.2.2.q.88.ar.9. Soto lib.7.de iuſt.& iure.q.3.ar.2.Victoria in ſumma,nu.140. pag.mihi.115.Alcocer in ſumma,cap. 16. de irritatione votorum,& iuramentorum,pag.56.& Naua.d.12.nu.70. ſi tamen



ſi tamen intra pubertatem a patre filiorum,filiarumve vota non irritentur,& poſt pubertatem ipſi iam puberes facti rata prædicta vota habuerint, minime tunc poterunt a patre irritari ratum votum prædictum haberi dicetur, ſi voluntate explicata ab ipſis puberibus confirmetur, ita quod iam ipſis gratum ſit illud adimplere, in quo omnes nemine dempto conueniunt.

Ex quibus etiam conſequitur idem ſtatuendum eſſe in 77
voto,quod monachus iam profeſſus facit, quod ſtatuimus ſupra in ſeruo,& filio impubere,quia omnes alterius volũtati,& poteſtati ſubiecti, quoad voti obligationem æquiparantur, & hoc optima de ratione,in votis enim liberrima exigitur voluntas,ex.c.1.de his quævi, &.c.literaturã de voto cum alijs,ſed qui in alterius volũtate,ac poteſtate eſt,liberam non habet voluntatem,& ideo in vxore,puero,& ſeruo reſolutum eſt dari ius irritandi marito,parenti,tutori,& domino , vt ſupra diximus,& probat.d.c.mulieres,&.d.c.relatum de ſent.excommu.d.c.ſi.ſeruus.54. d.&.d.c.1. cum ſequentibus de ſeruis non ordinandis , & c.monacho.20.q.4. late Euerardus.c.24.de ſeruo ad monachum,pag.171.& inde monachum ex voto non obligari,ſine ſuperioris licentia,& facultate vltra probationem prædictorum iurium,& doctorum probat celebris regalis tex.in.l.3.tit.8.pa.1.

Contrarium tamen plures probant ex.c.ſcripturæ de voto,ex quo religio perfectior eſt, & inde quȩ ad maiorem perfectionem pertinent monacho conceſſa videntur.

Quare principio obſeruandum eſt monachi votum con 78
tra regulam,ſeu inſtitutum ſuȩ religionis factum nullum eſſe,ideo nec obligare, nec irritatione, nec diſpenſatione indigere,& ita interpretandum eſſe tex.in.d.c. de monacho,& in.d.l.partitæ ſecundum infra referendos.

79 Secundo obſeruandum eſt idẽ iuris eſſe ſi prælatus voti materiam prohibuerit,& contra eandem religioſus voueat.v.g.vt ſi ſuperior orationem mentalem,vel diſciplinam fieri prohibuerit,votum non obligauit, etiamſi religioſo ignota fuiſſet prohibitio,quia cũ primum ſciat prohibitionem non poteſt votum adimplere.

80 Tertio in his,quæ nec a regula,nec a prælato prohibẽtur,nec religioni,& illius miniſterio præiudicant,tunc recte poteſt a religioſo votum fieri,& ſi cauſa ſubſit,poterit a prælato abſolui, & ita illa iura interpretatur Gratianus in.c.fin.§.f.20.q.4.diuinus interpres Thomas.2.2.q.88.ar.8.Soto.d.lib.7.q.3.ar.1.Abulenſis ſuper.c.30.Numerorum.q.66.&.72. Silueſt.ver.votum, el.3.§.3. Armilla §.7.Naua.d.c.12.nu.64.&.74.& Greg. Lopez in.d.l.3. ver. monge.

81 Ex qua quæſtione altera non minus celebris,quam difficilis elabitur diſputanda, an vota religioſi intra annũ profeſsionis emiſſa poſsint a prælato irritari, in qua Theologi,& noſtrates varijs opinionibus diuiduntur.

82 Primo quod cum volunrati nouicius nondum renunciet ante profeſsionem,non competet ius irritãdi prelato, ſed poterit commutare,vel diſpenſare vt in eiſdem religionis operibus adimpleat.

83 Secundo,quod intra tempus probationis ſuſpenditur voti executio,quod ſi non permanſerit,obligatus eſt adimplementum niſi ex cauſa commutetur, vel a proprio prælato diſpenſetur, ſi autem permanſerit,propria poterit authoritate illud tempore profeſsionis commutare,cum euidenter melior ſit,ex tex.in.c.ſcripturæ de voto.c.3.de iureiurãdo,&.l.4.tit.8.pa.5.ita reſoluũt ſuperiores authores,& Coua.in.d.c.quanuis pactum.1.p.§.3.nu.4.vbi conſulũt poſſe melius prælato, vel confeſſario declarare, & ſic ve-





rius eſt eſſe in eius electione, vt petat ante profeſsionem commutari,vel in ipſa profeſsione ipſemet cõmutet,& ita tenendum eſt.

84 Ex quibus omnibus deducitur parochum prælatis inferioribus,vel epiſcopum non poſſe in earum eccleſiarum præiudicium ſine ſuperioris licentia, & facultate vouere, text.in cap. Abbas.18.quæſt.2.c. licet.§. illa de regularibus.c.magnæ.§.verum de voto,&.l.3.titu.8.parti.1.& ita probant ſuperiores, vbi ſupra Thomas artic.8. Abulenſis,quæſt.65.&.70.Naua.dicto.c.12.num.63.&.69.Gregorius Lupus in.d.l.3.,& Angelus ver. votum.5.§.2.extra illud tamen preiudicium libere poſſunt vouere, & ex cauſa a ſuperiore commutationem, vel diſpenſationem poſtulare, ex text.in dicto capit.1.de voto,& ſupra reſolutis.

85 Si tamen epiſcopus voueat quæſtionis eſt,quis cum eo diſpenſare poſsit,& breuiter,& reſolutiue dicendum eſt, quod poterit tunc pœnitentiarium eligere,qui commutet vel diſpenſet in votis,in quibus ipſemet epiſcopus cũ ſubditis commutare,vel diſpenſare ſolet, ex ſuperioribus, & reſoluit Abb.in.c.magnæ,nu.2.de voto,Palud.in.4.d.39.q.4.ar.4.& ſupra allegati doctores.

86 Cæterum ſi Pontifex Maximus voueat difficilioris quæſtionis eſt,quis cum eo poſsit diſpenſare,cum in terris ſuperiorem non habeat quenquam, nec minus ſecum poſſe diſpenſare videatur,quippe cum debeat eſſe differentia inter agentem,& patientem,inſtitutum,& inſtituentem,præſentatum,& præſentantem, & interdantem, & accipientem,ex tex.in.c.fin.de inſtitutionibus.c. per tuas de iure patronatus,& alibi diximus, ex quibus, & alijs late congeſtis per Decium conſilio.151.num.10.& in.c.1. nu.26. de conſtitutionibus,& latius per Mantuam ibidem,n.76.

& per Beroium a nu. 108. & ita placuit Antonio de Butrio in.d.c.1.& dicit veriorem Decius in vtroque loco, & ibidem defendit Beroius.

87 Contrarium tamen imo poſſe ſecum diſpenſare, vel cõmutare, argumento eſt, maxima illa poteſtas a Chriſto illi data non habens in terris ſuperiorem poterit exercere in ſe iuriſdictionem, quippe cum ipſe nõ obligetur lege coactiua, ſed directiua tantum, & inde reſpondent contraria fundamenta obtinere inter perſonas, quę habent ſuperiores, & inter quas commode poteſt eſſe inſtituens, & inſtitutus, præſentans, & præſentatus, non autem in Romano Pontifice ſuperiorem in terris non recognoſcente, ex tex. in .c. cuncta per mundum.9.q.3.Clem. ne Romani de electione latiſsimi Lancelotus Conradus in templo iudicum lib.2.c.1.& Lelius Iordanus de maioribus epiſcoporum cauſis ad Sedem Apoſtolicam deferendis.c.8. & .12. lege diuina poteſtatem habet interiorem, & exteriorem, & ob id poteſt leges diuinas interpretari, & humanas condere, vt probatur Matth.c.16.&.18.c.in nouo.21.d.c.quodcumque.24.q.1.& hodie abſque controuerſia definitum eſt in Conc. Trid. ſeſſ.14.c.1.5.&.6.& per Canones de ſacramẽto pœnitentiæ, ac proinde poſſe Pontificem maximum ſecum diſpenſare, vel commutare, ſicut cum ſubditis probat Ancarranus in.c. venerabilem de electione magis receptus ſecundum Felinum in.c. conſtitutus, num. 18. de reſcriptis, & in.c.2.num.20.de ſponſalibus, idem Felin. Abb. & Mantua.num.76.& Beroius a nu.108.in.d.c.1.de conſtitutionibus, & Naua.in.c.placuit, nu.9.de pœnit.d.6.Palud.& alij ſupra.

88 Rurſus conſtituendum eſt omne votum etiam religionis ſecundum iuris interpretationem accipiendũ eſſe, omni enim voto iuris interpretatio ineſt.c.1.cum ſequẽtibus

20.q.



20.q.2. c. mulier .32. q.2. c. paruuli cum ſequentibus .22. q.5.c.2.cum ſequentibus de regularibus, &.c.2.de voto.

Secundum conſtituendum eſt omnia vota etiam religionis, caſtitatis, & vltramarini, de quibus in hac noſtra bulla, & clauſula mentio fit, non eſſe dure, & amare, ſed benigne, & ſuauiter interpretanda, ex prædictis iuribus, & c.literaturam de voto, probant diuinus interpres Thomas, & omnes in.4.d.38.idem D.Tho.2.2.q.88.art.3.Soto.d.lib.7.q.2.ar.1.Abulenſis ſuper.d.c.30. Numerorum q.51. Angelus ver. votum, el.3.§.10. Armilla.§.12. Silueſter ver.religio.2.§.16.Naua.d.c.12.nu.46.& .48. Coua. in.d.c.quanuis pactum.1.p.§.3.nu.f.& Greg.Lopez in.l.7.&.8.tit.8.pa.1.

89 Ex quibus primo deducitur, quod ſi aliquis vouerit ingredi nominatim certum monaſterium, & a monaſterio repulſus fuerit iuxta iuris interpretationem, non permanet vlterius obligatus, niſi forte in voto aliud exprimeret, ita ex ſuperioribus docuit diuinus interpres Thomas.d.ar.3. ad.2.& ſequitur Soto.d.arti.1. in poſteriori impreſsione, quanuis in priori ſecutus fuiſſet Ricardum.d.diſt.38.q.4. & cum diuino Thoma conſentiunt communiter omnes, ni illi monaſterium negaret, ex cauſa aliqua tẽporali, & parum duratura, nẽpe propter religioſiorum numerũ, tunc enim ſi monaſterium pollicetur breuiter eum recipere debet expectare, & pro tempore redire, ita placuit Nauarro, & doctiſsimis huius tempeſtatis magiſtris.

90 Secundo inde infertur, quod ſi Ticius vouerit religionem ingredi benigno iuris interpretatione non aſtringitur omnia monaſteria exquirere, & petere, controuerſum tamen eſt, quæ monaſteria adire debeat, & prudentibus placuit, vt in quinque monaſterijs habitũ petat, à quibus ſi negetur, vel excludatur, nõ videtur ad plura ſe obligare,

O 5 nec

nec amare interpretanda eſt voti obligatio, ita omnes ſupra relati conueniũt. diſſentiunt tamen an ſi negatur, in finitimis, ac propinquis monaſterijs, tenẽtur longinqua adire, & ita placuit Abulenſi, Caiet. & Naua. ſupra, cæteris tamen ſupra allegatis doctoribus in vnum conuenientibus, niſi a vouente exprimatur, non ſe aſtrinxiſſe ad lõginqua, ſed adeundo proximiora monaſteria ſatisfeciſſe cũ à quinque denegetur, vel excludatur omnino placuit.

91 Tertio infertur, quod licet ſuperiores magiſtri confundantur, an votum intrandi, & votum perſeuerandi idẽ ſit, & ratio clara, & aperta ſuadeat idem eſſe, verius tamen eſt maiorem vigere rationem, vt magis ſtricta ſit in voto perſeuerandi obligatio, ex qua quatenus poteſt humana fragilitas debet vouens moraliter curare, vt ad perſeuerandum applicetur, vt docet diuinus interpres Thomas. 2.2.q.189. ar.4. Caiet. opuſ.17.q.7. Angelus, Silueſter, & Armilla, vbi ſupra, Abulenſis ſupra. q.93. Naua. & Coua. in dictis locis. Cæterum ex hoc non excluditur iuris interpretatio, quia ſicut monaſteriũ poteſt illum probare, & ex cauſa excludere, & ipſe etiam poteſt poſtquam curauerit perſeuerare ex cauſa exire, quę maior vtique in illo requiritur, quã in voto intrandi, in quo ſi abſque culpa excluditur, quia parum aptus monaſterio videtur, vel quia moleſte fert religionis onera, tunc exiens, vel excluſus a voto liber erit.

92 Quarto infertur quod qui vouet ingredi religionem ſtrictam. & minus ſtrictam ingreditur peccat vtique, ſed valet profeſsio, cæterum ſi vouet magis ſtrictã, & poſtea voueat in minus ſtricta perſeuerare, quia votũ perſeuerandi aſtrictius obligat nõ peccat, & valet profeſsio, ex D. Antonino 2.p.tit.11.c.2.§.8. & Palud. d.38.q.4.ar.3. & Silueſt. ver. votum.4.§.7.

93 Quinto infertur, quod qui poſt votũ religionis eo animo

mo



mo ingreditur, vt poſt menſem exeat, deſiderat tamen vt Deus eum moueat, & ad perſeuerandum adijciat, ſi poſt menſem exeat, quia animum applicare non potuit, votum adimpleuiſſe dicitur a Silueſtro vbi ſupra, & Ricardo .d. diſt 38.q.1.

Sexto infertur, quod qui religionem vouerit animo, & 94
intentione literas diſcendi, vt ſacerdos fiat, ſi non admittitur propter literarum ignorantiam, non cẽſetur obligatus ad intrãdum, vt laicus, ac proinde ſi commode non poteſt literis in ſeculo incumbere, liber manet a voti obligatione ſecundum ſuperiorem communem.

Septimo infertur, quod ſi quis a monaſterio expellitur, 95
quia officium neſcit, non tenetur in ſeculo officium diſcere, vt admittatur, quia religionis officia intra monaſteria diſcuntur, & ita ſententiam a Soto probatam vbi ſupra moderantur nouiores.

Octauo deinde infertur, quod qui religionem vouet re- 96
gulariter, obligatur ingredi, cũ primum poterit, iuxta illud Deutero.c.23. ibi, Non retardabis reddere. c. licet vniuerſis de voto cum ſimilibus, at vero ſi eo animo vouerit, vt ſublato aliquo impedimento ingrediatur, non vtique obligatur anteaquam ſublatum ſit, vt explicant Caiet. in 2.2.q.88.ar.3.ad.4. Soto.d.q.2.ar.1. Abulenſis.q.52. diuus Antoninus.d.c.2.§.1. Angelus ver. votum.3. §.8. Silueſt. §.3, & .5. & Armilla nu.16. & .20.

Nono deinde etiam infertur, quod propter ſpẽ melioris 97
commoditatis poteſt differri voti implementum, nempe quando quis deſiderat ingredi religionẽ magis perfectã, in qua tunc impedimentũ aliquod eſt, vel ſi perficit curſum artiũ, vel theologiæ, vt inde religioni aptior ſit, recte differri põt, quia Deus optimus maximus nõ eſt amarus exactor & ſicut omnis homo iudex, vel princeps tempus indulget

pro

pro commoditate melioris ſolutionis, vt in.l. debitoribus 3.ff.de re iudicata.l.vniuerſa,&.l. quoties.C. de precibus imperatori offerendis,&.l.32.&.33.tit.18.&.l.4. titu.24. pa.3.& docet diuinus interpres Thomas.2.2.q.62.ar.8.ita nec Deus poſt peccatum durus eſt ad exigendam ſatisfactionem,ſed pro noſtra fragilitate ſpectat,ſic etiam in voto dilationem ex cauſa admittit.Inde etiam, qui videt parentes ſuos in extrema vitæ,vel honoris neceſsitate, poterit ingreſſum differre argumento,tex.in.l.ſi quis a liberis, &.l.ne care.ff.de liberis agnoſcendis,melior tamen text. in.c.ſi qui filij.30.d.c.inter cætera.q.4.&.c.cum quidam §.illi de iureiurando,docent diuinus Thom. & ibi Caiet. in.2.2.q.101.ar.4.& Naua.in man.c.14.nu.14.

Inde etiam,ſi exiſtente prædicta neceſsitate filius monaſterium ingrediatur,& profeſſus ſit,peccabit vtique ex prędicta ratione,etſi intra monaſterium non poſsit parentibus ſubuenire,debet inſtanter licentiam a ſuperiori poſtulare, vt exeat,& ſubueniat,& ſi inſtanter petita negataque fuerit,poteſt ipſe exire, & ſubuenire, vt eleganter ex prędictis iuribus,& rationibus probat Caiet.2.2.q.88.ar. 10,Abulenſis ſuper Matth.6.q.79.Adrianus quotlibeto.1. ar.3.ad.7.Medina in codice de reſtitutione.q.3. Armilla ver.pietas,Soto lib.1.de iuſt.& iure art.vlt.Ledeſma,in.2. 4.q.25.& Naua.vbi ſupra. Cæterum ſi poſt profeſsioné neceſsitas ſuccedere,quia iam monaſterio ius adquiſitum eſt ex ipſa profeſsione, non poterit ſine licentia exire ſecundum prędictos authores, ceſſantibus autem prædictis, vel alijs cauſis ad ingrediendum obligatus eſt, niſi votum fuerit irritatum,commutatum,ſeu diſpenſatum, vt in.c.1. 2.&.c.non eſt.c.ſcripturæ,&.c.magnæ de voto cum materia.

98 Rurſus notandum eſt (vt de noſtra ſcholaſtica profeſ-

ſione



ſione non obliuiſcamur) ſcholaſticum exiſtentem in aliqua vniuerſitate approbata, & ibi matriculatum circa ſui voti diſpenſationem tres iudices,ac prelatos habere poſſe, & in eius electione erit diſpenſationem petere,primo,vel a ſuo chancellario,quem Salmanticéſes magiſtrum ſcholarum appellant,cui data eſt poteſtas a Sede Apoſtolica diſpenſandi in quacunque irregularitate, ex contentis in cõſtitutione.33. illius Salmanticenſis Academiæ per totum terrarum orbem celebratiſsimæ,& inde etiam in votis,vt docet Didacus Perez in.l.1.tit.1.lib.5.ordinamenti, pag. 27.ſecundo vel ab epiſcopo originario:tertio,vel ab epiſcopo Salmantino,quando ipſemet ſcholaſticus per maiorem anni partem Salmanticæ literis incubuerit, & ita a Pio quinto declaratum fuit.

Supereſt itaque pro axiomate relinquere epiſcopos, & habentes epiſcopalem iuriſdictionem,de quibus ſupra late diximus,poſſe ex iuſta cauſa diſpenſare in votis omnibus Sedi Apoſtolicæ non reſeruatis.

Reſeruantur autem primo loco votũ religionis,in quo 99
ſolus Romanus Pontifex diſpenſat.c.2.&.c.ſcripturę de voto,& omnes ſupra allegati,quod tamen intelligendum eſt,quando votum religionis eſt purum,& ſine cõditione factum,vt omnibus placet,teſte Paulo Borgaſio vbi ſupra, & docet Quintilianus Mandoſius de aſsignatura gratiæ.§. diſpenſatio voti. At vero quando votum eſt penale,vel cõditionale,cõtrouerſum eſt: votum autem pœnale, vel conditionale appellamus,quando quis promittit dicens,ſi iterum cartis pictis cũ Sempronio, ſeu alio Luſerim, vel per talem viam tranſierim,vel tale peccatum cõmiſerim, vel ſi ab iſta infirmitate, ſeu periculo fuerim liberatus, vel ſi beneficium iſtud,ſeu cathedram illam fuerim aſſecutus religionem ingrediar, impleta enim conditione ad religio-

nem.

nem obligatur. Cæterū ſi adimplere recuſat ex aliqua cau-
ſa, & diſpēſationē petit, difficultatis eſt an poſsit epiſcopus
(vel ſolus Papa) diſpēſare, & ante violationē poſſe epiſco
pū diſpenſare omnibus in cōfeſſo eſt relatis, & referendis,
poſt violationem tamē opinionibus diuiduntur, & ad Ro
manum dumtaxat Pontificē pertineret, probat Coua. in
c. quamuis pactum. 1. p. §. 3. nu. 12. Soto. d. lib. 7. q. 2. ar. 2.
in poſteriori impreſsione, Naua. d. c. 12. nu. 42. & Franciſ-
cus Cordoua. q. 192. in additione.

Contrarium tamen, imo etiam in hac ſpecie poſſe epiſ
copum diſpenſare ſuadent rationes fundamentales relatæ
per Coua. vbi proxime, & fauet Caiet. ver. votum. §. 6. &
ita magis receptum, & praxi frequentiſsimum eſt ſecundū
Flores theologicarum quæſtionum, tit. de voto dub. 10. &
Medina. 1. 2. q. 96. ar. 4. ad. 2. vbi refert Dominicum Soto,
ita tenuiſſe in prima impreſsione, & in tit. de abuſu iura-
menti, idem Medina lib. 1. inſtitutionis. c. 14. §. 16. & ita
ſubſcripſerunt Victoria, Cano, & doctiſsimus Mancio, nec
non maior iuris vtriuſque doctorū pars ſæpe de hac quæ-
ſtione rogati in florentiſsima Salmanticenſi Academia,
quorum authoritate quotidie vidi diſpenſare, & hodie fre
quenter ab epiſcopis, & a Nuncio Apoſtolico (qui ſem-
per in curia regia reſidet) diſpenſatur.

Vnde fit, quod iſtud prædictum votum non cenſetur re
ſeruandum in noſtra Bulla Cruciata, nec in alio iubileo
concedente facultatem commutandi vota non reſeruata,
& hoc commune placitum eſt.

100 Secundo reſeruatur Pontifici maximo diſpenſatio in vo
to caſtitatis, vel continentię perpetuę, quinimo plures ne-
gant licitam eſſe cōmutationem, vel diſpēſationē in huiuſ
modi voto, & inde variæ, ſeu diuerſę referūtur ſententiæ.

Prior eſt non recte commutari, nec diſpenſari, iuxta illud
1. eccle-



1. eccleſiaſtici. c. 26. ibi, Omnis ponderatio non eſt digna
animę continentis.

Secunda, quia votum caſtitatis prædictum non poteſt
commutari in aliud æque bonum argumento, tex. in. c. in
tegritas. 27. q. 1. & c. f. 32. q. vlt.

Tertia ex tex. in. c. cū ad monaſteria de ſtatu monacho
rum, vbi aperte negatur diſpēſandi poteſtas, quibus & alijs
rationibus probat gloſſ. f. in. d. c. cum ad monaſterium, &
gloſſ. f. in. d. c. 1. de voto, & gloſſ. magna in. c. rurſus qui cle
rici, vel vouentes, docent Gofredus in tit. de voto, nu. 5.
D. Tho. 2. 2. q. 88. art. 2. Silueſt. ver. votum. 4. nu. 5. & So-
to in. d. lib. 7. q. 4. ar. 2.

Secunda vero ſententia, & opinio eſt ex cauſa, & Ponti
ficis maximi authoritate cōmutari, & diſpenſari, ex rationi
bus ſupra explicatis ad diſpenſandū in voto religionis, &
quia illud perpetuū, & menti tenendum cōmune axioma 101
eſt, omne votū eſſe diſpenſabile, & cōmutabile, etiam reli
gionis, & caſtitatis, & viſitandi ſepulchrum ex cauſa, ſcili-
cet, & authoritate, vt aperte probant tex. in. c. 1. & . 2. c. nō
eſt, & c. ex multa cum ſequētibus de voto, & ſic magis pla
cuit Hoſtiēſi, Antonio, Cardinali, & Abbati in. d. c. 1. de vo
to, & in. d. c. cum ad monaſterium, vbi Abb. nu. 12. dicit cō
munē, & Coua. in. c. 2. n. 10. de teſtamētis, & diuinus Tho.
ſibi cōtrarius in. 4. d. 88. q. 1. art. 4. vbi Palud. d. 34. refert
aliqua exēpla, & plura, Maiolus vbi ſupra, & Borgaſius. d.
6. p. c. de voto. num. 8. & . 116. & formam hodie poſt Con-
cilium Trid. in diſpenſationibus vſitatam refert Mando-
ſius in ſignatura gratię §. diſpenſatio, & commutatio voti
caſtitatis.

Tertia eſt propter periculum fornicationis; ſi vero ſimi 102
le ſuſpicatur incontinentia vouentis recte poſſe epiſcopū
diſpenſare ſecundum Angelū in ſumma. d. ver. votū. §. 7.
Quarta

Quarta eſt ex ſententia ad præcedentis explicationem poſſe epiſcopum propter vero ſimile periculũ diſpenſare, quando Pontificem maximum adire periculum, vel difficultas impediret, ita Silueſt.ſupra,& Armilla ver.diſpenſatio, Ioannes Andreas, Antonius,& Abb. in .c. veniens, qui clerici vel vouentes,& Naua.in.d.c.12.nu.76.

103 Quinta eſt in voto caſtitatis perpetuo,& puro Pontificem dumtaxat diſpẽſare, vt in.2.opinione ſupra diximus, at vero ſi eſt pœnale, vel ad tempus, poſſe epiſcopum diſpẽſare, vt diximus etiam in voto religionis,& ita quod epiſcopus poſsit diſpenſare in voto ad tempus probat Paludanus.d.diſt.38.q.1.art.4.& Soto ſupradicta.d.27.q.1.ar.3. Angelus Silueſt.& Armilla vbi ſupra,& Naua.nu.76.

Sexto in voto perpetuo poſſe Romanum Pontificem diſpenſare, niſi cum profeſſo intra monaſterium, & nulla niſi vnica cauſa,& raro contingens infra explicanda ſufficit ad diſpenſandum ex.d.c.cum ad monaſterium in omnes, excepto nemine conueniunt.

104 Septima & vltima opinio eſt, etiam cum profeſſo, ad cõtrahendum matrimonium poterit Pontifex maximus diſpenſare, ſi cauſa maxima, & rara ita poſtulauerit, nempe pro publica totius regni catholici vtilitate,& ſuccesſione, & ita intenpretandum eſſe tex.in .d. c. cum ad monaſterium, ex pluribus theologis reſoluit Soto, & Ledeſma in 2. 4.q.69 ar.7.Coua.in.d.c.2.nu.10. de teſtamentis, Naua.d.c.12.nu.75.in fine, Tiraquelus de pœnis temperandis in princ.nu.46.Pinelus in rubrica.C.de recidenda vẽditione.1.p.c.2.n.2.in fine.

In qua difficultate magis recepta eſt ſecunda opinio, ſcilicet poſſe Pontificem maximum ex cauſa diſpenſare in voto caſtitatis perpetuo, & ſic non obſtant argumenta.1.

105 opinionis: primo quia illa authoritas eccleſiaſtici.c.26.ibi, Omnis põderatio nõ eſt digna animæ cõtinentis, quia reſpondet Ancarranus,nu.7.& Cardinalis, num.5.in.d.c.1 quod non loquitur de continentia carnis, ſed de continentia ſpirituali, per quã quis a peccatis abſtinetur. Alij vero eam intelligunt in continentia carnis.



Quare ego ita reſpõdeo, eſto enim quod loquatur incõtinentia carnis non obſtat, quia commune placitum eſt in voto religionis, quando cõmutatio fit in ſimile bonũ non eſſe neceſſariã cauſam, ſed ſufficere, quod illud magis gratum ſit acceptanti, at vero ſi commutatio fit in minus bonum, neceſſaria eſt aliqua cauſa, ex qua ratione ſatis apparet commutationem poſſe fieri in minus bonum, ac proinde illius authoritatis argumentum ſuadet caſtitatem nõ poſſe commutare in ſimile bonum, non tamen negat poſſe commutari in minus bonum, prout de iure fit,& ita optima erit interpretatio ex illa authoritate neceſſariam eſſe iuſtam cauſam ad cõmutationem voti caſtitatis, cum non habeat ſimile bonum. Nec obſtat tex.in.d.c. cum ad monaſterium in fine, quia ex multis reſpondet Coua. vbi proxime non intelligi de impotentia poteſtatis, ſed de modeſtia Pontificis, ne putaret ille Abbas ſe poſſe monachis licentiam dare contra regulam,& eius acceſſoria.

Secundo verior eſt ad illum tex. interpretatio illius verba in fine repoſita intelligi de licentia,& diſpenſatione irrationabili,& ſine cauſa, ex qua diſpenſans peccat,& diſpẽſatus non eſt ſecurus. Vnde verisſima interpretatio ſit illa verba eſſe intelligenda iuxta ſpeciem, de qua loquitur ille tex. quod Romano Pontifici Innocentio.III.& illius tex. authori peculiare eſt, vt in.c.2.de exceptionibus, & in.c. ſi diligenti de præſcriptionibus, loquitur in.d.c.cũ ad monaſterium de diſpenſatione in voto paupertatis cum monacho intra monaſterium manente,& reſpondet Innocentius 106 Verisſimus ſenſus ad.c. cum ad monaſterium.

P

tius.III.in illa ſpecie,nec ſummum Pontificem in voto caſtitatis diſpenſare, ſcilicet cum monacho intra monaſterium manente,& ita non negat cum alio vouente poſſe ex cauſa diſpenſare,inde alijs omiſsis.

107 Primo obſeruandum eſt in voto caſtitatis perpetuę poſſe Papam ex cauſa ſecure diſpenſare, ſecurius tamen erit aliquando iniungere commutationem,& ita ego in praxi ſæpe vidi commutandi in maritandis virginibus,quæ iam ſunt parentibus orbatæ, vel pauperes pro facultate diſpenſati,& ita accipienda eſt ſecunda opinio.

Secundo obſeruandum eſt cum monacho intra monaſterium manente,nec Pontificem diſpẽſare,nec extra monaſterium,niſi ex cauſa maxima, & rara, veluti pro regni catholici ſucceſsione,iuxta ſeptimam,ac vltimam ſupradi-

108 ctam opinionem,qua in ſpecie ab aliquibus contradicentibus receptiſsimum eſt non obligari,etiam poſtquam filios procreauerit ad repetendum monaſterium ſecũdum relatos in prædicta vltima opinione.

Tertio obſeruandũ eſt in voto caſtitatis perpetuæ epiſcopum nõ diſpenſare,niſi propter vero ſimile fornicationis periculum, & ex euidenti adeundi Pontificem difficultate ſecundum relatos in .3. & .4. opinione, a quibus illud animaduertendum eſſe commendatur,vt epiſcopi hac poteſtate raro vtantur,quod ſumme nota.

109 Quarto etiam obſeruãdum eſt in voto caſtitatis pœnali etiam poſt violationem,& in voto caſtitatis ad tempus facto poſſe epiſcopum diſpenſare ſecundũ relatos in quinta ſuperiori opinione,hoc tamen confeſſor virtute huius noſtræ clauſulæ,& bullæ Cruciatæ facere nequibit, & ratio

110 quare tria illa vota Romano Pontifici reſeruata caſtitatis, ſcilicet religionis,& vltramarini non commutãtur,nec diſpenſantur(vt in.c.1.de regularibus.d.c.ſcripturæ .d. c. cũ ad



ad monaſteriũ, &.c.f.32.q.8.ca eſt nẽpe, quia cum omnis voti diſpenſatio, ſeu commutatio debeat ſemper fieri in euidenter melius,vt probat tex,in.c.3.de iureiuran.vbi cõmunis,& in.d.c.ſcripturæ de voto, docent diuinus interpres Tho.in.2.2.q. 88.artic.12.vbi Caiet.& in ſumma ver. voti commutatio,Soto.d.lib.7.de iuſt.& iure.q.1.ar.3.Ledeſma ſupra.q.45. in princ. Naua.in.d.c.12.nu.63.& Coua.in.d.c.quanuis pactum.1.p.§.3.n.4.& his alia meliora non reperiantur ex dictis iuribus,& authoribus, ideo diſpenſationem non admittunt,& ita omne votum ſolet in perpetuum religionis votum commutari propter ipſius religionis perfectionem,& perpetuam eius obedientiam, & proprię voluntatis negationem,necnon,& ſeculi renũtiationem, vt in.c.quãtumlibet.47.d.c.f.cũ precedẽtibus 19.q.3.authẽtica de monachis,collatione.1.&.l.3.&.7.tit. 8.pa.1.& in votum caſtitatis ex.d.c.cũ ad monaſteriũ, & ſupra reſolutis,& in vltramarinũ, vt in .c. non eſt.5.c. ex multa.c.quod ſuper.c.magnæ,&.c.licet de voto, & ita obſeruandũ eſt,& ſic non obſtant tria illa argumenta,quę in principio cõtra cõcluſionẽ noſtræ clauſulę adducebamus.

Non primum,quia reſpõdeo per mutationẽ in ſpiritualibus propria authoritate factam improbã eſſe, & ſæpe punibilẽ,ex tex.in.c. quam pio.1.q.2.c. cum pridẽ.c.f.de pactis,&.c.quæſitum in.1.p.de rerum permutatione. At vero cum ſuperioris authoritate in beneficijs, quæ ad titulũ recte fieri poſſent,ex.d.c.quæſitum in.2.p.&.c.cũ vniuerſorum eodem tit.& ibi communis,& traditur a Duareno lib.6.de ſacris eccleſiæ miniſterijs.c.5. a Rebufo in praxi beneficiorum.c.de permutationibus,a Ioanne Nicolao in Inchiridione beneficiorum,tit. de beneficiorum permutatione in principio, & a Quintiliano Mandoſio de aſſignatura gratiæ .§. reſignationes, &.§. permutationes, Solu. ad primum. 111

 ita

ita etiam voti commutatio propria authoritate fieri nõ poteſt, niſi in euidenter melius, vt ſupra diximus, alias autem ex cauſa, & cũ ſuperioris authoritate recte fieri poteſt, vt in noſtra cõcluſione, & iuribus ibi allegatis probatur ſatis.

112 Nec obſtat ſecundum, quia omiſſa diſputatione theologorum, & noſtratum verior eſt interpretatio ad noſtram concluſioné, & iura ſimilia neceſſaria obſeruatio vota rite facta in melius ſemper commutari poſſe, ſi euidenter melius eſt propria quidem authoritate dicto capit. ſcripturæ de voto, &. c. licet de regularibus, qua in ſpecie interpretandus eſt tex. in. c. peruenit, el. 2. de iureiuran. ſi auté non fuerit in euidenter melius neceſſarium eſſe ſuperioris arbitrium, & ita intelligitur noſtra concluſio, & iura ſimilia, ad quam interpretationem reducenda eſt gloſſ. f. in. c. commiſſum de ſponſalibus, & cõmunis, ibi, & in iuribus noſtræ concluſioni ſimilibus, & docet D. Thomas. 2. 2. q. 88. ar. 12. & ibi Caiet. & in ſumma ver. voti commutatio, Soto. d. lib. 7. q. 1. ar. 3. Naua. d. c. 12. nu. 63. Coua. in. d. c. quamuis pactum. 1. p. §. nu. 4. & Ledeſmius in. 2. 4. q. 45. in principio.

Sed contra huiuſmodi veriſsimam interpretationé hác replicationem conficio. Religioné ingredi euidenter melius eſt. d. c. licet de regularibus, &. d. c. ſcripturæ de voto, ſed qui promiſit vxorem ducere implere debet anteaquã religioné ingrediatur, ex tex. in c. cõmiſſum. 16. de ſponſalibus, ergo nõ poteſt propria authoritate cõmutare etiam in euidenter melius. Vnde cũ illa noſtræ replicationis maior negari nõ poſsit, tota diſputatio conuertitur ad intellectum. d. c. cõmiſſum, cuius alijs omiſsis communior eſt interpretatio vxorem ducere eſſe conſilium, vt ſignificat illud verbũ (tutius) & non eſſe præceptum, & ideo poſſe religioné ingredi, ſed ex conſilio ad vitandũ ſcandalum, & vulgi



vulgi opinionem vxorem ducat, & ante copulam religionem ingrediatur, ita gloſſ. f. & communis ibi, ſecundum Coua. in. 4. decretalium. 1. p. c. 5. nu. 11. Palud. in. 4. ſent. d. 28. q. 1. Ricardus. d. 29, q. 4. Soto. d. 27. q. 2. ar. 5. Silueſt. ver. matrimonium. 7. n. 5. Armilla eodem ver. nu. 22. & Naua. in man. c. 22. nu. 25. in fine. Si autem tu ſtudioſe lector conſideraueris quare ſi potuit non ingreditur religionem pete ab Innocentio, ibi, dicente, non habuiſſe voluntatem ingrediendi, vt ſignificant illius tex. verba ibi, poſtea elegerit. Sed valde fallitur vir ille grauiſsimus, quia illa verba nõ referuntur ad effectum voluntaris, ſed ad effectũ obligationis, quia de ingrediendi voluntate aperte ex illius tex. verbis conſtat, ibi ad frugem melioris vitæ ſuſpirati, ſiquidem ſuſpiria vehementem animi ſolicitudinem ingens deſiderium, & internam animi affectionem demonſtrant.

Quare nec communem interpretationem, nec Innocé- 113 tij explicationem probo, imo vtramque inficior: primo, quia nec ex litera, nec ex originali cõſtat de ſcandalo: ſecũdo, quia nec vulgi opinione religionis fauor impediretur: tertio, quia ſi conſilium dumtaxat foret, non tanto ſe opponeret periculo vxorem ducendo, cum facile vxoris blãdicijs, & illecebris a propoſito poſſet reuocari: quarto, quia illa verba (tutius eſt) in rebus controuerſis, & ambiguis neceſsitatem magis, quam conſilium inducunt argumento, tex. in. c. iuuenis de ſponſalibus. c. ad audientiam de homicidio, & docet D. Tho. quotlib. 8. ar. 13. receptus ſecundum Adrianum quotlib. 2. §. adiecíſſet. 114

Quare veriſsima ſit interpretatio vxorem prius ducere neceſſum fore, & poſtea, ſi voluerit ante copulã poſſe religionem ingredi, quoniam vxorem ducere eſt in obligatione, religionem autem eſt in voluntate, & propoſito, cũ enim

Intellectus ad c. cõmiſſum de ſponſ.

enim in caſu illius text. mulieri iurauerit vir ipſi mulieri integra adquiritur obligatio.c.1.c.debitores,&.c. ad noſtram,el.2.de iureiurando.c.tuas de vſuris,&.c.quemadmodum in principio de iureiur.quam pręciſſe adimplere neceſſe eſt, vnde fit neceſſarium cõſequens,quod qui iurauit Mariam ducere, licet habeat voluntatem ingrediendi religionem,debet prius Mariæ ſatisfacere,nec illi ſatisfacit religionem ingrediendo, veluti qui Petro decem ſoluere obligatus eſt, non ſatisfacit, ſi Deo centum ſoluerit,vt fatetur Soto.d.ar.5.

Quod ſi dixeris veriſsimum eſſe iurantes poſſe religionem ingredi fateor, ſed cum peccato, ſicuti qui promiſit Mariam ducere,& cum alia de pręſenti contrahit,nam poteſt vtique,& valet,peccauit tamen fidem,& iuramentum violando,eodem iure poteſt religionem ingredi, & valebit profeſsio,ſed peccabit prius Mariæ non ſatisfaciendo, ac proinde reſpondet Romanus Pontifex in dicto.c.commiſſum ad euitandum peccatum tutius eſſe Mariam ducere, & ante copulã ſi voluerit religionem ingredi,vt obſeruant Gofredus Collectarius,& Henricus,num.3.in dicto capit. commiſſum, eleganter Scoto in.4.diſtinct.30. quæſt.2,& Ledeſma in.2.4.d.45.q.3. & inclinat Naua. vbi ſupra.

Ex qua interpretatione magis vrget argumentum, ex eo,quia religionem euidenter meliorem eſſe omnibus in confeſſo eſt, non tamen poteſt ingredi ſine peccato, qui iurauit ducere,vt ſatis repetitum eſt.

Quare veriſsima ſit reſolutio eam propoſitionem, vo-
115 tum in melius commutari obtinere,quando votum, promiſsio,vel iuramentum Deo principaliter fiunt,& illi potiſsimum adquiritur obligatio,vt in.d. c. 1. de voto cum complicibus,& in.d.c.peruenit,argumentum autem procedere

cedere



cedere, quando parti principaliter adquiritur obligatio, vt in.d.c.commiſſum,cum alijs ſupra.

Sed contra eam interpretationem repugnat fortiter tex.in.d.c.peruenit,el.2.de iureiurando, vbi loquitur de obligatione principaliter partique ſita,& reſpondet Romanus Pontifex non infringi, ſi in melius commutatur.

Cui difficultati nulla ratione ſatisfieri poteſt,ſi ſequamur noſtratum nouiorum interpretationem, ſcilicet vnicam fuiſſe illius tex.quęſtionem,an Rex Franciæ, qui Baroni quædam caſtra dare promiſerat propter fidelitatem ea non ſeruata,poſsit eadem caſtra eccleſiæ concedere,reſpõdiſſeque, Pontificem poſſe vtique,quia promiſsionem in melius commutat eccleſiæ concedendo.

Cæterum contraria interpretatio,& verior, & commu- 116
nior eſt,duas fuiſſe in illo tex. quæſtiones, & duas etiam eſſe reſpõſiones. Vna eſt, an vnum opus peregrinationis, vel eleemoſynæ Deo promiſſum a rege, poſsit ſine iuriſiurandi violatione in melius commutari. Altera eſt,an fides, & donatio a rege facta Baroni propter fidelitatem poſsit ea non ſeruata frangi, & vtrique reſpondet Romanus Pontifex,primæ promiſſum poſſe in melius commutari; ſecundæ frangenti fidem inconuenientibus, & ſub conditione celebratis fidem frangi impune licere, & ita veriorem interpretationem magis communem dicunt Abb.&Felinus in.d.c.peruenit,D.Thomas,Soto,& Ledeſma vbi ſupra,& Naua.d.c.12.a nu.93. Ex quibus ſatis apparet principium illius text. loqui in obligationibus Deo principaliterque ſitis,ſicuti in dicto .c.1. de voto cũ ſimilibus,hic autem neceſſariam eſſe ſuperioris authoritatem,quia non erat euidenter melius ibi neceſſarium non

 eſſe,

eſſe,quia euidenter melius erat,cæterum in.d.c. commiſſum obligationem vxori,principaliterque ſitam fuiſſe, ac proinde illi ante omnia ſatisfieri ad euitandum peccatum neceſſe fore,& ita ſoluitur ſecundum argumentum.

Nec obſtat tertium, quia iam ſupra ſatis reſolutum eſt poſſe ex iuſta cauſa ab epiſcopo,ab archiepiſcopo, à legato,a capitulo Sedeuacante,ab Abbate exempto, & a confeſſore virtute noſtræ bullæ, & clauſulæ in votis omnibus diſpenſari,& commutationem fieri,exceptis caſtitatis, & religionis, & vltramarini votis, & ita intelligitur noſtra clauſula,& ſoluitur tertium argumentum,& clauſula.

# Ad vndecimam clauſulam.

## SVMMARIVM.

¶ *Diſputatur pro vtraque parte queſtio, vtrum a peccatis reſeruatis ex confidentia abſolutionis virtute bullæ Cruciatæ commiſſis,poſsit virtute ipſius bullę abſolui, numero.1.*

*Fruſtra priuilegij auxilium implorat, qui verba priuilegij complexus contra priuilegij tendit voluntatem,nu.2.*

*Non valet priuilegium quod cauſam peccandi præbet, & peccato patrocinatur,nu.3.*

*Bulla hæc noſtra Cruciata indiſtincte, & generaliter concedit priuilegiū a reſeruatis abſoluendi peccatis, nu.4.*

*Vera ab authore traditur reſolutio,quomodo, & quando poſsit,vel non a peccatis reſeruatis ex confidentia cōmiſſis virtute bullæ Cruciatæ abſolui,nu.5.*

*Virtute*



*Virtutę Bullæ Cruciatæ nō ſolum poteſt quis abſolui a peccatis reſeruatis,vel non reſeruatis ante ſuſceptā bullam cōmiſsis ſed etiam ab his,quæ poſt ſuſceptam bullam fuerint perpetrata,nu.6.*

*Ad hoc vt quis gratias omnes, & indulgentias in bulla cōtentas conſequatur,primo requiritur, vt recipiat Bullā data elcemoſyna per commiſſarium taxata, & declarata,nu.7.*

*Si quis eleemoſynam pro bulla,ex re furtiua, & ſubrepta dederit non valet ei bulla,nu.8.*

*Si meretrix ex turpi ſuo queſtu eleemoſynam pro bulla dederit valet ei bulla,quia licet turpiter faciat meretricando,non tamen turpiter pro eo faciendo meretricio intereſſe recipit,nu.9.*

*Vſum corporis ad venereum actum,ita vendibilem eſſe in fœmina occulte fornicaria,ſicuti in ea quæ publice, & palam meretricium exercet ſecundum opinionē Coua. docetur,nu.10.*

*Monacha, & fœmina (quæ maritum habet) recipientes ob mercedem coitus abſque vllo dolo pecuniam aliquam, non tenentur eam in foro animæ interiori reſtituere, licet iniuriam faciāt monacha religioni, & adultera marito,numero.11.*

*Ad hoc vt conſequatur quis gratias in bulla contētas requiritur, vt bullā apud ſe,vel aliū nomine ſuo retineat n.12*

*Si quis receperit & retinuerit bullam, & in ea per queſtorem nomen aſcribatur, licet poſtea eam perdiderit, valet ei bulla, & eius virtute poterit abſolui modo in eam*

 per-

*perdendo grauem culpam non habuerit. nu. 13.*
*Intellectus ad verba huius bulle, ibi Y recebistes eſta dicha*
*bulla eſcripta en ella vueſtro nombre, &c. nu. 14.*

EX hac clauſula in illis verbis (En confiança de-
ſtas gracias) mirabilis inſurgit quæſtio pro vtra-
que parte breuiter vẽtilanda, & cum diſtinctio-
ne mera veritas relinquenda, vtrum ſcilicet, ſi re
ſeruata peccata ex cõfidentia huius Bullæ Cruciatæ cõmit
tantur, quæ alias nõ committeret peccator, niſi virtute hu-
ius bullæ de abſolutione confideret, & an virtute eiuſdem
bullę poſsit a reſeruatis confidentia commiſsis abſolui.

In qua quęſtione Coua. lib. 2. variarũ reſolutionum. c.
20. n. 15. verſi. vigeſimo ſexto, ex doctrina Palacij Rubei
in repititione. c. per veſtras. §. 10. nu. 2. de donat. inter vi-
rum, & vxorem reſoluit abſolui non poſſe peccantẽ a re-
ſeruatis ex bullæ Cruciatæ, vel alterius Apoſtolici priuile
gij confidentia, & fiducia cõmiſsis, & Silueſter alios citãs
in ſumma ver. indulgentia. q. 10. n. 26. verſi. tertium. Pro
qua opinione faciunt pulcherrima Lactantij Firmiani ver
ba in lib. 6. inſtitutionũ. c. 13. repoſita, qui cum de eleemo-
ſyna elargienda diſſeruiſſet, ita inquit. Nec tamẽ quia pec
cata largitione tolluntur dari tibi licentiã peccandi putes,
abolentur enim, ſi Deo largiare, quia peccaueras, nam ſi fi-
ducia largiendi pecces nõ abolẽtur, quę verba referuntur
a Coua. vbi ſupra, & declarantur a diuino interprete Tho
ma vna cum Caiet. in. 2. 2. q. 21. ar. 2. Et corroboratur prę-
dicta opinio ex Vlpiani iuriſconſulti reſpõſa in. l. 1. §. hęc
autem actio. ff. ſi quis teſt. lib eſſe in fine, ibi, Sed natura
æquum eſt non eſſe impunitũ eum, qui hac ſpe audatior fa
ctus eſt, &c. Et diui Chryſoſtomi ſanctione in. 1. epiſt. ad
Hebræos relata in. c. quando el. 1. de conſecratione. d. 4.
ibi,



ibi, Multos noui, qui hoc paſsi ſunt, qui ſpe baptiſmatis
multa peccabant, &c. Et Innocentij. III. deciſione in. c. il-
lud. §. 5. licet de clerico excõmunicato, ibi, Illud aũt quod
ſub ſpe venię diuina ſibi facit, &c. Cuius opinionis ſolida
ratio eſt, quia fruſtra priuilegij auxilium implorat. qui ver 2
ba priuilegij complexus cõtra priuilegij tendit voluntatẽ,
iuxta tex. in. l. auxilium in fine. ff. de minoribus. c. quia fru
ſtra de vſuris, & melior tex. in. c. fin. de immunitate eccle-
ſiarum, ex quo cõmuniter vtilis doctrina deducitur non
gaudere eccleſiaſtica immunitate, qui ſub confidentia, &
ſpe ipſius delinquit, cui ſimilis eſt regia. l. 4. tit. 11. pa. 1. &
docẽt Remigius de immunitate eccleſiarũ limitatione. 10.
Naua. in manu. c. 25. n. 20. Coua. d. c. 20. n. 15. eleganter, &
nouiſsime Paz in practica criminali primi tomi quintæ
partis. c. 3. §. 3. n. 94. 95. & 96. quibus accedit doctrina Ca
iet. ver. excõmunicatio. c. 31. verſi. 5. Alciati in authen. Ca
ſa. C. de ſacroſanctis eccleſijs, & Felini in. c. eccleſia ſanctę
Marię. nu. 69. de conſtitutionibus, facit deinde tex. in. l. ſi
vnus. §. illud, &. §. pacta. ff. de pactis. l. conuenire. ff. de pa-
ctis doctalibus, & tex. ſingularis, & difficilis in. c. quemad-
modum. §. illud de iureiuran. ex quibus colligitur non va 3
lere priuilegium, quod cauſam anſam, & occaſionem pec
candi præbet, & peccato patrocinatur.

Sed contrariã doctrinã poſſe abſolui a reſeruatis ex cõfi
dentia huius nr̃æ bullæ Cruciatæ, & aliarũ indulgentiarũ
Apoſtolicarũ cõmiſsis, reſoluit Cordoua in quęſtionario
latino, lib. 5. de indul. q. 37. proparte. 3. & q. 74. Ledeſma
in. 4. 2. p. q. 29. 1. Silueſt. vbi proxime a. n. 26. & Paz vbi
ſupra. d. num. 95. & ratio efficatior eſt, quia bulla hęc nr̃a 4
Cruciata indeterminate, indiſtincte, & generaliter cõcedit
priuilegium abſoluẽdi a reſeruatis, ergo nihil refert, an ex
cõfidẽtia, vel ſine fiducia bullę Cruciatæ peccata reſeruata
com-

commiſſerit,ex regula.c.ſolutæ,verſi.nobis autem de maioritate,& obedientia.c.ſi Euangelica .50.d. l. de precio, ff.de publiciana in rem actione,&.l.1.§.generaliter.ff. de legatis præſtandis,& facit doctrina Naua.in.§. in Leuitico notab.30. num.7. & Cordubæ .d. quæſt. 37. prop.3. aſſerentium quod niſi in bulla excipiatur expreſſe,nec abſoluatur à reſeruatis ex confidentia commiſsis, poterunt ab eis abſolui.

5 Ego tamen vtramque doctrinam veram exiſtimo,ſingulari tamen diſtinctione, & conſilio adhibito, ſcilicet aut peccatur ex cõfidentia,ideſt,quod bulla Cruciata,vel aliud iubileum,ſiue pontificale indulgentiarum priuilegium ſit cauſa poſitiua peccandi,id eſt, quod moueat ipſius bullæ conceſsio ad peccandum, quod alias non peccaret, tunc non poterit abſolui à reſeruatis ex tali confidentia cõmiſsis. Si autem Cruciata bulla, vel ſimilis Pontificalis gratia non fuerit cauſa poſitiua, & principalis, quæ moueat ad peccatum perpetrandum,ſed tantum facilitauit ad peccandum,quia alias peccatum non committeret,niſi tam facilis eſſet abſolutionis impetratio,poterit abſolui à peccato cum hac bullæ Cruciatæ confidentia commiſſo,quantumuis reſeruato,ſecus tamen quando ipſa Bulla Cruciata fuit cauſa(vt dictum eſt)poſitiua,& principalis,& omnimoda peccati,iuxta quam diſtinctionem ſuperiores illæ contrariæ opiniones conciliantur, & intelliguntur vna cum hac noſtra clauſula,ibi,En confiança deſta gratia,&c.quæ doctrina adeò vera eſt,vt quamuis in hac Bulla Cruciata, vel alio iubileo,ſeu Papæ priuilegio excipiatur abſolutio,atq; denegetur a peccatis reſeruatis ex confidentia commiſsis, tamen abſolui poſsit a reſeruatis peccatis,tam prçteritis ex confidentia commiſsis,ideſt,ante ſuſceptionem talis bullæ,& illa denegatio, vel exceptio abſolutionis intelligẽda eſt



eſt de reſeruatis in futurum committendis, ideſt, poſt talis bullę ſuſceptionem ne ſit anſa,& delinquendi incentiuũ ex dictis iuribus in.d.2.opinione relatis,& ita docent Cordoua,& alij ſupra,& Paz.d.n.95.verſ.quod intelligeverũ.

Rurſus notandum eſt,quod virtute huius bullæ Crucia 6
tæ non tantum poterit quis abſolui a peccatis reſeruatis, ſiue non reſeruatis epiſcopo, vel alij cuiuis prælato, vel Sedi Apoſtolicę, ſiue declaratis in Bulla Cœnæ domini ante ſuſceptam bullam,ſed etiam cõmiſsis poſt bullã ſuſceptã ſemel in vita, & iterum in mortis articulo, vt elegãter docet Soto lib.7.de iuſt.& iure.q.4.ar.3.pagina mihi 624.col.2.verſi.poſt hęc,ſumma de Roſellis in tit. de indulgentijs.§.16. q. 8. quidquid Angelus in Florentinum Theologum in.2.p.in quæſtionibus de voto ar.8.difficultate.9.controuertat,& non ſolum habet locum diſpoſitio noſtræ bullæ in vero mortis articulo,ſed etiam in præſumpto, vt teſtatur Felinus in ſermone de indulgentijs, nu.3. verſi.vlterius,Naua.in manu.c.2.nu.8.&.c.26.n.31.& ſentit bulla noſtra in quãtum dicit, quod ſi bis recipiatur bulla in eodem anno, bis conſequatur abſolutionem omniũ peccatorum reſeruatorum.

Denique pro choronide huius noſtræ bullæ ex illis ver-
bis in fine poſitis,ibi, Por quãto vos fulano diſtes dos rea 7
les de plata,&c. Notãdum eſt,quod ad hoc,vt quis gratias, & indulgentias in ea contentas conſequatur. Primo,quaſi primum præambulum,& antecedens neceſſarium requiritur, quod receperit bullam data eleemoſyna prius per commiſſarium taxata, vt hodie per meritiſsimum noſtrũ commiſſarium dominum, ac dominum licentiatum Petrum Porto carrero taxatur,vt declaratur in hac bulla,ibi, Que es la lymoſna que auemos taſſado y declarado, Sufficiet eam per ſe,vel per alium recipere argumento, tex. in l.quod

l.quod meo.ff. de adqurirenda poſſ. l. quod viſu alterius,
ff.de reg.iuris.c.ſi diligenti de preſcriptionibus,& .c. qui
facit per alium de reg.iuris.in.6.cum complicibus.

8 Vnde infertur primo,quod ſi quis eleemoſynã pro bul
la dederit ex re ſubrepta.non valet ei bulla,ex tex.in.c.nõ
eſt putanda.1.q.1.& ibi gloſſ.ver.ex illicitis rebus gloſſ.in
c.tranſmiſſa de decimis,& docent Soto lib.9.de iuſt.& iu
re.q.3.ar.3.Socinus Iunior in.c.ſi quis præter nu.4.de fur
tis,Andreas Hiſpanus in tit.de decimis.§.fuit nu.4.& pro
batur in ſuperiori.6.clauſula noſtrę bullæ,ibi,Si de ſus bie
nes liberalmente deſtribuyere,Vbi diximus in nu.2.

9 Secundo infertur,quod ſi meretrix exturpi ſuo queſtu
eleemoſynam pro bulla dederit,quod valet ei bulla, quia
et ſi turpiter faciat meretricando,non tamen turpiter pro
eo faciendo intereſſe recipit,ex tex. vulgari in.l.4.§. ſed
& quod meretrici.ff.de conditione ob turpem cauſam,&
ratio differentiæ iſtius,& ſuperioris illationis eſt, quia in
latronem ſicuti in meretricem,cui competit repetitio do-
minium non transfertur,ex doctrina gloſſæ in.d.c.non eſt
putanda ver. ex illicitis,& argumento, text. in.d.l. 4. §.
ſed & quod meretrici,&.l.54. titu. 14.pa.5. ibi, Si ſe lo
vuiere dado, A cõtrario ſenſu,& eorum,quæ tradit Bart.
in.d.l.4.& in.l.2.C.de cõditione ob turpem cauſam, Ful
goſius in.d.§.ſed & quod meretrici,Conanus lib.5. com-
mentariorum iuris ciuilis.c.11.num.2.& .3. Ferdinandus
Vaſquius in titu. quæſtionum illuſtrium.c.48. nu. 2. Pa-
lacius Rubeus in rubrica de donat. inter virum, & vxorẽ
§.40.Gregorius Lupus in .d.l. 54. partitæ, & copioſius
Coua.in regula peccatum.2.p.§.2.nu.1.per totum de reg.
iuris.in.6.quod tamen intelligͤ de meretrice vulgari,& a
lege,vel iudice precium taxatum,& ſtatutũ habente,quia
tunc materia vendibilis eſt,ideo illi repetitio competit,vt
fatetur



fatetur Coua.vbi ſupra in iudicijs quotidie admitti earum
repetitio,& ipſe in inferioribus tribunalibus,ita ſæpe vidi
practicare,ſed tamen ipſe Coua.in eo quod dixit de mere
trici vulgari non vere fixit pedes,nã paulò inferius in.n.3.
dixit nihil differre quoad precium fornicationis ſit ne pu-
blica meretrix an occulta fornicatrix, quippe cũ ſatis ap-
pareat ita eſſe vſum corporis ad venereum actum vendi-
bilem in fœmina occulte fornicaria, ſicuti in ea, quæ pu- 10
blice, & palam meretricium exercet, contra quorundam
opinionem,quam refert ipſemet Couarr.ſupra dicto.n.3.
in principio,& in tantum eſt verum quod neutra tenetur
ad reſtitutionem rei,vel pecuniæ illius,quam pro illo actu
venereo exercendo acceperit,quippe cum ipſa receptio il
licita non ſit, nec lege prohibita, quandoquidem peccatũ
ipſum manifeſtam culpam habeat, quoad vſum venereũ,
non tamen quoad receptionem mercedis,ſicuti paulò an-
tea diximus,ex.d.§.ſed & quod meretrici,& ex Coua.ſu-
pra.nu.1.& hinc fit citra religionis, & matrimonij ſacra- 11
menti iniuriam,quod vt & monacha recipiens ob merce-
dem coitus abſque vllo dolo pecuniam aliquam teneatur
eam in foro animæ interiori reſtituere, vt adnotauit Hen
ricus in.c.peruenit de adulterijs,idem & in fœmina (con-
ſtituo) quę maritum habet, nam ſi aliquid ab adultero ob
fornicationem accipiat,id reſtituere non tenetur, tametſi
iniuriam faciat monacha religioni,& adultera marito. Te
ſte Coua.d.n.3.in finalibus verbis.

Secũdo loco requiritur ꝙ bullã retineat apud ſe,vel apud 12
aliũ nomine ſuo,argumẽto tex.in.l.clauibus.ff.de cõtrahẽ
da emptione,&.d.l.quod eo de adquirẽda poſſeſſione, ad
quod facit illud Iob.c.9.Spes repoſita eſt in ſinu meo, &c.

Vnde colligitur quod ſi receperit,&retinuerit bullã,& in 13
ea nomẽ ꝑ queſtorẽ aſcribatur,& eã poſtea ꝑdiderit,valet
ei

ei bulla,& eius virtute abſolui poteſt, modo in perdenda grauem culpam non habuerit. Ratio eſt, quia cum materia hæc fauorabilis ſit,vt amplietur,& extendatur iuridica ratio poſtulat.c.quod reſcripſi.35.q.3.c.tua.26.&.c.ex parte.27.de decimis, & regula odia reſtringi.15. de reg. iuris in.6.maxime cum in foro Dei ceſſet fori exterioris vigor,vt ſunt iura vulgaria id paſsim probantia, necnon, & intentione huius bullæ ſoluta eleemoſyna per commiſſa-
14 rium prędictum taxata,& declarata ſatisfecerit,& ita intelliguntur poſteriora verba huius bullæ,ibi,Y recebiſtes eſta dicha bulla ſcripto enella vueſtro nombre.Quibus omnibus ad laudem, & gloriam ſempiternam omnipotentis Dei,necnon,& in temeratæ Virginis Mariæ matris eius, & publicam vtilitatem abſoluitur noſtra bulla,& eius tota materia clauditur.Poſtremo tamen legentes rogo,& humiliter exoro,vt ſi forte aliquid boni in toto,vel parte aliqua huius operis progreſſu fuerit, Deo optimo maximo (a quo cuncta bona procedunt)gratiæ quam plurimæ habeantur,ſi vero quidquam offenderitis,quod culpæ,vitioque adſcribi, poſsit id boni conſulatis,vobiſque amantiſsimi legentes in mentem veniat humani ingenij vim lubricam ſatis eſſe errorique magnopere ſubiectam, & ſic do finem iuris, ſpes, & fortuna valete.

*Laus Deo, ac pijſsimæ intemeratæque Virgini Mariæ.*



# Nueua declaracion de lo que *en tiēpo de entredicho y ceſſacion a diuinis, ſe ha y deue guardar, reduzido a treynta y cinco reglas por el licenciado Antonio Gomez corregidor del eſtado y Condado de Fuenſalida.*

*Primera Regla.*

6.clauſula, nu.22 PAra que la ceſſaciō ſea juſta ſe requieren y deuen guardar diez cōdiciones. La primera, que el q̃ la pone tenga juriſdicion para ponerla.La ſegunda,q̃ todos los Canonigos auſentes ſeā llamados para tratar dello.La tercera que cō madureza y diligencia ſe trate. La quarta, que deliberen y ſe ſiga la mayor parte d̃l Cabildo.La quinta, que la offenſa y cauſa porque ſe ceſſa ſea notoria, o por lo menos manifieſta.La ſexta,que la cauſa y culpa manifieſta ſea razonable.La ſeptima, que la cauſa de la ceſſacion ſe expreſſe en vn inſtrumēto publico,o letras autenticas. La octaua, q̃ ſe notifique a aquel por cuya cauſa ſe ceſſa.La nona, que ſea requerido de que enmiēde competentemente ſu culpa y offenſa. La decima,q̃ vn mes deſpues de pueſta la ceſſacion, aſsi el que la pone, como aquel cōtra quien ſe pone por

ſi, o por procurador
vaya a Roma, y ſe pue
den componer, o qui-
tarla antes que prouea
el Papa, y faltādo vna
deſtas condiciones la
ceſſacion es injuſta.

*2. Regla.*

n. 23. En tiempo de ceſſaciō
general no ſe pueden
celebrar los officios
diuinos, aun en la for-
ma que ſe celebran
en tiempo de entredi-
cho en ninguna ygleſia
ſino ceſsādo del todo.

*3. Regla.*

El que celebrare entiē
n. 25. po de ceſſacion, aunq̄
celebre guardando la
forma q̄ ſe vſa en tiem
po del entredicho, pe
ca mortalmente, y pue
de, y deue ſer caſtiga-
do: pero no queda irre
gular, aunque la ceſſa-
ciō ſea pueſta por obiſ
po, o otros ſuperiores
o yguales.

*4. Regla.*

Los religioſos, aūque
ſean exemptos, hā de n. 17.
ſeguir a la matriz, o ala
parochial, ſō pena de
excōmuniō ipſo facto
deſpues de la qual ce-
lebrando quedan irre
gulares.

*5. Regla.*

El Papa puede diſpen
ſar para que en tiēpo
de ceſſaciō ſe celebre
por qualquier manera
por priuilegio ſuyo.

*6. Regla.*

Por la bulla de la Cru- n. 29.
zada no ſe puede oyr
miſſa ni otros diuinos
officios en tiēpo ď ceſ
ſacion, aunq̄ ſe pueda
oyr por ella en tiēpo
de entredicho.

*7. Regla.*

Peca mortalmēte el q̄ n. 30.
teniendo en tiēpo de
ceſſaciō priuilegio pa





ra oyr los diuinos offi-
cios no oye miſſa en los
dias y fieſtas de prece-
pto, o no auiēdo ceſſa
ciō en alguna ygleſia,
como la pueda oyr ſin
demaſiada difficultad.

*8. Regla.*

El priuilegio para vn ca
ſo prohibido de ceſſa-
ciō no ſe eſtiēde a otro
caſo, y anſi por el priui
legio de oyr miſſa auiē
do ceſſacion no ſe pue
de comulgar.

*9. Regla.*

n. 28. El q̄ tiene priuilegio pa
ra dezir miſſa en ceſſa-
ciō, no puede comulgar
ſino es celebrando el
miſmo.

*10. Regla.*

La ceſſaciō general no
ſe puede ſuſpender ni
relaxar como el entre-
dicho general.

*11. Regla.*

El dia de Nauidad, de
Reſurreccion, de Pen-
tecoſtes, Aſſumpcion
de la Virgē nr̃a ſeñora,
del Corpus Chriſti, ip
ſo iure, ſe ſuſpende y al
ça la ceſſaciō ſin ſer ne-
ceſſaria licencia del or
dinario, y anſi ſe puede
celebrar en eſtos dias,
y dura la ſuſpenſion to
do el dia, ſino es en la
fieſta del Corpus, que
dura deſde a viſperas
por toda la octaua: pe-
ro no ſe puede comul-
gar aun en eſtas fieſtas.

*12. Regla.*

No ſe ſuſpende la ceſſa
cion apelando, y vale
aunq̄ antes ſe apele q̄
ſe ponga la ceſſacion,
ſino es en quanto a los
effectos que tiene de
derecho.

*13. Regla.*

En deſcomunion incur
re el que por fuerça ha
ze celebrar, o celebra
en tiempo de ceſſaciō,
o el que la impide.

14.' *Regla.*

Si celebrando ſobreui
niere la ceſſacion, no
ha de paſſar adelante
el que celebra, ſino es
auiendo començado el
Canon Te igitur, que
en tal caſo ha de proſe
guir haſta el conſumir.

15. *Regla.*

nu.31. El ſacramento del bap
tiſmo ſe puede dar en
tiempo de ceſſacion a
niños y mayores con
el cathecíſmo, exorciſ
mo, vnciõ y las demas
ſolemnidades con que
ſe celebra en otro tiẽ-
po.

16. *Regla.*

n. 32. El ſacramento de la cõ
firmaciõ ſe puede muy
bien dar en tiempo de
ceſſacion.

17. *Regla.*

n. 33. &.34. El ſanctiſsimo ſacramẽ
to de la Euchariſtia ſe
da a los enfermos, y
no a los ſanos lleuan-
dole con la decencia
deuida.

18. *Regla.*

A las mugeres de par- &.35.
to, o a los condenados &.36.
a muerte natural, ſe ad
miniſtra el ſanctiſsimo
ſacramento de la Eu-
chariſtia.

19. *Regla.*

El ſacramento de la ex n.73.
trema vncion no ſe ad
miniſtra en tiempo de
ceſſacion, aunque ſea
a clerigos.

20. *Regla.*

El ſacramento del ma- n.38.
trimonio ſe puede ce-
lebrar en tiẽpo de ceſ-
ſacion por palabras de
preſente cõ que no ſe
hagã las velaciones ni
bẽdiciones nupciales.

21. *Regla.*

Para renouar el ſanctiſ
ſimo ſacramẽto đ la Eu
chariſtia, ſe puede cele
brar



brar miſſa vna vez en
cada ſemana, aun ſin li-
cencia del ordinario, o
del q̃ puſo la ceſſacion.

22.' *Regla.*

n.41. El ſancto oleo y chriſ-
ma ſe puede dar el Iue
ues de la Cena en tiem
po de ceſſacion.

23. *Regla.*

El ſacramento de la pe
nitencia y confeſsion
ſe puede dar a enfer-
mos y ſanos.

24. *Regla.*

n.39. El ſacramento de ordẽ
auiendo ceſſacion no
ſe puede celebrar.

25. *Regla.*

n.43. Predicar ſe puede en
tiempo de ceſſacion.

26. *Regla.*

n.42. Sepultura eccleſiaſtica
no ſe puede dar a le-
gos, ſino a clerigos
presbyteros, y en el ce
miterio, y con ſilencio
ſin tocar campanas, y
ſin las demas ſolemni-
dades, con licencia del
ordinario.

27. *Regla.*

Tañer las cãpanas no n.44.
ſe permite en tiempo
de ceſſacion, ſino es pa
ra ſermon, para la Aue
Maria, para moſtrar re
liquias, para lleuar el
ſanctiſsimo Sacramen
to de la Euchariſtia, pa
ra llamar a cabildo, ayũ
tamiẽto, o concejo, pa
ra hazer elecciõ, o para
acompañar a Obiſpo,
o Arçobiſpo, y en con
cluſion, para todo lo q̃
no ſea celebrar: pero
en todo ſe mira la co-
ſtũbre, a la qual me re-
mito.

28. *Regla.*

El clerigo q̃ tiene obli n.46.
gacion a rezar las ho-
ras canonicas, puede y
eſta obligado a rezar
las ſolo ſecretamente,

de manera que no ſea oydo.

29. *Regla.*

n.48. De dos en dos, o tres, o mas, no puedã rezar las horas canonicas ſin priuilegio.

30. *Regla.*

n.50. El priuilegio de meter en miſſa auiendo ceſſacion, a los criados, ſe entiende a los recebidos antes y deſpues dl priuilegio, perpetuos y mercenarios, como no ſean voluntarios, ſino neceſſarios.

31. *Regla.*

n. 51. &.52. &.53. Puedeſe bẽdezir la meſa y leer de la eſcriptura, como la bendicion no ſea epiſcopal ſolẽne, ni ſea bendezir el agua ni echarla al pueblo, ni recitar los Pſalmos por ſu orden, como ſe contiene en las horas canonicas.

32. *Regla.*

El priuilegio de dezir n.54
miſſa en altar portatil cõcedido antes del capitulo alma mater, dura deſpues de ſu deciſion.

33. *Regla.*

La ceſſacion pueſta en n.55.
la ciudad ſe eſtiende a los arrabales y extramuros.

34. *Regla.*

El que ſin legitima cau n.56.
ſa pone la ceſſacion, eſta obligado a reſtituyr todo lo que lleuo y recibio de qualeſquier obuẽciones y aprouechamientos de aquella yglesia donde ceſſo, ni puede della cobrar lo que le deue, ſino ſatisfazer los daños a la parte, y ſi fue juſta aquel por quien ſe puſo, deue ſatisfazer a aluedrio del juez.





35. *Regla.*

n.57. Las diſtribuciones quotidianas no las adquieren los clerigos en tiẽpo de ceſſacion, aunque las cobren de la parte por cuya culpa ſe puſo, y antes que ſatisfaga realmente, o como pudiere, no ha de ſer abſuelto de la ceſſacion.

Dedi finem curis, ſpes, & fortuna, valete.

# Index alphabeticus rerum notabilium, quæ in hoc opere continentur luculenter concinatus.


A.

ABbates non habentes epiſcopalem iuriſdictionem, nec priores archidiaconi, & ſimiles indulgẽtias cõcedere nequeunt.q.4.c.4.nu.9. fol.14.

Abbates exempti, & quaſi epiſcopalem iuriſdictionem exercentes diſpenſandi poteſtatem habent 10.clauſula,nu.62.fo.103.

Abſolutus ab excommunicatione ad reincidentiam lapſo termino reincidit abſque alia ſententia in excõmunicationem, ibidem,nu.21. fol.89.

Abſolutio ad reincidẽtiam propriè non eſt excommunicationis ſuſpẽſio ibidem,nu.22. fol.89.

Abſolutus ab excommunicatione, ad reincidentiã ad certum tempus, ſi pars abſque iudice prorogauerit diem lapſo iſto die primi termini non incurret excõmunicationem,ibidem,nu.25. fo.90.

Actio, & paſsio non ſolum ſunt diuerſa, verum & cõtraria, ideo in eodem ſubiecto conſiſtere nequeũt 8.clauſula.nu.4. fo.73.

Ad hoc, vt quilibet gratias in hac bulla contentas lucretur requiritur, vt eleemoſyna præſtita bullã ipſam accipiat .6. clauſula, nu.2. fol.53.

Ad hoc, vt gratias quis omnes,& indulgẽtias in bulla contẽtas cõſequatur requiritur, vt primo Bullã accipiat data eleemoſyna per commiſſarium declarata.11.clauſula, num.7. fol.119.

Ad conſequendas gratias in bulla enumeratas,requiritur,vt bullam apud ſe,vel alium nomine ſuo retineat

neat,ibidē,nu.12.fo.120.
Aliquorum caſuum reſerua tio hodie ex Trid.non ſo lū Pōtifici maximo, ſed alijs etiā prælatis ſeculari bus, & regularibus cōpe tit.10.clauſ.n.37.fol.96.
Alter ex coniugibus dās alteri licentiam vouendi non videtur iuri ſuo renunciare, cum ex illo voto non ad continentiam, nec ad caſtitatem proprie obligetur, ſed tantum ad non petendum debitum ibidem,nu.68. fo.105
Aliquæ abſentiæ iuſtæ cauſę vltra tempus a iure per ſcriptum authore refertur 4.clauſula,n.27. fo.46.
Ante ſeptimum annum cōpletum quilibet poterit, etiam in quadrageſima lacticinijs omnibus libere, ſine bulla, & peccato veſci.7.clauſ.n.17. fo.72.
An diebus ieiunij extra quadrageſimā liceat vti lacticinijs in.7.clauſ.num.7. fol.70.
Apud Latinos authores in quo ſenſu,& ſignificatione indulgētię nomē vſurpetur.q.2.c.2.n.2. fo.6.
Appellatione regularium perſonarum de quibus in hac bulla mentio fit, quæ perſonę cōprehendantur 7.clauſ.n.11. fo.71.
Aquæ benedictio,& aſperſio ceſſationis tēpore fieri non licet.6.clauſ.n.53. fol.66.
Archiepiſcopis,&epiſcopis intra limites ſuarum diœceſum indulgentias concedere permiſſum eſt .q. 4.nu.4. fol.13.
Archiepiſcopus tenetur ad reſidentiam perſonalem, & quid de ampla poteſtate Archiepiſcopi Compoſtelani circa creandū Vicarium foraneum in diœceſi Salmantina.4.clauſula,nu.19. fo.41.
Archiepiſcopus bene poterit intra ſuā diœceſim diſpēſare,ſed cū ſubditis ſuffraganeorū minime, niſi quādo viſitauerit,10.clauſula,nu.59. fo.103.
A Soti opinione cauendum eſſe demonſtratur.1.clauſula



ſula,num.11. fo.27
Authoritas quædā eccleſiaſticę declaratur.10. clauſula,n.105. fo.112.

B.

Baldi opinio refertur,&poſt longā diſputationem veriſsima redditur in .10. clauſ.nu,17. fo.87.
Beneficiorum collatio de iure cōmuni pertinet ad iuriſdictionem voluntariā q.4.c.4.nu.3. fol.14.
Beneficiarij cathedraliū,aut beneficiarium eccleſiarū ſi ſe vltra tres menſes abſentauerint , qua pœna pro.1.2.vel.3. vice puniātur,docetur in.4.clauſula,nu.35. fol.50.
Benedictio menſę, & ſacræ ſcripturæ relectio tempore ceſſationis fieri poſſūt 6.clauſ.nu.51. fo.66.
Bona hæreticorum a die cōmiſsi criminis ſunt ipſo iure confiſcata, ideo eorum alienatio ab eodem die facta ipſo iure non valet.10.clauſula,nu.45. fol.99.
Bona hæreticorum non ſolum laicorum , ſed etiam clericorum contra quorūdam ſententiam, & opinionem regali,& non pōtificali,fiſco ſunt applicāda,ibidē.n.48. fo.99.
Bulla Cruciata quid ſignificet,quid ſit,& vnde originem traxerit.q.1.c.1.nu. 2. fo.4.
BullæCruciatæ indulgentia omnibus competit chriſtianis ſtantibus in Hiſpania,& partibus de quibus ab authore mētio fit q.3.c.3.n.1. fo.11.
Bulla hæc noſtra Cruciata indiſtincte, & generaliter a reſeruatis abſoluēdi peccatis priuilegium cōcedit.11. clauſula.nu. 4. fol.118.

C.

Catholicum eſt o iuris axioma indulgentiam,non ſolum viuis, ſed etiam defunctis in modum ſuffragij prodeſſe contra Hoſtienſem,&Immolam.q. 2.c.2.n.10. fo.9.

Capi-

Capitulum etiam ſedeuacāte non poteſt indulgētias concedere.q.4.c. 4. nu. 10. fo.14.
Capitulum ſedeuacante bene poteſt diſpenſare, niſi prohibitū reperiatur.10. clauſula,nu.61. fol.103.
Cauendum eſſe a Gerſonis opinione cū vera doctrina docetur in .1. 2. & .3. clauſ.n.10. fol.27.
Cardinales quos ſolus Papa creare poteſt,quomodo, &quando ad perſonalem reſidentiam teneantur,& non poſsint,niſi legationis cauſa abeſſe.4. clauſ. nu.18. fol. 41.
Celebrans tempore interdicti generalis irregularis efficitur,ſecus tamen ſi tépore ceſſationis generalis, licet grauiter peccet, & puniri poſsit in.5.&.6 clauſ.nu.12. fo.57.
Ceſſatio ex grauiſsima cauſa, quæ vera notoria, vel ſaltim manifeſta ſit imponenda eſt,ibidem, nu. 21.fol.59.
Ceſſationis decem conditiones requiſitæ referuntur,ibidem,nu.22.fo.60.
Ceſſatio in ciuitate facta porrigitur ad ſuburbia, ibidem,nu.55. fol.67
Cenſuræ eccleſiaſticę appellatione tria tantummodo comprehenduntur,& quæ ſint illa oſtēditur.10. clauſ.nu.30. fo.93.
Chriſtiani, qui quomodocunque in Hiſpania, vel alijs regnis ſeparatis ſint, etiam ſi ad extranea regna receſſerint bulla Cruciata gaudebunt.q.3.c.3. nu.2. fol.13.
Chriſmatis ſacramentum recte poteſt ceſſationis tépore miniſtrari iuxta formam tex. in .c. alma mater.5.&.6.clauſula.num. 41. fol.65.
Clerici tempore ceſſationis horas canonicas ſecrete, & non bini(niſi ex priuilegio) recitare tenentur 5.&.6.clauſ.num.46. & 48. fo.65
Concilio generali legitime congregato concedendæ indulgentiæ poteſtas cōpetit



petit.q.4.c.4.nu.3.fo.13
Confirmationis ſacramentum tempore ceſſationis recte conceditur.5.& .6. clau.num.32. fol.63.
Confeſsionis vera definitio ab authore depingitur, 10.clauſula,num.3.fo.81.
Crimē hęreſeos cæteris omnibus deteſtabilius eſſe ab authore docetur, ibidem, num.39. fo.96.
Cum licētia & facultate amborum medicorū in quadrageſima, vel extra,cū bulla, vel ſine ea poteſt quilibet ex neceſsitate carnibus veſci.7.clauſu. nu.1. fo.69.

D.

Definitio indulgentiæ cum alia,quā tradit Soto oſtēditur.q.2.c.2.nu.5. fo.6.
Declaratio huius bullæ Cruciatæ in ante penultima clauſula.1.clau. num.23. fol.29.
Declaratio quorundam verborum.4. clauſulæ Bullæ.4.clauſ.n.26. fol.46. ponitur.
Difficilima ſacræ ſcripturę & Apoſtolorum loca diuerſa interpretantur .4. clau.nu.7. fol.36.
Dies dominici ab obſeruātia ieiunij ſubtrahuntur, &inter dies quadrageſimales non enumerantur in.7.clau.n.9. fo.71.
Diſputatur vtrū interdictū & ceſſatio inter ſe conueniant vel differāt.5.clau. nu.9. fol.56.
Diſputatur pro vtraque parte,vtrū ad hoc, vt aliqua propoſitio iudicetur hęretica ſit neceſſarium, vt eius aſſertor in baptiſmate fidem catholicam profeſſus fuerit.10.clau.n.43 fo.97.
Doctrina Sylueſtri iuſta de cauſa reprobatur .1.clau. nu.26. fo.29.
Doctiſsimus Dominicus Soto merito ab authore carpitur,ibidem,nu.9.fo 27
Dominicus Soto cum modeſtia ab authore carpitur,10.clau.nu.6. fo.82.
Duæ cōtrariæ opiniones facillimo negotio conciliātur.1.clau.n.6. fo.26.
Duæ

Duæ inter ſe opiniones ex diametro repugnãtes referuntur. Vtrum Epiſcopus poſsit in votis omnibus diſpẽſare, vel ea commutare, 10. clauſ. nu. 55. fol. 102

E.

Eccleſiaſtica ſepultura tempore ceſſationis non laicis, ſed clericis datur cum ſilentio & in cemiterio. 7. clau. nu. 42. fo. 65

Epiſcopis iam hodie cõceſſa eſt in quacunque irregularitate, vel ſuſpẽſione occulta diſpenſandi facultas, in. 4. clau. n. 8. fo. 36.

Epiſcopi qui in locũ Apoſtolorum ſucceſſerunt tenẽtur ad perſonalem reſidẽtiã, & ſub pœna peccati mortalis eos vltra tres mẽſes abeſſe nõ poſſe docetur, ibidẽ, n. 20. fo. 44.

Epiſcopus benedicere poteſt, ſed nõ ſolemniter. & quæ ſint illa quæ tẽpore ceſſationis epiſcopo liceant. 5. clau. n. 52. fol. 66 n iſine.

Epiſcopus nõ poteſt minuere pœnitentiam etiam a Papa iniunctam. 8. & 9. clauſ. fo. 74.

Epiſcopus recte poteſt in minoribus diſpẽſare, niſi expreſsim prohibeatur in maioribus minime niſi permittatur, & quæ ſint minora & maiora demõſtratur. 10. clau. n. 56. fo. 102.

Epiſcopus parochus, vel alij prælati inferiores nõ poſſunt in ſuarũ eccleſiarum præiudiciũ vouere ſine ſuperioris facultate, ibidẽ, nu. 84. fo. 108.

Epiſcopus quando voueat quæſtionis erat quis cum eo poſsit diſpenſare, & re ſoluitur teneri tũc pœnitentiarium eligere vt cõmutet vel diſpenſet cum eo in illis votis in quibus ipſe cum alijs ſolet diſpẽſare, ibidẽ, nu. 85. fo. 108.

Eucharistiæ ſacramentũ ceſſationis tẽpore infirmis tantũ, & nõ ſanis miniſtratur. 5. clau. n. 34. fo. 64.

Eugeniana cõſtitutio hodie iã derogata eſt, & nouus, ac verus eiuſdem traditur intellectus. 4. clau. n. 30. fo. 48.

Ex nutu ipſo, & conatu in mutuo vera cõfitendi, ſeu alia ſacramenta recipiendi voluntas deprehenditur. 1. clau. n. 30. fo. 30

Extenſio & declaratio 4. clauſulæ huius bullę Cruciatæ ex tex. in. c. petitio de homicidio. 4. clau. n. 10. fo. 37.

Exẽplo morientium ad vltimum cõdemnatis ſupplitiũ euchariſtiæ ſacramentũ non denegatur. 5. clauſula, nu. 36. fo. 64

Extremę vnctionis ſacramẽtũ non poteſt tẽpore ceſſationis miniſtrari, ibidẽ, nu. 37. fo. 64.

Ex priuilegio ante. c. alma mater etiam hodie priuilegiatis licet miniſtrare ſuper altare portatili, ibidem, nu. 54. fo. 67.

Executio voti nouitij intra annũ probationis ſuſpenditur, ſi tamẽ non permãſerit obligatus eſt ad implemẽtum. 10. clau. n. 83. fo. 107

F.

Fauore religionis ſequuta profeſsione omnis illegitimationis macula quoad ordines ſuſcipiẽdos aboletur omnino in. 5. & 6. clauſ. nu. 8. fol. 55.

Familiares domeſtici, qui & a quibus intromitti poſſunt ad audiẽdã miſsã, & cętera diuina tẽpore ceſſationis, ibidẽ, n. 50. fo. 66.

Fructus beneficij, & quotidianę diſtributiones an à ceſſantibus quęrãtur diſputatur ibidẽ. n. 57. f. 67.

Fruſtra priuilegij auxilium implorat, qui verba priuilegij cõplexus contra priuilegij tẽdit voluntatẽ in. 11. clau. n. 2. fo. 118.

G.

Gratiæ per Romanũ Pontificẽ cõceſſæ perpetuo durãt, & morte cõcedẽtis non ſpirãt in. 5. q. c. 5. n. 1. f. 20

H.

Habẽtes beneficia curata ad perſonalẽ tenẽtur reſidẽtiã, & abeſſæ nõ poſſunt niſi cum licentia ſuperioris ex graui cauſa conceſſa, & in ſcriptis redacta, quæ vltra duos mẽſes nõ porri-

porrigitur ex noua Tridẽtini deciſione. 4. clau. n. 22. fo. 43.
Hæreticorum doctrina circa indulgentias, & eas cõcedendi poteſtatem hodie ex Trid. Cõcilio damnatur in. q. 4. c. 4. nu. 2. fol. 13.
Hæreticus eſt, qui pertinaciter aſſeuerauerit ſimplicẽ fornicationem non eſſe lethale peccatum lege naturali, & diuina vetitum 10. clau. n. 42. fo. 97.
Hæreticus ſi pœniteat, & paratus ſit ad fidem catholicam redire, & ſuam hæreſim abiurare omnes euitabit pœnas pręter excõmunicationem, & perpetui carceris condemnationem, ibidem, n. 45. fo. 98.
Hodierna eccleſiæ conſuetudo, qua cauetur ſimplicia beneficia perſonalem reſidentiam non requiri quomodo intelligatur in 4. clau. nu. 14. fo. 39.
Hodie virtute Bullæ Cruciatę in decima clauſula, quicunq; ſacerdos modo ſit approbatus poterit ſemel in vita, & iterum in articulo mortis quoſcunque pœnitẽtes de quibuſcunque peccatis cẽſuris, & caſibus etiã Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, & declaratis in Bulla Cœnæ Domini abſoluere. 10. clauſ. nu. 12. fo. 85
Huius Bullæ Cruciatæ deciſio in. 4. clauſula circa reſidentiam loquens, quas perſonas, & beneficia cõprehendat declaratur. 4. clauſula, nu. 23. fo. 44

I.

Iam hodie ampla cõceditur epiſcopis in irregularitate, & ſuſpenſione occulta diſpenſandi facultas. 10. clauſ. nu. 32. fo. 94.
In bullis, & iubileis, necnõ in indulgentijs conſequẽdis iuſtã ſemper præſumitur ſubeſſe cauſam. 1. clau. nu. 3. fo. 25. in fine.
Indulgentiæ nomẽ ęquiuocũ eſt, & ſic diuerſimode varia ſignificat. 2. q. c. 2. nu. 1. fo. 5.
Indulgentia duplex eſt, & qualis vtraque ſit demõſtratur, ibidem, nume. 4. fo. 6. ad medium.
Indulgentiarũ conceſsio nõ ſolum poſt conſecrationem, ſed etiam poſt ſolã electionem prælatis competit. quæſt. 4. c. 4. nu. 5. fol. 13.
Indulgentias concedere nõ ordinis, ſed iuriſdictionis eſt, ibidem, nu. 6. fol. 7.
In dulgentiæ cum temporis limitatione conceſſæ lapſo tempore limitato ſpirant in. q. 5. c. 5. nu. 2. f. 21
Inducta ad vnum effectum non debent contrarium operari. 10. clau. n. 23. f. 89
In diebus quadrageſimalibus quanuis per bullam Cruciatã oua, lac caſſeũ & ſimilia comedere liceat, nõ tamen licebit per eam ſagimina, nec lardũ edere. 7. clau. n. 4. fo. 69.
In elargitione eleemoſynæ pro conſequendis gratijs, & indulgentijs in Bulla Cruciata contentis nulla committitur ſimonia etiã ſi prima facie dari ſpirituale pro tẽporali videatur. 8. clau. n. 2. fo. 72.
Infans vſque ad ſeptenium bene pot eſt tempore interdicti miſſam, & cætera ſacramenta audire, ſepultura tamen illi in eccleſia denegatur. 7. clau. nu. 17 fo. 72.
In generali cõmiſsione ab epiſcopo Vicario generali facta non veniunt ea, quæ epiſcopus in ſpecie vero ſimiliter non eſſet conceſſurus. q. 4. nu. 15. fol. 15. in fine.
Impedimenta irregularitatis an a diuino, vel humano iure ſint introducta pro vtraque parte diſcutitur. 4. clauſ. n. 4. fo. 34. in fine.
Impropria quęſtorũ loquela reijcitur, & ab authore refertur. 2. q. nu. 12. fol. 6. in fine.
In porrigenda indulgentia, quę differẽtia ſit inter Papam, & cæteros prælatos q. 4. n. 33. fol. 20.
In pulſatione campanarum ſemper

ſemper eſt regionis vſus obſeruandus.5.clauſ.nu. 45. fo.65.
Impium aliquod opus omnia vota, ſiue realia, ſiue perſonalia, vel mixta (exceptis caſtitatis, religionis, & vltramarini votis) virtute bullæ Cruciatæ poſſunt a confeſſore approbato commutari .10. clau.num.54. fo.101.
Innocentij intellectus ad tex.in .c. commiſſum de ſponſalibus merito ab authore carpitur, ibidem, num.113. fo.113.
In omnibus caſibus in quibus poteſt maritus religionem profiteri, poteſt etiam ſacris initiari, ibidem, nu.69. fo.105
Intellectus ad tex.in.c.vnico de clericis, non reſidẽtibus in.6. 4.clau.nu.24 fol.47.in fine.
Intellectus ad Conc. Trid. ſeſſ.24.c.12.de reformatione, ibidem, n.36.fo.50
Intellectus ad tex.in clem.1. de ſententia excõmu.5. clauſ.nu.17. fo.59.
Intellectus ad quædam verba.5.&.6.clauſulæ huius bullę Cruciatæ, ibidem, num.29. fo.63.
Intellectus ad quædam verba.5.&.6.clauſulæ bullæ Cruciatæ, ibidem, nu.49 fol.66.
Intellectus ad quædam verba.7.clauſulæ huius bullę Cruciatæ in.7.clauſ.n. 2. fol.60.
Intellectus ad quædam verba.7. clauſulæ, ibidem, nume.7. fol.82.
Intellectus ad .l. penultimã ff. de arbitrijs.8. clauſu. num.5. fo.73.
Intellectus ad.l. ſi mandauero ti.§. ſi tibi centum .ff. mandati, ibidẽ, n.7.f.86.
Intellectus ad.c.2. §. ſtatuto de conſtitutionibus.in.6 ibidem, nu.8. fol.74.
Intellectus ad quædam verba.10.clauſulę bullę Cruciatæ in.10.clauſ, num.9. fol.84.
Intellectus ad.c.eos de ſent. exco.in.6. & ad.c.quod de his eodem titu.ibidẽ, num.13. fo.85.
Intel-



Intellectus ad tex.in.c. cum ad monaſterium de ſtatu monachorum, ibidem, num.106. fo.105.
Intellectus veriſimus ad .c. commiſſum de ſponſalibus, ibidẽ, n.114.fo.115.
Interpretatio ad .c. quod in te de pœnit.& remiſſ. 8. clauſ.num.10. fo.74.
Interpretatio ad opinionem Baldi traditur.10.clauſu. num.24. fo.90.
Intellectus ad quædam verba decimæ clauſulæ, ibidem, nu.49. fo.100
Intellectus ad alia verba eiuſdem.10.clauſulæ, ibidem, num.50. fo.100.
Interdictum, & ceſſatio quid ſint, & vtriuſq; vera definitio demonſtratur in.5. clauſ.num.10, fo.56.
Interdicti eccleſiaſtici traditur vera in genere definitio, ibidem, nu.18.fo.59. ad medium.
Interdicti maioris eſt effectus quoad pœnam celebrãtis, ceſſatio vero quoad modum celebrãdi, ibidem.n.19. fo.59.ad finẽ.
In valente loqui actualis requiritur confeſsio, in muto vero requiritur ad minus, quod nutu, vel ſignis peccata confiteatur, in.1. clauſ.num.28. fo.31.
In voto caſtitatis pœnali, vel ad tempus diſpenſat epiſcopus.10.clau.num.103. fo.132.
In voto caſtitatis pœnali, vel ad tempus recte etiã poſt violationem iure proprio poteſt epiſcopus diſpenſare, ibidem, nu.109. fo.113.
Irregularitatis veriſima definitio ab authore depingitur in.4.clau.n.3.fo.34
Irregularitas, & eius impedimenta in iudicando, & cõſulendo verius eſt, non diuini, ſed humani iuris eſſe, ibidem.n.6. fo.35.
Irregularitas circa impediẽdos ordines ſuſcipere, vel ſuſceptos ſuſpendere, ex quinque ſolummodo cauſis euenire ſolet, ibidem, num.9. fo.36.
Irregularis eſt ille, qui ſine Romani Põtificis facultate

tate etiam proteſtatione præmiſſa teſtimoniũ in cauſa ſanguinis protule rit dũmodo ex tali depo ſitione mors, ſeu mẽbri mutilatio ſequatur ibidem.nu.11. fol.38.
Iura canonica vltimi ſupplitij imponentia quomodo procedant veriſsime interpretatur ibidem.n. 13.fol.39.in fine.
Iuriſconſultus Papinianus merito ab authore reprehenditur.1.clauſ. numero.19. fol.26.
Iuſta & rationabilis cauſa requiritur, vt denũtiationes remittantur.q.4.nu. 26.&.27.vbi traditur intellectus ad Trid. Conc. ſeſſ.24.c.6.in.2.reformatione. fol.18.

L.

Late diſputatur, vtrũ annus conceſſus ad in quacumque religione approbata profeſsionem faciendam debeat eſſe cõtinuus, vel interpollatus, & quid fauore religionis in.5.& 6. clauſ.nume.7.fol.54. in fine.
Legati Sedis Apoſtolicæ, & Nuncij concedendæ indulgentię poteſtatem non habent, niſi a Pontifice illis talis ſit attributa poteſtas, quæſt.4.ca.4. num.8. fol.14.
Legatus Sedis Apoſtolicæ intra prouinciam ſuæ legationis recte diſpenſat, niſi nominatim prohibeatur.1.clauſ.nu.60. fol.103.
Lex fori nũquam in praxi cuſtoditur, niſi in locis, in quibus eam ſeruandi conſuetudo abſque controuerſia vigeret, ibidem .n. 29. fol.93.
Licet nomen hoc (irregularitas) latiſsimam habeat ſignificationem, per quãdam tamẽ excellentiam ad ordinandos, ſeu ordinatos eam referri neceſſe eſt.4.clauſu.numer.2. fol.34.

M.

Maritus, ſeu vxor altero inuito, & reluctante minime



me ad votum cõtinentiæ aſtringitur, imo ſi vxor votum marito præiudiciale fecerit poterit ab eo tanquam a capite irritari 10.clauſ.nu.64. fo.104.
Maritus in ſua vxore profeſſus, vel ſacris initiatis ordinibus grauiter peccat & vxori petenti reſtituendus eſt, & idẽ ſi vxor contradixerit obſeruandum eſſe docetur, ibidẽ, nu.70. fo.105
Maritus ſine vxoris licentię recte deferendo ſubſidio Terræ ſanctæ vouere poteſt, & quid de vxore idẽ vouente, ibidem, nu.71. fo.105.
Matrimonij ſacramentũ tẽpore ceſſationis recte miniſtrari poteſt in.5.&.6. clau.n.38. fo.64.
Merito doctrina ſupplemẽti Gabrielis reprehenditur in ſupra ſcriptione.c. 7.nu.27. fo.31.
Miſſero errore lapſos fuiſſe Sotum, & eius ſequaces apertiſsime oſtenditur in 10.clauſ.n.31. fo.94
Mortuo epiſcopo, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter ſtatim eius Vicarij ſpirat iuriſdictio .q.4.c.4.n.16. fol.15.in fine.
Monachi votum contra ſuæ religonis ordinationem factum, nullum eſt, & ideo nulla irritatione commutatione, vel diſpẽſatione indigere.10.clau.nu.79. fo.107.
Monacha, & fœmina (quæ maritum habet) recipientes ob mercedem coitus pecuniam aliquam non tenentur eam in foro animæ interiore reſtituere, etiamſi iniuriam monacha religioni, & adultera marito fecerint, in vndecima clauſ.n.11. fo.120.
Mulieri pregnanti tempore ceſſationis euchariſtiæ ſacramentum datur.5.&.6 clau.nu.35. fo.64.
Mulier ante matrimonium continentiam vouens ſi cõtrahit peccat, & poſtea quoties fregerit peccabit, ita quod poſt conſũmatũ matrimonium vxor debitum

tũ reddere poteſt exigere tamen ſine peccato minime, niſi in duobus caſibus relatis in.10.clau.nu. 65. fo.104.

N.

Nemo poteſt a peccatis abſolui,niſi prius ſit a cenſuris abſolutus.10.clauſ. num.10. fo.97.

Nefarius quorundam hæreticorum dicentium iniuſte,& contra regulas charitatis eſſe Papam aliquorum caſuum abſolutionem reſeruare refertur error, ibidem, nu.36. fo.96.

Nimia difficultas excuſabit quenquam à peccato etiã ſi ſit vlla eccleſia,vel perſona priuilegiata.5.&.6. clauſula. numero. 27. fol.62.

Niſi contraria extiterit conſuetudo, vel cõmiſſarius Bullæ Cruciatę contrariũ declarauerit iuridica concluſio eſt clericos vtroſque in diebus dominicis quadrageſimæ poſſe lacticinijs omnibus veſci in.7. clauſula. nume.10. fol.71.

Nouus intellectus, & veriſsima cõcordia ad Cõc. Trid.ſeſsione.14.c.7.& clem. vnica de homicidio, quæ adinuicem inter ſe prima facie pugnare videbantur.4.clauſu. nu.12. fol.38.

Notarius non poteſt authorizare inſtrumẽtum pro ſe in propria cauſa factũ in 8.&.9.clauſ.nume.6. fol. 73.

Nouitius cum ante profeſſionem voluntati nondũ renunciet illius voti irritatio prælato minime cõpetit. 10.clauſ.nume.82. fol.107.

Non valet priuilegiũ, quod cauſam peccandi præbet & peccato patrocinatur 11. clauſula. numero. 3. fol.118.

Nulla in ſenſu, & ſignificatione diſcriminis ratione inter nomen hoc plenariam,pleniorem &pleniſsimam in.1.clauſ.n.18 fol.28.





Nulla eſt hodie differentiæ ratio inter plenariam indulgentiam,& iubileũ quod vulgo pleniſsimũ appellamus ibidẽ.n.24. fol.30.

Nulli equites quatuor ordinum militarium ſub prohibitione nõ veſcendi lacticinijs in quadrageſima continentur.7.clauſ. num.12. fol.71.

Nunquam contrahitur irregularitas,niſi in caſibus a iure expreſsis in.5.&.6. clauſ.nu.15. fol.58.

O.

Obligatio reſtitutionis qualis naſcatur ex ceſſatione ab eo qui ceſſat,& ob quẽ ceſſatur.5.&.6. clau. nu. 16. fol.67.

Omnes literæ Apoſtolicæ appellantur Bulla ſi habuerint requiſita de quibus in.1. quæſt.c.1.nu.2. fol.4.

Omnes Gratiæ, vel indulgẽtię per reuocationẽ, vel ſuſpenſionẽ omnino ſpirant in ſupra ſcrip.cap.6. num.2. fol.22.

Omnis indulgentia proportionata correſpõdet operi pio in .1.clauſ.num.8. fo.27.

Omnes habentes dignitatẽ aliquam in eccleſia cathedrali,vel collegiali reſidere compelluntur.4.clau. nu. 21. fol.42.

Omnia priuilegia gratię,ſeu indulta per bullam Cruciatam conceſſa ſpatio vnius anni clauduntur a publicatione enumerando, quo elapſo omnino extingui & ſpirari dicendum eſt,in.5. &.6.clauſ. numer.1. fol.52. in fine.

Omnis ille, cui ingreſſu eccleſiæ interdictus eſt ſi miſſam nõ audierit non peccat, quid & quando ingreſſus, vel ſacerdotale miniſterium impediatur oſtenditur ibidem. num.2 8. fol.62.

Omnia vota etiam religionis, caſtitatis, & vltramarini ſecundum iuris interpretationem accipienda ſunt, ideo non

dure, & amare, ſed benigne, & ſuauiter erũt interpretanda. 10. clau. nu. 88. fo. 109.
Omne votum commutabile ac diſpenſabile eſſe ex iuſta ſcilicet cauſa, & cum ſuperioris authoritate docetur, ibidẽ, n. 101. f. 112.
Opinio Veracruz iuridice ab authore fulcitur. q. 3. c. 3. n. 20. fo. 17.

P.

Papa dicitur ordinarius ordinariorum. 4. q. c. 4. n. 24. fo. 18.
Papa bene poteſt diſpenſare, vt dum ceſſatur diuina celebrentur officia. 5. & 6. clau. num. 24. fo. 61. in principio.
Papá recte potuiſſe in bullam Cœnæ Domini ſibi tantummodo grauiora peccata reſeruare. 10. clauſula, nu. 38. fo. 96.
Papam habere poteſtatem concedendi indulgentias. c. 7. num. 1. fo. 23.
Patriarcha, Cardinalis, & Primas nõ poſſunt indulgentias cõcedere, niſi habuerint ſuæ dignitati annexam, epiſcopalem, vel archiepiſcopalem iuriſdictionem. q. 4. c. 4. nu. 7. fo. 14.
triarcha iuridice ad reſidentiam aſtringitur perſonalem in. 4. clau. num. 17. fo. 40.
Per indulgentiam non ſolũ pœnitentiæ iniunctę, ſed etiam iniungẽdæ omnino remittuntur in. 2. q. c. num. 6. fo. 7.
Peregrina quorundam opinio ab authore refertur, 1. clau. n. 5. fo. 25. in fine.
Pœnæ hæreticorum remiſſiue traduntur. 10. clauſu. num. 44. fo. 98.
Permutationem in ſpiritualibus propria authoritate factam improbam, & punibilem eſſe docetur. 10. clauſu. num. 111. fo. 114.
Poteſtas concedendi indulgẽtias a Petro, & eius ſucceſſoribus in prælatos inferiores priuatiue vnicuique pro ſua iuriſdictione & diœceſi diſtincta profluxit, & emanauit in ſupraſcriptione, nu. 2. fo. 23.
Pontificem maximum poſſe ſecum ſicuti cum ſubditis in voto diſpẽſare, vel cõmutare verius eſſe defenditur. 10. clauſ. nu. 87. fo. 108.
Priuilegium perſonale perſonam ſequitur, & extinguitur cum perſona. q. 3. cap. 3. num. 3. fo. 11.
Priuilegiatus non audiens miſſam tempore ceſſationis, vel interdicti generalis vtrum peccet mortaliter quorũdam opiniones referũtur, in. 5. & 6. clau. nu. 25. fo. 62.
Priuilegium tempore ceſſationis conceſſum ad caſũ prohibitum non extenditur ad alium etiam ſimilem, ibidem, nu. 30. fo. 63.
Prædicare tempore ceſſationis poteſt pręſentibus excommunicatis, & his quorum cauſa ceſſatur, ibidẽ, num. 43. fo. 65.
Præceptum de ieiunãdo neminem aſtringit ante vigeſimum primum annũ completum in. 7. clauſu. num. 14. fo. 71.
Præceptum communionis neminẽ obligat ante decimum quartum, vel decimum quintum annum ibidem, nu. 15. fo. 71.
Pręſcriptione, priuilegio, ſeu conſuetudine iuriſdictio ordinaria, etiam in vtroque foro dari, & acquiri ſolet. 10. clau, nu. 5. fo. 82.
Primum corollarium quod ex. 2. concluſione, 1. clauſulæ Bullæ Cruciatæ deſumitur depingitur in. 1. clau. nu. 18. fo. 28
Prorogatio in quolibet ſenſu, & ſignificatione ſemper extenſionem quandam ſignificat in ſupraſcrip. c. 6. num. 1. fo. 21.
Proprius miniſter ſacramẽti confeſsionis eſt epiſcopus diœceſanus, vel proprius ſacerdos in. 10. clauſula, nu. 2. fo. 81.
Propter ſpem melioris cõmoditatis poteſt differri voti implementum cuius aliqua tradũtur exempla 10.

10.clau.nu.97. fol.110.

Propter periculum fornicationis, ſi vero ſimiliter ſuſpicatur incontinentia vouentis,ſeu propter veroſimile periculum, vel difficultatem adeundi Pōtificem poſſe epiſcopum diſpenſare docetur, ibidem,nu.102. fo.112

Q.

Quare hac tempeſtate a noſtro Romano Pontifice Gregorio.14. & ab omnibus eius prædeceſſoribus bulla Cruciata,ſic nūcupetur.q.1. c.1.num.3. fo.14.

Quando nomina hæc plena,plenior,& pleniſsima ſimul concurrant alterū alteri nihil addit cū vnū pro alio ſæpiſsime vſurpetur.1.clauſ. numc.22. fol.29.

Quamuis presbyteri omnes in ſua ordinatione a peccatis abſoluendi poteſtatem accipiant, non tamen eam habent in actu,ſed in habitu tãtum reducibili ad actum & exercitui niſi ea de quibus in.10.clauſ.nu.4.fo.81.concurrant.

Quando lex pontificia diſpenſationem permittit, ſemper in dubio epiſcopo committi videtur, ibidem,nu.57. fo.102.

Quamuis ſolus Papa poſsit ex cauſa in voto caſtitatis diſpenſare, ſecurius tamen erit aliquam commutationem iniungere, ibidem,nu.107. fo.113

Quænam ſit pœna temporalis per indulgẽtiam remittenda declaratur.q.2. num.11. fo.10

Quæ dicatur cauſa ſuccurrẽdi in bello iuſto, & ad hoc quod iuſtum dicatur bellum tria cōcurrere neceſſum eſt in .1.clau.nu.7. fo.26.

Quæſtio, Vtrum tempore ceſſationis generalis a diuinis,diuina poſsint officia celebrari ſeruata forma appoſita in interdicto generali,per tex.in.c. alma mater pro vtraq; parte diſpu-



diſputatur.5. &.6. clauſ. num.11. fol.56.

Quæſtio, Vtrum ceſſatio a diuinis licita ſit, & quæ ſit ratio, vt iuſta dicatur, ibidem,nu.20. fo.59.

Quæ ſint illa, quæ tãtum fieri liceant ceſſationis tempore,ibidẽ,nu.44.fo.65

Quæſtio,Vtrum Romanus Pontifex poſsit frui gratijs omnibus, & indulgẽlijs in noſtra Bulla Cruciata, & in alijs partibus per cū conceſsis ſi requiſita ad impleuerit in 8. &.9.clau.num.3. fo.73.

Quæ ſequerentur abſurda ſi ſemper eſſet expectanda mortis certitudo,vt periculum,ſeu articulo mortis diceretur.10.clau.nu.15. fo.86.

Quem ſenſum habeat nomen hoc (prorogatio) in ſupra ſcriptione noſtræ bullę appoſitum ab authore oſtenditur.c.6. nu.3. fo.22.

Quid autẽ ſit culpa, & pœna remiſsiue depingitur, q.2.c.2.nu.8. fo.8.

Quid ſignificet,& quæ differentiæ ratio ſit inter nomen plenam,pleniorem, & pleniſsimam.1.clauſu. nu.17. fo.28.

Quid,& quale ſit priuilegiū per Eugenianam cōſtitutionem Salmanticēſi ſtudio, & alijs generalibus vniuerſitatibus conceſſum docetur in.4.clauſu. num.29. fo.47.

Quid hodiernus ſtylus requirat circa beneficiatos volentes ſe a beneficijs cauſa ſtudendi in Salmanticenſi Academia, vel in alijs generalibus vniuerſitatibus abſentare ibidem num.31. fo.48

Quid agendum ſit parocho iuſtã corã ordinario abſentię cauſam allegando & nihilominus ab eodẽ ordinario reſidere cogatur,ibidem,nu.32.fo.48.

Quid ſit Bulla in Cœna Domini declaratur.10.clau. num.33. fo.94.

Quis dicatur proprie hæreticus demonſtratur,ibidẽ num.40. fol.96.

Qui

Qui religionem vouerit regulariter obligatur ingredi cum primũ potuerit, niſi vouerit poſt talẽ cauſam, vel impedimentum ſublatũ ingredi, quia tũc quouſque illud auferatur non obligatur, ibidem, nu.96. fo.100.

Quod tẽpus requiratur de iure ciuili, vel regio ad inchoandum inuentarium quando res inuentariandæ ſunt præſentes, vel abſentes, & vtrunque continuum eſſe demonſtratur in.5.&.6. clauſ. num. 5. fo.54.

Quorundam extenſio refellitur ad.c.alma mater de generali interdicto iuxta formam ad ceſſationem generalem, ibidem, n.16. fo.58.

Quoad legis diuinæ obſeruãtiam Papa vtraque vi, tam coactiua, quam directiua tenetur in .8. & .9. clauſ.num.12. fol.75.

R.

Ratio quare tria illa vota religionis, ſcilicet caſtitatis & vltramarini ſoli Pontifici reſeruata in noſtra bulla non commutãtur, nec diſpenſantur.10.clauſula, nu.110. fo.113.

Religioſi votum fieri recte poteſt in his, quę nec a regula, nec a prælato prohibentur, nec religioni præiudicant, & cauſa exiſtente poterit a prælato abſolui, ibidem, nu.80. fo.107

Religioſi vota intra annum pfeſsionis emiſſa an poſſint a prælato irritari diſputatur, ibidem, num.81. fo.107

Reſidentia in omnibus beneficijs omnino requiritur in.4.clau.n.15.fo.40

Romanus Pontifex habet poteſtatem ſibi diuinitus traditam indulgentias cõcedendi in.q.4.c.4.n.1. fo.13.

Romanus Pontifex ad reſidentiam tenetur perſonalem.4.clau.n.16.fo.40.

Romanus Pontifex quoad l. poſitiuæ obſeruãtiam vi tantũmodo directiua non vero coactiua aſtringitur in.8.&.9.clauſ. nu. 11. fo.75.

Romanus Pontifex, vtrum poſsit de mero iure aliquorum caſuum abſolutionẽ, ſibi reſeruare, diſputatur in.10.clau.nu.35. fo.95.

Romanus Pontifex ſi votũ fecerit quis cum eo poſsit diſpẽſare, cum in terris ſuperiorem quenquam non recognoſcat ventilatur, ibidem, num.86. fo.108

Romanum Pontificem recte poſſe cũ monacho profeſſo ad matrimoniũ contrahendũ diſpenſare, ſi cauſa maxima, & rara nempe pro publica totius regni catholici vtilitate, & ſucceſſione, ita poſtulauerit, ibidem, nu.104. fo.112

S.

Sacramentalis confeſsio eſt illa, quæ fit ſcilicet a muto per nutum, & ſigna verbis æquiualentia.1.clau.n.29. fol.31.

Sacramentorum formã, ſeu materiam a Romano Põtifice, nec a Concilio vniuerſali poſſe tolli, vel mutari tenendũ eſt in.4.clauſula, num.5. fo.35.

Sacramentum baptiſmi tẽpore ceſſationis recte poteſt ſolemniter miniſtrari in.5.&.6.clau.n.31.fo.63.

Sacramentum pœnitentiæ ceſſationis tẽpore, tã morientibus, quam ſanis porrigitur, ibidẽ.n.33. fo.63.

Sacramenta, quæ olim hæc, & non plura hodie ceſſationis tempore miniſtrantur etiã in eccleſia ſpecialiter interdicta, ibidem, nume.40. fo.64.

Scrupuloſa magis, quam vera eſt differentię ratio inter nomina hęc plenã, pleniorem, & pleniſsimam, 1.clauſ.num.21. fo.29.

Scholaſtici exiſtentes in aliqua vniuerſitate approbata circa ſui voti diſpẽſationem, tres iudices, ac prelatos habere poſſunt, & in cuiuslibet eorum electione erit a quolibet voti diſpenſationẽ poſtulare .10. clauſula, num.98.fo. 111.

Semper indulgentiam ex iuſta, & rationabili cauſa cõcedendã

cedendam fore credendũ eſt.1.clau.num.2.fo.24.
Sẽper pœna debet eſſe proportionabilis delicto, ſicuti pro mẽſura peccati debet eſſe plagarum modus ibidem, nu.4. fo.25.
Secunda trium primarum clauſularum huius bullæ ab authore concluſio reponitur, ibidẽ, n.12.f.27.
Senſus ad extrauagantẽ primam de pœnitentijs, & remiſſ. traditur, ibidem, num.20. fo.29.
Seruus in illis omnibus, in quibus dominiũ habet, & domino non prẹiudicat obligatur ex voto, & a domino tũc nõ poteſt irritari.10.clau.nu.74.fo.106
Si iuxta abſentiæ cauſam nõ allegando beneficiarij licentiam ab ordinario diſcedendi petierint, & ea non obtenta receſſerint, qua pœna puniantur.1. clauſ.nu.33. fo.49.
Si hæreticus ſit relapſus etiã ſi pœnitere voluiſſet cõcremandus eſt.10. clauſ. num.46. fo.99.
Si alter ex coniugibus, ſine alterius cõſenſu, & volũtate continentiã vouerit non poteſt alteri præiudicare, ibidẽ.n.67.fo.104.
Si maritus votum fecerit de danda eleemoſyna in tãta quantitate, quod & ipſi, & ſuæ familiæ prẹiudiciale ſit, non obligatur, ibidem, num.72.fo.106.
Sicuti votũ per ſeruum, vel filium impuberem factũ a domino, vel parente irritatur, ſic etiam votu per monachum iam profeſſum a ſuperiori irritari ratio poſtulat, ibidem, nu. 77. fo.107.
Si quis vouerit certum nominatim monaſteriũ ingredi, & ingreſſus a monaſterio repellatur non permanet vlterius obligatus niſi in voto aliud exprimeret, ibidẽ, n.89. f.109.
Si Titius vouerit religionẽ ingredi, quæ monaſteria ſi nõ admittatur in primo adire debeat, dubitatur, & prudẽtibus placuit, vt in quinq; monaſterijs pro pin-



pinquioribus habitũ petat, a quibus ſi denegetur vel excludatur exemptus eſt a voti obligatione, ibidem, num.99. fo.109.
Si quis a monaſterio expellatur, ex eo quia officium ignoret non tenetur in ſeculo officium diſcere, vt admittatur, ibidem, n.95 fol.118.
Si quis eleemoſynã pro bulla ex refurtiua, & ſubrepta dederit non valet ei bulla.11.clauſu.nume.8. fo.19.
Si meretrix ex turpi ſuo queſtu eleemoſynã pro bulla dederit valet ei bulla, quia licet turpiter faciat meretricando, non tamen turpiter pro eo faciendo meritricio interesse recipit, ibidem, num. 9. fo.119
Si quis receperit, & retinuerit bullam, & in ea per quæſtorem nomen aſcribatur, licet poſtea eã perdiderit valet ei bulla, & eius virtute poterit abſolui modo in eam perdendo grauem non habuerit culpam, ibidem, num.13. fo.120.
Solus Deus authoritatiue culpam peccati remittit, & ſi inſtrumentaliter ſacerdotes a peccatis abſoluant, quo modo diuerſa conciliantur iura.q.2.c.2.n.7. fo.7.
Solus ſacerdos ſine iudicis licentia non poteſt virtute Bullæ Cruciatæ, vel iubilei etiam conſentiente parte ad reincidentiã abſoluere, in.10.clau.n.27. fo.91.
Solemnia, quæ hodierna die interuenire neceſſaria ſunt ad procedendum contra parochos abſentes ſine iuſta cauſa, & ſuperioris licentia in ſcriptis redacta.4.clauſ.num. 34. fo.49.
Summaria triũ noſtræ bullæ clauſularum primarum concluſio depingitur, in.1. clauſu. nume.1. fo.24.
Suſpenſus interdictus, & excommunicatus in peccato

to mortali exiſtentes tenẽtur horas canonicas recitare.5.&.6.clauſ. nu.47. fo.65.

T.

Tanta poteſt eſſe contrictio vt pœna temporalis ſimul & æterna remittatur .q.2. c.2.num.9. fo.8.

Tempus annale de quo in hac bulla ſæpe mentio fit de tempore continuo, nõ vero de vtili, vel interpellato intelligendum eſt in 5.&.6.clau.nu.3. fo.53.

Tempus appellationis iure antiquo quantum eſſet, & hodie in vtroq; forõ quãtum ſit, & vtrumque continuum eſſe debere ab authore docetur, ibidẽ, nu. 4. fo.53.

Tempus quinquenij, quod requiritur ad præſcribendum crimen adulterij nõ vtile, ſed continuum eſſe debere dicitur, ibidem .n. 6. fo.54.

Tempore interdicti, vel ceſſationis omnino, & ſub peccato mortali in eccleſia priuilegiata omnis Chriſti fidelis miſſam audire tenetur, ibidem, n.26.fo.62.

Triplex ex votũ, reale, perſonale, vel mixtum, & cuiuslibet exemplum, demõſtratur in.10.clauſ. nu.53. fol.101.

V.

Vera decidendę cuiuſdam quæſtionis ratio ponitur, q.4.c.4.nu.14. fo.15.

Verius eſſe Vicarium generalem epiſcopi cauſæ matrimonialis cognitionem habere, ibidem, nu.28. & in nu.29. traditur intellectus ad Conc. Trid. ſeſſ.24 c.20. fo.19.

Vera quorundam verborũ 1. clauſulæ noſtræ bullæ declaratio in.1.clau.num. 25. fo.30

Veriſsima declaratio ad tex. in.c.relatum, verſi.niſi forte de clericis non reſidentibus in.4.clauſ.num.25. fo.47.

Verus ſenſus ad.c. ad noſtrã el.1.de iureiurando, ibidẽ num.20. fo.47.

Veriſsimus intellectus ad.c. 2. de pœnit.&remiſ.in.6. 10.



clau.nu.7. fo.82.

Verius eſſe articulum, & periculum mortis idem eſſe, & ſic de vtroque debe ri intelligi verba illa (articulo dela muerte) interpretatur, ibidem, nu.14. fo.85

Verior, & genuinus ſenſus ad tex. in .c. eos de ſent. excom.in.6, ibidem, nu. 16. fo.86.

Verus ſenſus ad regulam actus legitimi, ibidem traditur, nu.20. fo.88.

Verior, & receptior opinio eſt, quod lapſo termino prorogato per ſolam partem abſque iudice reincidat abſolutus in excommunicationem ipſo iure, ibidem, nu.26. fo.91.

Vera relatio, & intellectus ad tex.in.c.peruenit, el.2 de iureiurando, ibidem, num.116. fo.116.

Vera ab authore traditur reſolutio, quomodo, & quãdo poſsit, vel non a peccatis reſeruatis ex confidentia commiſsis virtute bullæ Cruciatæ abſolui .11. clau.num.5. fo.118

Valet conceſsio indulgentiarum facta ab eis, qui ſi nõ vere prælati ſint, tempore tamen cõceſsionis vulgi opinione pro veris reputabantur .q.4. cap.4. num.32. fo.20.

Vicario generali, vtrum cõpetat indulgentiarũ conceſsio late diſcutitur, in quæſt.4. capit.4. nu.11. fo.14.

Vicarij generalis vnum, & idem tribunal, & auditorium eſt, ibidem, nu.12. fo.14.

Vicarius generalis epiſcopi beneficia conferre, niſi ad id mandatũ habuerit ſpeciale, ſecus tamen ad pręſentationem patroni, ibidem, num.17. fo.16.

Vicarius generalis epiſcopi ex generali commiſsione ſibi facta non poteſt quẽquam eccleſiaſtico beneficio, aut adminiſtratione priuare, niſi ſpecialiter, ſibi ab epiſcopo hæc omnia commiſſa fuerit, ibidem, nu.18. fo.16.

Vicarius generalis epiſcopi non poterit ex ſua generali commiſsione denunciationes in matrimonio requiſitas remittere, niſi ab epiſcopo ſibi ſpecialiter concedatur, ab authore reſoluitur contra Veracruz, ibidem, num. 19. fo.16.
Vicarius generalis epiſcopi vtrum ſit iudex ordinarius, vel delegatus, ibidẽ, num.21. fo.17.
Vicarius generalis epiſcopi eſt delegatus ad cauſarũ vniuerſitatem, ibidem, num.23. fol.18.
Virtute bullæ Cruciatæ nõ ſolum poteſt quis abſolui a peccatis reſeruatis, vel non reſeruatis ante ſuſceptam bullam commiſsis, ſed etiam ab his, quæ poſt ſuſcẽptam bullã fuerint perpetrata .11. clauſ.nu.6. fo.119
Voti variæ referuntur ſignificationes .10.clauſula, num.51. fo.100.
Voti vera traditur definitio, ibidem, nu.52. fo.101
Votum per ſeruum factum poteſt a domino in cuius eſt poteſtate, & cui omnia ſerui adquiruntur bona irritari, ibidem, num. 73. fo.106.
Votum per ſeruum factum in his, in quibus dominiũ non habet, vel domino iniurioſum eſſet poteſt a domino irritari, aut ſi peculium haberet promiſerit multum elargiri, licet modicam ex illo poſsit eleemoſynam facere, ibidem, num.75. fo.106.
Votum a puero intra quatuor decimum annum, & a puela intra duodecimũ factum poteſt a patre, tutoreve irritari, ſed ſi abſque irritatione ipſi iam puberes facti ratum prædictum votum habuerint minime tunc a patre, nec a tutore, vel curatore irritatur, ibidem, nume.76. fol.106.
Votum a monacho factum cum ſui ſuperioris ordinationem negatiuam, vel affirmatiuam nullum eſſe cum



cum exemplo demõſtratur, ibidem, n.79. fo.107
Votum intrandi religionẽ, & votum ibidem perſeuerandi, an idem ſit diſputatur, ibidẽ, n.91. fo.109.
Vouẽs ingredi religionem ſtrictam, ſi minus ſtrictã ingrediatur peccat vtiq; ſed talis profeſsio valet, ibidem, nu.92. fo.109.
Votum religionis purũ ſoli Romano Pontifici reſeruatur, quis autẽ in voto religionis conditionali ante, vel poſt conditionem impletam diſpenſet diſputatur, & vera tãdem reſolutio traditur, ibidẽ, num.99. fo.111.
Votum propria authoritate poteſt quis in euidenter melius commutare, & bona, ibi replicatio formatur, ibidẽ, n.112. f.114
Votum in melius commutatur, quando Deo principaliter ſit, & illi potiſsimum acquiritur obligatio, ibidem, num.115. fo.115.
Vſus indulgentiarum antiquiſsimus eſt, vt ex Soto, & varijs Concilijs colligitur. q.2.c.2.n.3. fo.6.
Vſque ad quod plenaria indulgentia, de qua in hac noſtra bulla ſæpe mentio fit porrigatur, dicitur in 1.clauſ.nu.16. fo.28.
Vſum corporis aduenereũ actum, ita vendibilẽ eſſe in fœmina occulte fornicaria, ſicuti in ea quæ publice, & palam meretricium exercet, ſecundum opinionem Couarr. docetur.11.clauſ. num.10. fo.120
Vtrum Romanus Pontifex diſpenſare poſsit, vt tempore ceſſationis a diuinis diuina celebrẽtur officia, in.5.&.6.clauſ.num.23. fo.61.
Vtrum habens ab vtroque medico edendi carnem facultatem cenſeatur diſpenſatus in ieiunio, vt iã ieiunare non teneatur, in ſeptima clauſula, num.6. fo.70.
Vtrum clerici, tã regulares, quam ſeculares, & econtra poſsint in diebus dominici qua-

quadrageſimalibus ouis, lacte caſeo, & his veſci ſimilibus, ibidem, nume. 8. fo.70.

Vtrum pueri ſine bulla Cruciata poſsint vti, ac frui priuilegijs in ea contentis, ibidem, nu.13. fo.71.

Vtrum excõmunicatus, vel approbatus per vnũ epiſcopum poſsit in alio epiſcopatu ſecũdum decimæ clauſulę noſtræ Bullę priuilegium in confeſſorem eligi, decima clauſ. num. 8. fo. 83.

Vtrum archidiaconus, archipresbyter, parochus, vel alijs inferiores diſpenſandi poteſtatem habeant diſputatur, ibidem, num. 63. fo.106.

Laus Deo.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

# SEQVITVR EXPLICATIO Motus proprius Pij Quinti qui de cenſibus tractat, ſecundum conſuetudinem noſtri Regni, cum aliquibus aduertentijs.

*AVTHORE ANTONIO GOMECIO totius comitatus de Fuenſalida prætore.*



COMPLVTI.

*Apud Ioannem Iñiguez à Lequerica,*

*Anno.* 1593.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

HE viſto eſtos papeles del Licenciado Antonio Gomez ſobre el Motu proprio de Pio Quinto de los cenſos, y no hallo que tenga coſa alguna contra nueſtra ſancta fee chatholica, ni contra las buenas coſtumbres: y firmelo en Madrid. 28. de Octubre, de. 91.

*Franciſco de Abreo.*

ESTA materia eſta bien eſtudiada, y pareceme que no ay inconueniente para que ſe pueda dexar de imprimir. En Madrid a. 3. de Nouiembre, de. 1591. años.

*El Licenciado Hernando de Ribera.*

S 4

# El Rey.

POR quanto por parte de vos el licenciado Antonio Gomez Alcalde mayor del Condado de Fuenſalida, nos fue fecha relacion que vos auiades cõpueſto vn libro Tratado de cẽſibus en declaraciõ del Motu proprio de Pio Quinto de felice recordacion, enel qual auiades trabajado con cuydado y diligẽcia dãdo reſoluciõ a muchas difficultades: por lo qual nos pediſtes y ſuplicaſtes os mãdaſſemos dar licẽcia y facultad para le poder imprimir, y priuilegio por el tiẽpo que fueſſemos ſeruido, o como la nr̃a merced fueſſe: Lo qual viſto por los del nueſtro conſejo, por quãto enel dicho libro ſe hizo la diligẽcia que la pregmatica por nos vltimamente ſobre ello hecha diſpone, fue acordado q̃ deuiamos mandar dar eſta nr̃a cedula enla dicha razon, y nos tuuimoslo por biẽ. Por la qual vos damos licẽcia y facultad, para que por tiẽpo y eſpacio de diez años cũplidos, primeros ſiguiẽtes, q̃ corran y ſe quentẽ deſde el dia de la fecha deſta nr̃a cedula en adelante, vos, o la perſona q̃ para ello vueſtro poder vuiere, y no otra alguna, podays imprimir y vender el dicho libro que de ſuſo ſe haze mencion: y por la preſente damos licẽcia y facultad a qualquier impreſſor deſtos nr̃os Reynos, qual vos nõbraredes, para q̃ por eſta vez le pueda imprimir por el original q̃ enel nueſtro cõſejo ſe vio, que va rubricado y firmado al fin de Alonſo de Vallejo nr̃o eſcriuano de camara, y vno delos q̃ enel nueſtro conſejo reſiden, con q̃ antes que ſe venda le traygays ante ellos jũtamẽte cõ el dicho original, para q̃ ſe vea ſi la dicha impreſſion eſta conforme a el, o traygays fee, en publica forma, como por corrector por nos nõbrado ſe vio y corrigio la dicha impreſſion por el dicho original. Y mãdamos al impreſſor que anſi imprimiere el dicho libro, no imprima el principio y primer pliego del, ni entregue mas de vn ſolo libro cõ el original al autor, o perſona a cuya coſta le imprimiere, ni a otra alguna, para effeto de la dicha correction y taſſa, haſta que antes y primero el dicho libro eſte corregido y taſſado por los del nr̃o conſejo, y eſtando hecho, y no de otra manera podays imprimir el dicho principio y primer pliego, enel qual ſeguidamente põga eſta nueſtra licencia y la aprouacion, taſſa y erratas: ni lo pueda vender ni vẽda el ni otra perſona alguna haſta q̃ eſte el dicho libro enla forma ſuſo dicha, ſo pena d̃ caer e incurrir en las penas contenidas enla dicha pregmatica y leyes de nueſtros reynos, que ſobre ello diſponen. Y mandamos que durante el dicho tiempo perſona alguna ſin vueſtra licencia no lo pueda imprimir ni vender, ſo pena que el que lo imprimiere y vendiere aya perdido y pierda qualeſquier libros, moldes, y aparejos q̃ del tuuiere, y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis por cada vez que lo contrario hiziere: la qual dicha pena ſea la tercia parte para el juez q̃ lo ſentẽciare, y la otra tercia parte para la nueſtra camara, y la otra tercia parte para el que lo denunciare: y mandamos a los del nueſtro conſejo Preſidentes y Oydores delas nueſtras audiẽcias, Alcaldes, alguaciles dela nueſtra caſa, corte y chancillerias, y a todos los corregidores, aſſiſtente, gouernadores, alcaldes mayores e ordinarios, y otros juezes y juſticias qualeſquier de todas las ciudades, villas, y lugares deſtos nueſtros Reynos y ſeñorios, y a cada vno en ſu juriſdicion, anſi a los que agora ſon, como a los que ſeran de aqui adelante, que vos guarden y cum eſta nueſtra cedula y merced que anſi vos hazemos, y contra ella no vos vayan ni paſſen, ni conſientan yr ni paſſar en manera alguna, ſo pena de la nueſtra merced, y de diez mil marauedis para la nueſtra camara. Fecha en el Pardo a nueue dias del mes de Nouiẽbre, de mil y quiniẽtos e nouenta e vn años.

## Yo el Rey.

Por mandado del Rey nueſtro ſeñor.
Iuan Vazquez.

# Ad Antonium Gomecium

## Ioann. Baptiſtæ Rinchoni Carpentani inter Calliopen, & Famam, Dialogiſmus.

Callio. *IAM dudum armato mentem Bellona fatigas*
*Milite, & inpugnam ſubito clamore phalanges*
*Impulſæ attonitas vexarunt ictibus aures*
*Horriſonis, vix iam ſpumantes ſanguine campos*
*Luſtro virq; Duces, qui tot prius hoſtibus Orco*
*Miſsis lethali traiecti vulnere tandem*
*Occubuere, Dijs mortales verſibus æquo.*
*Tam ſatis immenſis turbatum fluctibus æquor.*
*Deſcripſi, quas vel ſæuo Neptune tridente*
*Obrueris puppes, altum iactantibus Auſtris.*
*Nunc ſinite optata vires reparare quiete,*
*Nam tua Carolides victis cantare Brytannis*
*Arma breui ſpero: niſi me deluſit Apollo.*
*Sed quid ego intereà? ſequar otia ſegnis honeſti*
*Exitium? haud quaquàm: ſed enim de millibus vnum*
*Carmine pacifico doctum celebrare per orbem*
*Fert animus ſed delectum tibi Fama relinquo:*
*Si modo me dignum ſaltem nunc fida reponas.*
Fama. *Me licèt in nuntijs mendacem finxerit olim*
*Virgilius noſtramq; fidem mutabile vulgus*
*Extenuet: ſecura tamen ſis, vera fatebor,*
*Dum volucris terras longe, lateq; pererro*
*Luminibus centum, Argus qualia paſtor habebat:*
*Defeſsis iam alis in ſedi culmine templi.*

*Inde*

*Inde ego celſa virum propexi iure regentem*
*Conſtanti populum ſedabat iurgia cautus,*
*Difficiles lites, & inextricabile legum*
*Ænigma ingenij ſoluebat acumine claro.*
*Proſequitur pietate bonos punitq; nocentes,*
*Quos etiam in ſomnis errantes noctibus vrget.*
*Hic Antonius eſt: cuius ſi dicere laudes*
*Coner: vix linguarum oculis vigilantibus æquus*
*Sufficiat numerus, non ſi mihi ſint vel ahenæ.*
Callio. *Cur age pro tanto veniſti nuncia nobis*
*Tarda viro? inuidiæ ſane ſuſpecta videris.*
*Fortè implumis eras, nec iter tranare volatu*
*Aereum poteras, vel deſunt ora loquendo.*
*Non talem illè Maro pinxit te propter Eliſam,*
Fama. *Maiorem dum ego Calliope præconis ab illo*
*Materiam expecto, non fruſtra tecta ſilebam.*
*Spem labor immenſus peperit ſimilisq; Cleanthæ:*
*Quo Muſis inhiare dies, noctesq; Decembris*
*Seſe Antonius aſſueuit: quem ſæpe legentem*
*Frigida in occaſum viderunt plauſtra Bootæ.*
*Sed Virgilijs laſſus, nondum ſatiatus iniuit.*
*Heluo librorum ſomnum, placidamq; quietem.*
*Nec cælo delapſum humili Tellure talentum*
*Infodit, veluti gazam pallentis auari.*
*Qui ſapit ipſe ſibi, ſapientem nemo virorum,*
*Qui ſapiunt alijs, dixit. Antonius ergo,*
*Vt fugeret labem probri almo numine fretus*
*Inſuetum tentauit iter, primusq; fidelis*
*Extitit interpres Bullæ, ſemperq; futurus,*
*Nam tibi quis poſthac partam æquo iure ſecundus*

*Præripiat*

*Præripiat palmam? & ſua te poſt terga relinquat?*
*Pontificum mentes tacitas Antonius igni*
*Coniectat quaſi diuino, ambagesq; reſoluit*
*Caſibus in dubijs: diſcordes iudice iniquo*
*Componit leges, & iuſto fœdere iungit.*
*Præterea, Calli, hæc dixiſſe ſatis ſit, Fama quieſce,*
*Latam & carminibus per te patuiſſe feneſtram*
*Vos modo ſacrum Pierides Helicoda ſorores*
*Pandite, & vnanimes magnos referamus honores*
*Antoni, tu fama volans pernicibus alis*
*Clarum eius nomen totum diffunde per orbem.*
*Te ſegrar ipſa libens, & qua te vulgus ineptum.*
*Tempſerit vt vanam, faciam, quæcunque reportas,*
*Credi cuncta tibi: mea nam facundia ſuadet.*

**FINIS.**



# Tractatus de cēſibus ſub vmbra,

& genuina declaratione proprij Motus noſtri Romani Pontificis Pij Quinti fœlicis recordationis, Romæ promulgati anno milleſimo quinquageſimo ſexageſimo octauo, quarto Kalendas Februarij, à Licenciato Antonio Gomecio totius comitatus de Fuenſalida prætore declarandus, & in hodiernam praxim reducendus.

*Pius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.*

CVM onus Apoſtolicæ ſeruitutis obeuntes cognouerimus innumeros celebratos fuiſſe, & in dies celebrari cenſuum contractus: quinedum non continentur intra limites a noſtris anteceſſoribus eiſdem cōtractibus ſtatutos, verūetiam quod deterius eſt, cōtrarijs omnino pactionibus propter ardentem auaritiæ ſtimulum, legum etiam diuinarum manifeſtū contemptum pręſeferunt, non potuimus animarū, prout tenemur, ſatuti conſulentes, & piarum mentium petitionibus etiam ſatisfacientes, tam graui morbo lethiferoq; veneno ſalutari antidoto non mederi. Hac igitur noſtra conſtitutione ſtatuimus cenſum, ſeu annuū reditum creare, conſtituive nullo modo poſſe: niſi in re immobili, aut quę pro immobili habeatur de ſui natura fructifera, & quę nominatim certis finibus deſig

nata

nata ſit. Rurſum, niſi vere in pecunia numerata præſentibus teſtibus, ac notario, & in actu celebrationis inſtrumenti, non autẽ prius recepto integro iuſtoq; precio. Solutiones quas vulgo anticipatas appellant fieri, aut in pactũ deduci prohibemus. Conuentiones directe, aut indirecte obligãtes ad caſus fortuitos eũ qui alias ex natura contractus non teneatur, nullo modo valere volumus. Quemadmodum, nec pactum auferens, aut reſtringẽs facultatem alienandi rem cenſui ſuppoſitam: quia volumus rem ipſam ſemper, & libere, ac ſine ſolutione laudemij, ſeu quinquageſimę, aut alterius quantitatis vel rei, tam inter viuos, quam in vltima voluntate alienari. Vbi autem vendenda ſit, volumus dominum cenſus alijs omnibus pręferri, eique denunciari conditiones, quibus vẽdenda ſit, etiã per menſem expectari. Pacta continentia moroſum cenſus debitorem teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cambium, ſeu certas expẽſas, aut certa ſalaria, aut ad ſalaria, ſeu expenſas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem cenſui ſubiectam, ſeu aliquã eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu, ſiue aliunde acquiſitam perdere, aut in aliquam pœnam cadere, ex toto irrita ſint, & nulla. Imo & cẽſum augeri, & nouum creari ſuper eadem, vel alia re in fauorem eiuſdem, aut perſonæ per eum ſuppoſitæ pro cenſibus tẽporis, vel pręteriti, vel futuri omnino prohibemus. Sicuti etiam annullamus pacta continẽtia ſolutiones onerũ ad eum ſpectare, ad quẽ alias de iure



iure, & ex natura contractus non ſpectarent. Poſtremo cenſus omnes in futurũ creandos non ſolũ re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuoſa, in totũ, vel pro parte effecta, volumus ad ratã perire, ſed etiã poſſe pro eodem precio extingui, non obſtante lõgiſſimi etiam temporis, ac immemorabili, imo centum, & plurium annorum pręſcriptione, non obſtantibus aliquibus pactis directe, aut indirecte talem facultatẽ auferentibus, quibuſcunq; verbis, aut clauſulis cõcepta ſint. Cum vero traditione precij reditus extinguẽdus erit, volumus per bimeſtre ante id denuntiari, cui precium dandum erit, & poſt denunciam intra annum tamen etiam ab inuito preciũ repeti poſſe, & vbi precium, nec volens intra bimeſtre ſoluat, nec ab inuito intra annum exigatur. Volumus nihilominus quandocumq; reditum extingui poſſe, præuia tamen ſemper denuncia, de qua ſupra, & non obſtantibus his de quibus ſupra, idq; obſeruari mandamus etiam, quod pluries, ac pluries denunciatum fuiſſet, nec vnquam effectus ſecutus fuiſſet. Pacta etiam continentia precium cẽſus extra caſum prędictum ab inuito, aut ob pœnã, aut ob aliam cauſam repeti poſſe, omnino prohibemus, contractusq; ſub alia forma poſthac celebrãdos fœneraticios iudicamus, & ita illis propterea non obſtãtibus, quidquid.l. expreſſe.l. tacite contra hęc nr̃a mãdata dari.l. remitti, aut dimitti, cõtingat a fiſco volumus poſſe vẽdicari. Hanc autẽ ſalutiferã ſanctionẽ nedum in cenſo nouiter creando, verũetiam increato

to quocunq; tempore alienando, modo poſt publicationem conſtitutionis creatus ſit, perpetuo & in omnibus ſeruari volumus. Declarates precium ſemel cenſui cōſtitutum nunquam poſſe ob temporum, aut contrahentium qualitatem, ſeu aliud accidens, nec quoad vltimo contrahentes minui, vel augeri, & licet legem ipſam ad contractus iam celebratos non extēdamus, illos tamē omnes, in quos ſub alia forma peruenerunt cenſus, hortamur in domino, vt ſingulos cōtractus cenſuræ bonorum religioſorum ſubijciant, & animarum ſaluti conſulant. Non obſtantibus, &c. Dat Romæ, Anno. 1568. Kal. Februarij.

ANNVI reditus, qui pecūnia ſoluendi frequenter conſtituuntur vulgo cenſus appellari ſolent teſte Couarru. lib. 3. variar. reſ. capit. 7. ſtatim in exordij limine, ideo non inutile erit inquirere, & inueſtigare an hæc vox cēſus prędictos annuos reditus quorum frequens eſt in Hiſpania vſus aperte ſignificet, & de ipſius vocis origine, & propria ſignificatione primo loco dicendum eſſe decreuimus. Secundo de iuſtitia huius contractus cenſualis, & in quo diſtat, ſeu differat, ac emphitheuticario, & fęudali, & quotuplex ſit. Tertio de conditionibus prędicti contractus. Quarto de recognitione cenſus per tertium poſſeſſorem facienda. Quinto de extintione cēſus. Et vltimo loco de vectigali, quod in eius celebratione contractus ſoluitur, & in Hiſpania dicitur Alcauala. In quorum capitū enucleatione ambigua Romanorum Pontificum decreta extrauagantia difficillima, & inter ſe paſsim repugnantia iuriſconſultorum reſponſa, & variæ



variæ noſtratum Regum catholicorum ſanctiones Deo annuēte declarabuntur, cuius eccleſię catholicæ limæ, ac cenſuræ dicenda omnia libenter ſubijcio.

# Cap. I. De ſignificatione cenſus.

## SVMMARIVM.

¶ *Cenſus vnde dictus ſit, & quid antiquitus, & hodie ſignificet oſtenditur, nu. 1.*

*Cenſores quales quōdam dicebantur, num. 2.*

*Tributum quod etiam cenſus ſignificat eſt duplex capitis, ſcilicet, & patrimonij, nu. 3.*

*Intellectus. ad. l. 2. ff. de cenſibus, nu: 4.*

*Patrimonium etiam cenſus ſignificare dicitur, nu. 5.*

*Nomen cenſus apud bonos Latinæ linguæ authores, quando adiectiuum eſt diuitem ſignificat, nu. 6.*

*Opinio fratris Dominici à Soto refertur, & ab authore improbatur. nu. 7.*

*Præſtatio tributi ſignum eſt ſubiectionis, n. 8.*

*Contractus cenſus antiquis iurecōſultis incognitus poſtea pro communi commertiorum vtilitate fuit inuentus, & duplici hodie celebratur modo, nu. 9.*

CEnſus igitur exploſis varijs variorum interpretum ſolutionibus a cenſendo, ideſt, ſtimando dictus eſt: ſignificatque deſcriptionem quandam 1 non modo rerum, ſed etiam perſonarum, quæ primum Romæ, deinde in alijs prouincijs fiebat, quam

T non

non improprie vertemus idiomate noſtro Hiſpano (el Pa
dron) ſic accipitur tex. in. l. vitia, & in. l. forma. ff. de cenſi-
bus, & in. l. cenſus. ff. de probat. l. 2. C. de cenſibus lib. 11.
ibi, Quo declinet ſidem cẽſuum. l. in finalibus. 11. ibi, cen
ſus authoritas. ff. finium regundorum, & in. l. quę quiſque
64. ff. de acquirendo rerum dominio. Vnde magiſtratus,
qui illa tempeſtate huic deſcriptioni pręerant cenſores di-
2 cebantur, vt conſtat ex Barrone lib. 4. de lingua latina, &
Feſto lib. 3. quos refert, & ſequitur Octomanus in deſcrip-
tione Magiſtratum Romanorum, ver. cenſores, Albor-
noz de arte contractuũ lib. 3. tit. 1. in annotatione in prin
cipio. Dicebantur etiam cenſitores, vt in Rub. C. de cenſi
bus, & cenſitoribus lib. 11. hæc ſane deſcriptio Romæ fie-
bat ad diſtinguendos ciuium ſtatus, nam ſecundum patri-
monium Senatorium ordinem, equeſtrum, aut plebeium
vnuſquiſque ſortiebatur, vt eleganter explicat Budeus in
1. p. annotationum ad pandectas ad. l. fin. ff. de Senatorius.
In prouincijs vero, exceptis his, qui ius Italicum habebãt
hoc eſt immunitatem a tributis, de quibus in. l. 1. & fin. ff.
de cenſibus, & poſt Sigonium, quem refert & tradit Sar-
miento lib. 1. Selectarum. c. 15. fiebat deſcriptio ad ſoluẽ-
da tributa, quod ex ſuperioribus ſatis colligitur, & ex. l. li-
berto. 21. §. fi. ff. de annuis legatis.

Eſt autem tributum duplex capitis, ſcilicet, & patrimo-
3 nij, vt colligitur ex. l. fin. ff. de cenſibus, ibi, Tributum his
remiſit capitis, ſed diuus Titus etiam ſolum immune fa-
ctum interpretatus eſt, de tributo capitis accipiendus eſt
tex. in. l. ętatem in principio. ff. de cenſibus, iuxta quam in
telligo tex. in. l. etiam. 15. in principio. ff. de probationi-
bus. Loquitur enim de profeſsione natalium ſuorum li-
berorum, quam apud præfectos ærarij faciebant parentes,
de qua etiam profeſsione loquitur tex. in. l. neque omiſſa





15. & in. l. parentes. 22. & in. l. interrogatã. 24. & in. l. libe-
ros. 39. C. de liberali cauſa, tradit Briſonius lib. 1. ſelect. c. 5.
qui probat profeſsionem iſtam, & ſtatus, & tributorũ cau
ſa fieri, vt vel ex hoc conſtet non recte intellexiſſe dictam
l. etiam Cepolam & alios quos refert, & ſequitur Meno-
chius lib. 2. de arbitrarijs caſu. 116. nu. 3. dũ putant, ibi pro
bari matris teſtimonium admitti ad probandam filij æta-
em, idq; ſpeciale eſſe contra regulam tex. in. c. 2. de teſti-
bus, & in. l. penul. ff. eodem tit, ex eo nempe quod ætas dif
ficilis ſit probationis, vt docet elegãter auriga noſter Bart.
in. l. de ætate, nu. 7. ff. de minoribus, & Pariſius conſil. 10.
nu. 58. lib. 2. conſiliorum. De tributo autem patrimonij lo
quitur tex. difficilis in. l. 2. ff. de cenſibus cuius ſenſum nõ 4
fuit aſſecutus Acurſius, ibidẽ. Verus enim ſenſus eſt, quod
ſi æſtimatio patrimonij pro ſoluendo tributo ex errore,
vel vitio facta talis æſtimatio ſit euaneſcit nobis profeſ-
ſionibus, ideſt, dum tributarius nouæ & verę patrimoniũ
ſuum profitetur, de quo etiam intelligitur tex. in. l. ætatem
verſic. rebus & in. l. forma cenſuali, & in. l. cum poſſeſſor
eodem tit. l. generali. §. fin. ff. de vſufructu legato, & totus
tit. C. de cenſibus lib. 11. Conſtat ergo ex his proprie ſigni-
ficatio, & origo pręd ictæ vocis cenſus, ex qua, & illud flu-
xit, vt patrimonium ipſum, quod cenſebatur cenſus etiam
appellaretur, vt in. l. cogi. ff. ad Trebelianum, & in. l. liber
to. 21. §. fin. ff. de annuis legatis, & apud probos latinæ lin- 5
gue authores paſsim reperitur, vt habetur in illo Cicero-
nis pro archiapoeta epiſtolio, ibi, Cenſus noſtros requi-
ris, idem Cicero pro Flaco, ibi homini egenti ſordi-
do, ſine honore, ſine cenſu, &c. Et apud Horatium lib.
1. epiſtol. epiſto. 7. ibi, Præconem tenui cenſu ſine crimi-
ne notum, &c. Sed & cenſus adiectiuum nomen diuitem
ſignificat, vt apud Ciceronem. 3. actione in Verrem,

notat Aſconius, quomodo accipitur in .l. Boconia cuius
6 meminit Iuſtinianus in principio inſtituta ad lege Falcidia, & ibidem explicāt Octomanus, & Cuiacius, & Balduinus ad.ll. de iure ciuili, pag. 8. noſter Couarr. in.c. Rainutius in princ. num. 33. ex his etiam deſcendit, vt tributũ ipſum, cuius cauſa cenſus, id eſt, æſtimatio, & deſcriptio fiebat cenſus appellaretur: & quamuis caſuis lib. 2. ſingularium intellectuum. c. 3. affirmet in hac ſignificatione nõ reperiri in toto iure ciuili, eamque inuentam fuiſſe a iure canonico, vt in. c. peruenit. c. prohibemus, &. c. ſignificauit de cenſibus. c. magnum. 11. q. 1. quo iure ſanctitatem, & iuſtitiam, non latinæ linguæ elegantiam, & puritatem requirimus. Nihilominus tamen in hac ſignificatione inuenitur in. l. 2. C. ſi cenſu, vel reliquis, licet cenſum à tributo differre, tam ratione materiæ, quam ratione finis cõtendat Soto lib. 3. de iuſt. & iure. q. 6. art. 7. col. 2. & rationem aſsignat, quoniam tributum de fructibus terræ in ſubſidium Regis, vel reipub. contribuitur, cenſus vero pro
7 capitibus ſoluitur ad profitendam ſubiectionem.

Sed ſalua tanti viri pace errat manifeſte, ex eo nempe quoniam cenſus pro rebus etiam ſoluitur, vt in .l. 2. & in l. ætatem, verſic. rebus cum alijs ſupra allegatis. ff. de cenſibus. Præterea tributum etiam in ſignum ſubiectionis præſtatur, ex ſententia Diui Auguſtin. relata in cap. omnis anima de cenſibus, ibi, Ideo enim tributa præſtantur,
8 quia hæc eſt probatio ſubiectionis, hinc effectum eſt, vt contractus de annuo reddito pro re, vel pecunia ſoluẽdo, quia vicem obtinet tributi cenſus appellaretur, cuius extat æquale veſtigium in. l. fin. C. de rerũ permutatione, & expreſſa mentio de eo fit in cap. conſtitutus iuncta gloſſ. ver. iuxta ratam, verſi. ſed re vera de religioſis domibus, & in extrauagãtibus Martini Quinti, & Calixti Tertij, & emptione



emptione, & venditione inter communes, & in Motu proprio noſtri Pij Quinti, & apud nos extat text. regalis in. l. 64. Tauri, & in tit. 15. lib. 5. nouæ Recopilationis, & nouiſsime in pragmatica ſanctione à catholico noſtro rege Philippo, ſancita, & promulgata anno milleſimo quingenteſimo octuageſimo tertio decimo quinto die menſis Iulij, & in Regno Valentię lib. 4. fororum, tit. 23. & Portugaliæ in ordinationibus relatis à Valaſco in tractatu de iure emphitheutico. 1. p. q. 32. & Franciæ in conſuetudinibus, quas refert, & explicat Rebuffus. 2. tomo ad .ll. Gallicas in tract. de conſtit. reddituum, & Molineus in conſuetudinibus Pariſienſibus, tit. 2. §. 57. & . 58. idem tractatu de vſuris a nu. 129. ex quibus conſtat hunc contra cenſualem antiquis iureconſultis incognitum, poſtea pro communi commertiorum vtilitate fuiſſe inuentum, qui dupli 9
citer celebratur. Quinto cũ res alicui venditur pleno iure, id eſt, vt in accipientem tranſeat, tã vtile, quam directũ dominium, retenta tamen modica penſione annua antiquo domino in memoriam priſtini dominij, quæ vtique cenſus appellatur, & apud Gallos redditus fundiarios de quo intelligendus eſt tex. iuncta ſua gloſſ. in. d. c. conſtitutus, docet eleganter Bart. in. l. 1. §. 1. ff. de Publicanis, & vectigalibus cũ alijs quos refert Antonius Gomez in. l. 68. Tauri, nu. 2. & Valaſcus vbi ſupra, nu. 8. & vltra ipſos doctiſsimus Auendañus omnino videndus in reſponſo. 12. Is ergo contractus, quia frequentiſsimus in Hiſpania eſt, vt idẽ authores profitentur plenius a nobis erit declarandus, & exponendus, iuxta doctrinam iuriſconſulti in .l. legabit verſic. & plenius. ff. de liberatione legata.

(.?.)

## Cap. 2. De iuſticia contractus cēſualis, & in quo differat ab emphitheuticario, & fœudali, & quotuplex.

### SVMMARIVM.

¶ *Vſura teſte Soto omni iure prohibita eſt, nu. 1.*

*Quoties aliquis ratione mutui vltra ſortem principalem accipitur manifeſta eſt vſura, nu. 2.*

*Emptio ſine re, quæ veneat contrahi non poteſt, nu. 3.*

*Secundum Theologiæ ſacræ, & vtriuſq; iuris profeſſores contractum cenſualem iuſtum, atque licitum eſſe aſſeritur, num. 4.*

*Cenſus conſtitutionē, neq; vere, neq; interpretatiue mutuū dici poteſt, & quare demonſtratur ratio, nu. 5.*

*Contractus cenſualis potius emptionis, & vēditionis, quā mutui contractus vicem obtinet, nu. 6.*

*Cenſus ſuper rebus licitus ſuper perſona minime reputatur, num. 7.*

*Cenſus qui in fructibus vt tritico, oleo, & his ſimilibus ſoluuntur, hodie attenta lege regia illiciti reputantur, num. 8.*

*Cenſus perpetuos iuſtos, & licitos eſſe docetur, n. 9.*

*Pactum quodlibet redimēdi cenſus in voluntate emptoris poſitum reprobatum eſſe in voluntate venditoris, ab authore docetur, nu. 10.*

*Differentiæ inter cenſum, & amphitheuſim traduntur quędam, num. 11.*

*Emphitheutica vēdens, vel alienans rē hypotecatam irrequiſito domino directo, qui rem pro eodē precio accipere poteſt tenetur ei laudemiæ nomine quinquageſimam precij ſoluere partem, ſecus tamen in cenſuario, nu. 12.*

*Pœna commiſſi, vtrum in emphitheuſi, aut in conſignatiuo cēſu vulgo, al quitar, an in vtroq; cōmittatur, n. 13.*

*In quo differat cenſus, & amphitheuſis à fœudo, nu. 14.*

*Recte valet argumentum de fœudo ad maioratum teſte Hiſpano noſtro Molina. nu. 15.*



CVM vſura omni iure prohibita ſit, vt reſoluitur Soto lib. 6. de iuſt. & iure. q. 1. art. 1. Molineus de vſuris, nu. 6. & Coua. lib. 3. variar. reſol. c. 1. mirū videtur cur noſter Pius Quintus in dicto proprio motu, Martinus Quintus, & Calixtus Tertius in dictis extrauagantibus, & noſtrates reges catholici in dictis Regijs legibus cenſualem contractum admiſerint, in quo vſuram cōmitti ſequentia manifeſte probāt. Primo quod iſte contractus cenſus ſit vſurarius probatur ſic. Eſt vſurarius ergo illicitus, probatur antecedēs, quia quoties ratione mutui, ſiue taciti, ſiue expreſsi vltra ſortē principalem aliquid accipitur vſura manifeſta eſt, iuxta tex. in. c. 1. 2. & fin. 14. q. 3. vbi docet Naua. notab. 6. Couarr. lib. 3. variar. c. 1. Molin. vbi ſupra quæſt. 1. nume. 6. quibus ſuffragatur text. in. c. illo vos de pignoribus. c. in ciuitate. c. conſuluit &. c. f. de vſuris, &. c. ad noſtrā de emptione, & venditione l. f. tit. 6. lib. 8. nouæ Recopilationis, ibi, Que diere a vſuras, o hiziere qualeſquier cōtractos en fraude de vſuras, Sed in hoc contractu aliquid vltra ſortem recipitur tūc, quia labente tēpore redditus poſsit ſortem ſuperare, tum etiam, quia ſi cēſus redimatur redditus percepti non imputantur in ſortem principalem, ergo eſt vſurarius. Secūdo iſte 1 2

 contractus

contractus neque nomine emptionis excuſari poteſt, quia nihil commune habet cum emptione, quoniam ſine re, quæ veniat emptio contrahi non poteſt, ex tex. in .l. neque emptio. ff. de contrahenda emptione, at in hoc con-
3 tractu nulla res interuenit, nam fundus hypotecatur, perſona obligatur, redditus autẽ annus cum in pecunia ſit nõ poteſt vendi, quia pecunia per pecuniam extimari nõ poteſt, ex .l. 1. ff. de contrahẽda emptione, vt ibi declarat Budeus, ex Ariſt. lib. 1. politicorum. c. 7. & lib. 5. ethi. c. 5. ergo. 3. quia dato quod cenſus iſte cõſignatiuus vulgo, al qui tar, ſit emptio reddituum debet improbari ratione iniuſti precij, quia hic agitur de redditibus perpetuis, & infinitis, qui nullo finito precio extimari poſſunt, quia excedunt non poſt multos annos ipſum precium, vt ſupra diximus, ergo ratione iniuſtitiæ contractus iſte debet improbari.

Sed prædictis non obſtantibus reſoluendum eſt cẽſum iſtum de quo loquitur noſter Pius Quintus, & cæteri Põtifices iuſtiſsimum eſſe quippe cum eorum deciſionibus, & regijs conſtitutionibus, & frequentiſsima chriſtianæ reipub. conſuetudine approbetur exploſa eorum ſententia contrarium tenentium, quod omnes Theologiæ ſacræ
4 & vtriuſque iuris doctores agnoſcunt, vt conſtat ex relatione facta per noſtrum Couarr. vbi ſupra, num. 7. & vltra cum docet Rebuffus in .d. tract. de cõſtitutione redditũum in principio, & Gregorius Lupus. l. 28. tit. 8. part. 5. in gloſſ. ver. a cenſo, & Valaſcus. d. q. 32. num. 8. Auendañus. d. reſp. 12. col. 3. Cæterum contractus iſte, cum vere, & realiter emptionis, & venditionis ſit, quia ſolum venditur ius percipiẽdi annuos redditus, certo, & determinato precio, quę etenim venditio iuſtiſsima quidem eſt, ſicuti, & reliquorum iurium incorporalium, vt colligitur ex toto titu. ff. de hæreditate, vel actione vendita vbi ius hęreditatis,

tis,



tis, & actiones venduntur. Præterea, quia etiam ius vſus fructus venditur, vt colligitur ex varijs modis, quibus cõſtituitur ex .l. 3. ff. de vſufructu, & .l. neceſſarium. §. f. ff. de periculo, & commodo rei venditę, & in. §. penult. inſtituta de vſufructu, etiam ſi in domibus, & his rebus, quę vſu conſumuntur conſiſtat, vt in lege. 1. ff. de vſu, & habitatione, & in .l. 1. ff. de vſufructu, ſi ergo recte ſuper iſtis iuribus incorporalibus venditio cadit, bene ſequitur poſſe cadere ſuper iure percipiendi annuos redditus, vt optime notat Molineus de contractibus in principio, num. 20. Medina in tractatu de rebus per vſuram. c. de cẽſibus, & Soto lib. 6. de iuſt. & iure. q. 5. art. 1. col. 4. & Couarr. vbi ſupra, & confirmatur. 1. quia ſi iſti annuos redditus inter immobilia computantur, iuxta tex. in Clemen. exiuit de paradiſo, verſi. cumq; annui redditus de verborum ſignificatione, & .l. iubemus nulli, vbi gloſ. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in authent. de alienatione, & emphitheuſi in prin. verſi. vult autem cũ adductis per Tiraquelũ de vtroq; retractu. 1. p. §. 1. gloſſ. 6. n. 1. ergo ſi immobilia poſſunt vendi, clara cõſequentia eſt quod & annui redditus vendi poterunt.

Secundo, quia notiſsimum eſt gratioſe conſtitui poſſe hos annuos redditus, & conſtitutos vẽdi poſſe. l. in ſingulos. l. codicilis, & toto tit. ff. de annuis legatis.

Tertio, quia huiuſmodi cenſus conſignatiuus varijs legum latoribus cõprobatus eſt, vt ſupra diximus, & aperte colligitur, ex tex. in authentico, vt ij, qui obligatos. §. quoniam autem, & in .l. magis puto. § non paſsim. ff. de rebus eorum, & in Clemen. 1. de rebus eccleſiæ. Reſoluunt optime Innocentius, & omnes ſcribentes in .c. in ciuitate de vſuris, Molineus de contractibus in principio, num. 20. & de vſuris. c. de cenſibus, doctiſsimus Nauarr. in manuali latino. c. 17. num. 236. & in com. de vſuris, num. 66. Sed vt

T 5 plenitus

plenius,&clarius noſter iſte cõtractus cẽſualis intelligatur.

Primo conſtituo,cenſum multiplicem eſſe vt colligitur ex diuiſione tradita per Conradum in tract. de contractibus.q.72.quam refert Soto.d.lib.6.q.5.arti.1. col.3. Sed commodius ad quatuor capita hæc controuerſia reduci poteſt.Primum eſt ex parte fundamenti, in quo conſtituitur cenſus,nam aut realis eſt,aut perſonalis.Secundum ex parte rei,quæ recipitur,nam aut fructuarius eſt,aut pecuniarius.Tertium ex parte temporis, nam aut temporalis eſt,aut perpetuus.Quartum ex parte conditionis appoſitæ,nam aut poteſt redimi,aut non.

5 Secundo obſeruo iſtam conſtitutionem,neq; vere realiter,neq; interpretatiue mutuum dici poſſe,quod vel ex eo apparet,quod in mutuo cogitur quis ſortem ſoluere principalem adeo vt neq; caſo fortuito liberetur ex .l. incendium.C.ſi certum petatur, at in hoc contractu non cogitur debitor ſorté reddere principalé, eſt enim in libera ipſius voluntate ſorte reddita ab annua penſione liberari,vt in.d.extrauag.1.verſi.&ſemper,& in extrauag.2.verſ.hoc adiecto, atq; ita contractus iſte noſter magis obtinet vicé emptionis,vnde cum quis rem ſuam alteri vendit pure ea lege,vt annuum aliquid perſoluat, vt in.d.c.cõſtitutus cũ ſua gloſ.de religioſis domibus dubium non eſt vſurá non committi,cũ iſte contractus nihil cũ mutuo commune ha-

6 beat,ſed etſi quis data pecunia ſuper re alterius redditũ annuum emit vera emptio eſt,& quidem licita cum vſusfructus pecunia emi poſsit,ex.l.neceſſarium.§.vlt.ff.de periculo,& commodo reiuẽditæ.Vnde annuum redditum in fructibus emi poſſe nemo ante Molineũ dubitauit de quo ſupradiximus,&mox dicemus, quinimo ſi in pecunia redditus ſoluendus ſit emptio recte conſiſtit,tũ quia nullũ eſt inconueniens,vt pecunia per pecuniá ematur,vt cum Molineo,



lineo,& alijs probat ſupra Couar.tum etiam,qui ſuper re ſua cenſum conſtituit pro iuſto precio videtur rem illam numeranti tradidiſſe breui manu,&rurſus ab eo pleno iure eandem rem accepiſſe ea lege,& conditione,vt illum annuum redditum quotãnis pro ea ſoluat, argumẽto.l.ſingularia.ff.ſi certum petatur,quo fit,vt cenſus ſine re immobili non poſsit conſtitui,vt dicemus in.c.ſeq.

Vnde infertur quoad primũ caput reſoluendum eſſe cẽſum ſuper rebus licite conſtitui poſſe ſuper perſona minime,vt reſoluit Naua.in.c.1.14.q.3.& Coua.vbi ſupra.n.3. qui cũ Molineo cõtrariũ defendit,de quo agemus in.c.ſeq. 7

Quoad ſecundũ caput,cenſus,qui in fructibus ſoluuntur licitos eſſe,& iuſtos, quod omnes agnoſcunt, quod tradit Coua.ſupra.nu.2.verſi.contraria.quibus contradicit Molineus de vſuris.q.21.n.225.optima quidem ratione quoniam fructus in precio augentur quotidie,& ideo labente tempore cõtingeret,vt plus iuſto reciperet emptor annui redditus.Quæ opinio a pragmatica ſanctione Senatus Pariſiẽſis approbata eſt,& apud nos extat hodie regalis text. in.l.4.tit.15.lib.5.nouæ Recopilationis. 8

Quoad tertium caput,cenſus perpetuos licitos eſſe,& iuſtiſsimos, cũ perpetuo ſors principalis alienetur ſine vlla recuperandi ſpe,& ideo vera cõtrahitur emptio, vt docet Nau.(vltra pragmaticã hodie latã anno milleſimo quingẽteſimo octuageſimo tertio)in manua. latino. c.17.n.233. 9

Ad certũ vero,& determinatũ tẽpus conſtituitur cẽſus ſiquidẽ ex omnibus redditibus,nõ recipitur vltra ſortẽ,quę poſt tẽpus extincta manet ſine dubio valet:ſi vero ſors eſt emptori reddẽda ſine dubio eſt illicitus cùm ex venditione aliquid vltra ſortẽ recipere videatur,vnde fit,vt ſi ad incertum tempus conſtituatur cenſus,veluti ad vitam ea lege, vt poſt illud extincta maneat ſors ratione incerti

euentus

euentus permittatur argumento tex.in.l. ſi ea lege .C. de vſuris, &.l.ſi paterpuellę .C. de inoffi. teſt. &.l.de fideicom.C.de tranſactionibus.

10 Quoad quartum pactum redimendi poſitum in voluntate emptoris reprobatum vtique eſſe in voluntate venditoris,vt quandocumque poſsit redimere valere,vt late probat Couarr.lib.3.var.c.8.nu.7.& .8. de quibus omnibus latius agemus in.c.ſeq.Huic illud adijcimus,quod licet cẽſualis contractus ita celebratus, vt res in aliud tranſeat cũ onere ſoluendo certam penſionem magnam habet affinitatem cum emphitheuſi, ab ea tamen differt in duobus, quæ recenſet gloſ.ver.iuxta ratam in.d.c.conſtitutus,quã poſt plures refert,& ſequitur Valaſcus .d. q.32. num. 27. cum ſeq.

Ex quibus apparet vltra hoc maximam eſſe differentiæ
11 rationẽ inter cenſum,& emphitheuſim,in eo ſcilicet,quia in emphitheutã, licet transferatur res cũ reſeruatione alicuius penſionis, non tamen transfertur quoad dominium directum,ſed quoad vtile tantum quippe cum dicta penſio ſoluatur in recognitionẽ dominij directi, iuxta tex. in l.1. C. de iure emphitheutico,& in.l.vni.C. ſi ager vectigalis,& in.§.adeo inſtit.de locat.& conductione,& docet vltra ordinarias Valaſcus vbi ſupra.q.1.n.2.

Deinde alia differẽtia eſt,quod emphitheutica vendens,
12 vel alienans rem hypotecatam tenetur dominum requirere,qui pro eodem precio accipere poteſt, vel ſi non accipiat laudemiæ nomine quinquageſima pars precij ſibi debetur,ex tex.l.fin.C.de iure emphith.vbi Iaſon,nu.40 docet Iulius Clarus lib.4.receptarũ ſent.§.emphitheoſi. q.23.at qui cenſum ſoluit conſignatiuum irrequiſito domino cenſus poteſt rem vendere,neq; tunc laudemiæ nomine quidquam debetur, vt reſoluit Decius conſil. 164- num.3.



num.3. Aretinus conſil.14. nu.5. & alij quos refert Valaſcus vbi ſupra,nu.32.

Cæterum iure Regni Valentiæ hæc differentia ſublata eſt, & deciſio.d.l.f.ad cenſuarium conſignatiuum extẽditur,vt habetur in lib.3.foro.3.12.15. vbi ex vẽditione decima ex pignore vigeſima ſolui iubetur.

Sed ex iure noſtri regni ſi pœna commiſsi appoſita ſit in 13
cenſu,etiam conſignatiuo ſolui iubetur per.l. 68. Tauri, quam tamen intelligit Coua.vbi ſupra in.d.c.7.n.1.quoties talis pactio apponitur cenſui perpetuo abſque facultate redimendi,nam in cenſu conſignatiuo,& redimibili talis conditio non admittitur: quam declarationem praxis hodierna obſeruat ſecundum Valaſcum vbi ſupra, nu.31. Mathiençam in.l.1.tit.15.lib.5.nouę Recopi. in gloſ.2. &.4.

A fœudo autem differt cenſus,& emphitheuſis,eo quod pro fœudo perſonale obſequium præſtatur,vt in.c.1.§.fi. 14
in quibus cauſis fœudũ amittatur in vſibus fœudorum,& ad deſcẽdentes maſculos ſolum pertinet,vt de natura fœudi ſucceſsionis declarat Valaſcus vbi ſupra.q.41. niſi pro fœminis etiam fuerit acceptum,vt in.c.1. de ſucceſsione fratris,& licet interdum de fęudo ad emphitheuſim poſsit argumentari ſecundum Valaſcum ſupra.q.39.num.15.ad maioratum autem regulariter permiſſam eſſe argumentationem de fęudo docet Baldus.10.l.cum antiquioribus.n. 6.C.de iure deliberandi,& plures docent,quos refert Mo- 15
lina lib.1.de primogenitis Hiſpanorum.c.7.n.1.qui late explicat ſequentibus numeris,& vltra ipſum docet noſter Menchios in Rubr.C.de fidei cõmiſsis.n.7.&Iulius Clarus lib.4.ſent.§.fęudum.q.69.

Quibus ſic conſtitutis minime obſtare videntur argumenta, quæ in principio huius quæſtionis poſita fuerunt, quia

quia reſpondetur ad primum negando, quod in hoc contractu cenſus conſignatiui interueniat mutuum tacitum, vel expreſſum, nam in mutuo cogitur debito ſortem ſoluere iuxta tex. in .l.2.§.mutui datio.ff. ſi certum petatur, at in hoc contractu cenſus venditor, qui redditum annuum conſtituit nunquam cogitur ſortem reddere, vt colligitur ex prædictis extrauagan. ibi, Sed ad hoc huiuſmodi, &c.

Preterea quia in mutuo ſub vſuris eſt principalis obligatio ad ſortem, & acceſſoria ad vſuras, in hoc noſtro contractu principalis obligatio eſt ad penſionem annuam, nõ tamen ad ſortem, vt docet Molineus de contractibus in principio, num.21.

Ad ſecundum reſpondetur, etiam negando, quod in hoc contractu cenſus pecunia adquiratur ipſa pecunia, quia reſpondetur omiſsis varijs .dd. ſolutionibus, quod in iſto contractu dumtaxat emitur ius percipiendi annuos redditus, quod inter res, & bona immobilia computatur, & ſic non emitur pecunia ipſa cum pecunia, vt paſsim .dd. fatentur. Cæterum quod & ſi tempore iſtius contractus non ſit conſtitutum ius, in ipſo tamen contractu cõſtituitur, quod inconueniens non eſt exemplo iuris vſusfructus, vt ſupradictum eſt.

Neque obſtat tertium, quia ſequeretur eadẽ ratione emptionem minime conſiſtere poſſe in prędijs, & alijs rebus fructiferis, quæ deductis laboribus, & expenſis pariunt certam cõmoditatem in perpetuum, quæ aliquibus annis decurſis excedit iuſtũ preciũ ſolutum pro prędio, ſed hoc eſſet abſurdum, ergo & quod prætendit argumentum, vt optime docent vltra alios Medina in.d.c. de cenſibus col.7. & fratrer Dominicus Soto .d. lib.6. de iuſt. & iure. q.5. artic.1. col.4.

Capit.



## Capit.3. De conditionibus contractus cenſualis.

### *SVMMARIVM.*

*¶ Prima cõditio contractus cenſualis eſt, vt redditus conſtituantur ſuper certis bonis immobilibus, nu.1.*

*Super nominibus debitorum cẽſuum conſtitui non poſſe cũ inter mobilia annumerẽtur contra Acurſium ratio euidens demonſtratur, nu.2.*

*Vtrum ſuper cenſibus annuum redditum cõſtitui poſſe diſputatur, nu.3.*

*Cenſus noſtri proprij motus oſtẽditur quidem. num.4.*

*Peremptis bonis immobilibus ſuper quibus cenſus conſtitutus eſt cẽſum ipſum perimit cum ratione docet. nu.5.*

*Secunda conditio, quæ in noſtro cenſu requiritur eſt, quod res, ſuper qua cenſus imponitur ſit ſui natura fructifera tali modo quod eius fructus ęquiualeant redditibus ſoluendis, & an ſuper ędificijs vrbanis poſſe conſtitui diſputatur, nu.6.*

*Tertia conditio, contractus cẽſualis eſt, vt precium competens in eius impoſitione aſsignetur, nu.7.*

*In Jtalia, & Gallia cõſtituuntur cẽſus ad rationem vnius pro duodecimo, in Germania vnius pro vigeſimo, & antiquitus in Hiſpania vnius pro decem, num.8.*

*Nouiſsimo iam hodie regali iure in Hiſpania nõ minus quã vnum pro quatuordecimo cenſum emere licet, nu.9.*

*Intellectus ad.l. rem legatam ff. de alim. leg. num.10.*

*Modica deceptio in emptione cenſus, & precij huius temporis*

*poris reddi contractum nullum, & ad peccatum, & ad reſtitutionem aſtringit, nu. 11.*

*Quarta conditio noſtri cenſus eſt quod eius precium integre perſoluatur ante cenſus conſtitutionem: & in pecunia numerata in præſentia tabelionum, & teſtium. n. 12*

*Opiniones Salazar circa ſolemnitatem à Pio Quinto requiſitam in cõſtitutione cenſus referuntur, & ab authore diſputantur, nu. 13.*

*Quãdo in ſtatutis, & aliĳs diſpoſitionibus de pecunię verbo ſimpliciter mentio fit de numerata intelligitur. n. 14*

*Ceſſante ratione legis, eius diſdoſitio ceſſat. n. 15.*

*Interpretatio ad. l. proſpexit. ff. qui & de quibus, nu. 16.*

*Ex vero debito quod in pecunia numerata conſiſtit tempore mutui bene poteſt conſtitui cenſus, ſi tempore ſolutionis non habeat, vnde ſoluat debitor, & in hoc caſu interpretatur procedere noſtrum proprium motum. n 17.*

*Iniuſtis an iudicetur cenſus quando nõ ex numeratione pecuniæ, ſed ex vẽditione alicuius rei precium conſtituitur. num: 18.*

*Cautela datur illi qui ex vẽditione alicuius rei in ſui fauorem cõſtituitur cenſus, nu. 19.*

*Conditio quinta, quæ requiritur in celebratione cõtractus redimibilis eſt, quod detur facultas venditori redimendi cẽſum in totum, vel pro prarte, nõ tamen ei neceſſitas imponatur, nu. 2. & 23.*

*Conditio appoſita in ſcriptura cẽſus inter venditorem, & eius fideiuſſorem, quod teneatur vẽditor intra aliquod tempus cẽſum redimere, vel ab obligatione fideiuſſorẽ eximere ſatis vſitata eſt, & eſt caſus in quo debitor cõpellitur ad redimendum cenſum, cum declaratione ibi appoſita, nu. 21:*



*Secundus caſus in quo poteſt debitor compelli cenſum redimere vna cum ratione docetur, nu. 22.*

*Pro parte poſſe cenſum redimi pro axiomate docetur, numero. 23.*

*Intellectus ad proprium motum Pĳ Quinti demonſtratur, num. 24.*

*Conditiones requiſitæ in creatione cenſus ſunt omnino ſeruandæ, & ſi earum qualibet deficiat talis contractus, non ſolum nullus, verumetiam, & fæneratitius iudicabitur, num. 25.*

*Emens cenſum non ſeruatis conditionibus a iure requiſitis ſubiacebit pœnis aduerſus vſurarios ſtatutis, hoc tamen cum limitatione docetur, nu. 26.*

*Regulæ quæ ſeruandæ ſunt ad cognoſcendas cõditiones in contractu cenſuali requiſitæ ab authore tradũtur, n. 27.*

*Conditio illa, vt res non alienetur niſi in perſonam idoneã quomodo intelligatur diſputatur, nu. 28.*

*Regulare licet ſit contra tertium poſſeſſorem agi nõ poſſe, niſi excuſo principali debitore, in contractu tamen cẽſus ſpeciale eſſe, & quare, nu. 29.*

*Pactum quod venditor cenſus teneatur ſoluere in domicilio emptoris, aut expenſas factas in exactione reddituũ vtrum valeat, & quomodo, nu. 30.*

*Bona declaratio ad noſtrum proprium motum, nu. 31.*

*Pactum per quod vẽditor facultatem cõcedit emptori occupandi*

*pandi bona hypotecata vſque ad concurrentem quantitatem redditu͞um, appoſita tamen clauſula conſtituti valet, & quare, nu.*32.

AD valorem contractus cenſualis cum pacto redimendi cuius vſus frequentior eſt quaſdam conditiones interuenire neceſſe eſt, ſine quibus contractus illicitus reputatur.

## I. CONDITIO.

1 PRior conditio eſt, vt redditus conſtituatur ſuper certis bonis immobilibus, vt colligitur ex extrauag. Martini Quinti, ibi, Super bonis ſuis, & ibi, bonis tunc in ipſo contractu expreſsis, & ibi, bonis obligatis penitus inter emptis, & in extrauag. Calixti Tertij, verſi, quia ipſi habitatores, & hanc ſententiã per illa iura deducunt plures authores, quos refert, & ſequitur Naua. in.c.1.14.q.3.n.79. Coua. lib.3. var.c.7.nu.5. Valaſcus, q.32. ſupra.n.10. & Pelaez de Mieres in tract. maioratuũ.1.p.q.4.n.9. & Salazar in tract. de vſu, & cõſuetudine, c.8.n.46. & approbatur expreſſe in motu proprio Pij Quinti, verſi. niſi in re immobili.

Vnde cauendum eſt à contraria ſententia, quã cum multis fundamẽtis poſt alios authores, quos refert, & defendit Coua. d. nu.5. verſi. ego ſane, & vltra ipſum Pizarro in cõmentario cõſtitutionis de Guadalupe, ver. Al tiempo del contrato, fol.17. & in ſtricta diſputatione contra eos conſi deio emptionem redditu͞um ea potiſsimũ ratione ab vſuræ labe excuſari, quoniam videtur quis emere rem ſuper qua cenſum conſtituit, & rurſus eam tradere venditori, vt pro ea cenſum ſoluat ex fictione. l. licet. §. quoties, verſi. tũc enim. ff. de iure dotium, & l. ſingularia, ff. ſi certũ petatur. Pro qua ſententia cõſidero. l.3. tit.15. lib.5. nouæ Recop. ibi,



ibi, Los que cõpran cenſos y tributos, iũcto verſi. ibi, Las heredades que cõpran, quæ verba oſtẽdunt eum, in cuius fauorem redditus conſtituitur videri emere rem ſuper qua imponitur cenſus.

Ex qua reſolutione multa ni fallor notatu digna deducũtur, & illud in primis ſuper nominibus debitorum cẽſum conſtitui non poſſe cum hęc inter immobilia non connumerentur, ex tex. in. l. a Diuo Pio. § in venditione in fine. ff. de re iudicata, & in. l. quam Tuberonis. §. in peculio. ff. de peculio legato. Quamuis gloſ. in. l. f. ver. quęrere, verſ. reſpõde ſecundũ quoſdam. C. in quibus cauſis in integrũ, inter immobilia cõputet iura, & actiones per tex. in. l. ait prætor. §.1. ff. de iure deliberandi, qui tex. nihil probat, & in terminis contra Acurſium eſt, tex. in. l. poſt. ff. de authoritate tutorum, dum ſine prætore permittit diſtractionem actionum minoris, atque ita contra eum eſt receptiſsima ſententia, quã late, & vtiliter reſoluit Pinelus in. 1. p. Rub. nu.24. cum ſequentibus. C. de bonis maternis.

Secundo infertur ſuper cenſibus annuum redditum cõ- 3
ſtitui poſſe cum inter immobilia cenſus computetur, vt in Clemen.1. verſi. cumq; annui redditus, de verborum ſignificatione, & in authẽtica, vt hi, qui obligatas. §. ſi vero plus ſit, vbi gloſſ. ver. redditus collatione.6. & in. l. ſi quis inquilinos. ff. de legatis.1. & in. l. iubemus nullj iuncta ſua gloſ. ver. annona. C. de ſacroſanctis eccleſijs, ex quibus iuribus, & præcipue ex. d. verſic. cumque annui redditus prædictã ſententiam deducunt plures, quos refert Tiraquelus lib.1. de retractu. §.1. gloſſ.6. num.4. Rodericus Suarez in. l.2. titu. de los emplazamientos, num.28. lib.3. fori, & Coua. vbi ſupra dicto.c.7. nume.2. verſic. hos annuos, & plures quos refert Molina lib.2. de primogenijs Hiſpaniorum. c.10. num.6. & Mieres in eodem tract.1.p. quæſt.40. nu.6.

 qui

qui numeris ſequentibus multis fundamentis., & doctorũ teſtimonijs hanc partem probant,& corroborant.

Sed contrariam ſententiã,& ſic hos annuos redditus inter mobilia computari potius, & neruoſe defendit Molineus in conſituedinibus Pariſienſ.2.part. titu.2. num.29. ex his deducens ius retractus, quod conſanguineis competit renouato iure veteri, quod ſublatum erat per tex. in.l. dudum.C.de contrahenda emptione pro redemptione huius annui redditus nõ competere,quod & ipſum tenet Cifuentes in.l.70.Tauri.q.25.

Sed in hac re,& cõtrouerſia veriſsima ſolutio eſt,quod ſiquidem redditus ſint perpetui,& ſine facultate redimendi inter immobilia computentur,ac per conſequens ſuper his cenſus conſtituit poſsit,& ita intelligenda eſt conſtitu
4 tio noſtri Pij Quinti, ibi, Aut quæ pro immobili habeatur,quo etiam modo interpretor tex. in.d. verſi.cumque anuui redditus,& iura ſimilia,nam cum tempore,quo cõdita fuerunt nondum eſſent cogniti annui cenſus redimibiles de perpetuis.intelligenda ſunt,& ita in terminis docet Baldus in.l.hac,& hic tali.§.iſtud .C.de ſecundis nuptijs,& Iaſon in.l.ſciendum,num.23.ff.qui ſatis dare cogantur,& plures quos refert Tiraquelus vbi ſupra num.7.Purpuratus in.l.ex.conuentione num.73.C.de pactis, Si vero redimibiles ſint redditus probãda eſt ſententia Molinę d.n.6.vt attento præſenti ſtatu ante redemptionem immobilia iudicentur,attento autem futuro euẽtu mobilia, quo fit,vt ſuper his cenſus conſtitui non poſſet,niſi forte ea cõditio apponeretur,vt redẽpto cenſu iterum collocaretur.

Neque obſtabit,quod ſatis ſit,vt tempore conſtitutionis pro immobilibus habeantur,nam ſi poſtea redempti fuerint valebit cenſus ſemel legitime conſtitutus,vt contendit Coua.d.c.7.n.5.ver.primum etenim.

Nam



Nam reſpondeo verius eſſe peremptis bonis immobilibus, ſuper quibus cẽſus conſtitutus eſt cenſum perimi, ex d.extrauag.1.verſi.ſed ad hoc,& in.2.verſi. ſed idem emẽtis,quam ſententiam cum Naua. ſupra defendit Valaſcus d.q.32.nu.15.verſi.alia inſuper, quæ ſententia duplici ratione nititur. Prima, quia res deuenit ad caſum,a quo incipere non poſſet contra regulam .§.1. inſtituta de inutilibus. Secunda,quia obligatio perſonalis contracta reſpectu certę rei extincta re expirat.l.1.in.f.C.de iure emphitheutico.l.Titiæ teſtores.§.fin.ff. de legatis.1.l.in naue.ff. locati,tradit Antonius Gomez tertio tomo .c.15. nu. 22. de qua ſentencia dubitari non oportet poſt conſtitutionem noſtri Pij Quinti in verſi.poſtremo cenſus. 5

## II. CONDITIO.

SVperiori proxima conditio eſt,vt res ſua natura fructifera ſit,eiuſque fructus æquiualeant redditibus ſoluendis,quam conditionem neceſſariam eſſe teſtatur Medina in tit. de cenſibus.c.de inſtitutione cenſus,col.2.Laurentius de Rudulfis in titu.de vſuris.q.12. Carranza in ſumma conciliorum,fo.462.col.2. Gregor. Lupus in.d.l.28. & approbatur authoritate noſtri Pij Quinti,ibi, De ſui natura fructifera. Vnde cauendum eſt a Dominico Soto cõtrarium docente in.d.q.5. art.1. in fine,quod tamen limitat Grego. Lupus ſupra vt non procedat quoties emptor ignorans fructus rei fuiſſet deceptus à venditore affirmãte fructuoſam eſſe,,nam valebit contractus,ſed agetur actione ex empto contra venditorem ad intereſſe,iuxta tex. in l.ſi eſterilis in principio, & in.§.1. & in .l. in venditione ff.de actionibus empti,tex.in.l.12.&.63.ti.5.part.5. 6

Sed illud hic obſeruandum eſt ſuper vrbanis ædificijs recte cenſum conſtitui poſſe, nam licet non ſit ſua natura

 res

illa fructifera, penſio tamen, quæ pro eis præſtatur dicitur fructifera ex.l.ancillarum, verſic. ſed & mercedes .ff. de petitione hæreditatis,&.l.cum autem, verſi. cum reducetur.ff.de edilitio edicto,& facit text.in.l.Affricanus.§.1. ff.de legatis.1.

## III. CONDITIO.

7 EST autem tertia conditio in conſtitutione huius cenſus (ſicuti,& cæteræ) requiſita, vt precium competens pro redditibus aſsignetur, in qua aſſertione omnes conueniunt nemine dempto. Cæterum quemadmodum alias rerum precia non ſemper extant vno modo, ſed pro varietate loci, aut temporis, & exiguitate, aut multitudine variantur, ex.l.precia rerum.ff.ad.l. falcidiam.l. ſi venditor in fine.ff.de ſeruis exportãdis, tradit Pinelus in .l. 2. 3.p. c.fin.nume. 19. C. de recindenda venditione, Nauarr. in manuali Latino, cap.23.num.78.& Couarr.lib.2. variar. reſ. c.3.nume.2.&.4.ſic etiam contingit in cenſibus, nam
8 in Gallia, & Italia cenſus conſtituuntur ad rationem vnius pro duodecimo, in Germania vero vnius pro vigeſimo, vt docet Molineus de vſuris, num.127. Tiraquelus dicto lib.2.de rectratu.§.1.gloſſ.6. nume. 19. in Hiſpania tamen iure antiquo vnius pro decem, vt docet Baeza in titu. de dotibus.c.4.num.22.quod precium illo tempore licitum erat, vt teſtatur Soto lib.6.de iuſt.& iure.quæſt.5. articu.2. & in praxi receptum ſecundum Couarru.lib.3. variar.c.1.num. 2. reiecta contra ſententiã Ripæ reſponſo. 40. & Beltraldi conſilio .26. contra quos ſunt, & extant iura expreſſa in dicta extrauagan. 1. & .2. ex quibus cauebis a Guidone deciſione .60. dicente non licere vilius emere cenſum, quam ad rationem vnius pro viginti.

9 Cęterum nouiſsimo iam hodie in Hiſpania Regali iure

hodie



hodie non minus, quam vnum pro quatuor decimo cenſum emere licet, ex tex.in.l.6.tit.15.lib.5. nouæ Recopi. quæ lex omnino prout nunc ſeruanda eſt argumento tex. in.l.1.§.cura carnis.ff.de officio præfecti, & capitis .1. de emptione & venditione, & eorum, quæ ad propoſitum tradit Couarru. dicto lib.3.c.14. num. 5. & Didacus Perez in.l. 2. titu. 23. lib. 2. ordinamenti, verbo, En mas quantia.

Quod vſque adeo procedit, vt ſi quis vilius prædicto precio emat cenſum peccet mortaliter, & ad integram reſtitutionem tenetur, ex regula peccatum de regulis iuris lib.6.& tradit Didacus Perez in.l.6.tit. 1. lib. 2. ordinamenti, & Medina de reſtitutione, quæſt.36. Neque procedit hoc in caſu ſi dicat venditor ſe donare id quod vltra iuſtum precium accipit emptor, vt reſoluit Medina vbi ſupra allegans ad id.l.re legatam .18. ff. de adimendis leg. dum ait tex. ille, quod nemo in ſuis neceſsitatibus liberalis exiſtit quas ſignificet, quod non cenſeatur quis ſpontanee donare cum neceſsitate vrgente aliquid conceditur. Sed certe illius legis verba alium habent ſenſum, ſignificant enim eum, qui ex neceſsitate aliquid facere tenetur, 10
ſi faciat nullam in hoc liberalitatem exercere, vt in exemplo tex. celebris in.l.vnum ex familia. §. ſi de falcidia, verſicu.non enim.ff.de legatis.2. Quare dicendum eſt ſuperiorem opinionem a Medina traditam, vbi ſupra procedere ex doctrina Bartoli in.l.ſi quis cum aliter .ff. de verborum, & in.l.2.C.de recindenda venditione, vbi latiſsimo ſermone proſequitur Pinelus.1.p.c.2.n 20.

Intelligere autẽ debes, quod ſi huiuſmodi prędicta decep 11
tio modica ſit adhuc cõtractus ille null9 iudicatur, & ad peccatũ, & reſtitutionẽ obligatur ille, qui ſic cõtrahit, vt elegãter tradit Caſtro lib.1.de.l.pœnali.c.12. & frater Alcocer

V 4 in

in confeſsionario.c.21.neque obſtat quod in minimis nõ committatur peccatum mortale,ex doctrina diuini interpretis Thomæ.2.2.q.95. ar.4. quoniam reſpondeo, quod in annuo redditu,quod minimum eſt reſoluitur in grandé quantitatem labente tempore.

## IIII. CONDITIO.

12 QVarta,quæ requiritur in celebratione contractus cenſualis conditio eſt, quod precium integre perſoluatur ante conſtitutionem cenſus, vt reſoluit Molineus in titu. de vſuris,nu.355. quod probatur ex conſtitutione noſtri Pij Quinti,ibi,Rurſus vbi illud additur in pecunia numerata in præſentia tabellionis,& teſtiũ cenſum debere conſtitui non anticipata ſolutione:quæ tamen Romani Pontificis deciſio ſequentibus modis exponenda eſt.

Primo vt procedat in cõſtitutione cenſus nouiter creati,nam vbi,iam conſtitutus eſt recte poterit emi, quamuis precium non appareat in pecunia numerata,quemadmodum viliori precio poteſt emi, quam taxato a lege, neque obſtat Anaſtaſij conſtitutio,de qua in lege per diuerſas,& in.l.fin.ff.mandati, quæ procedit etiam ſi venditor nominis,quod plus eſt donare ſe dicat,vt tradit Conanus lib.7. commentariorum iuris ciuilis.c.8.nu.2.& Cuiacus lib.16 obſeruationum.c.16.nam reſpondeo illorum iurium deciſionem praxi non ſeruari.Præterea limitari in nominibus,quorum exactio non omnino eſt certa. Deniq; eam deciſionem non procedere in venditione cenſus iam cõſtituti,quæ longe diuerſa eſt a venditione actionis,cum is cui cenſus venditur non poſsit actionem mouere contra debitorem pro ſorte principale.

Secundo declaranda videtur ea deciſio,vt non procedat quoties ex antecedenti debito cenſus conſtituitur, ſi mo-

do



do probetur ex pecunia numerata debitori debitum pręceſsiſſe,ſed & ſi res iuſto precio extimatæ tradantur ei,qui cenſum conſtituit rationi iuſti precij,quo extimati ſunt licebit cenſum conſtituere,vt late defendit Salazar in tit.de
vſu,& conſuet.c.8.nu.45.verſi.ſed non parũ,qui eo prę 13
cipue mouetur, quod ſummus Pontifex hic eos cõtractus cenſuales,in quibus pecunia non adeſt tempore, quo celebrantur ideo damnat,quia fraus illis adeſſe cõſueuit. Vnde ſi probetur ſine fraude fuiſſe celebratos, preciumque antea vere fuiſſe receptum, vel in pecunia numerata, vel in alijs rebus iuſte extimatis valebit contractus ſine vllo dolo,& fraude celebratus,quaſi ceſſante tunc ratione conſuetudinis.Neque obſtare,ait Salazar,quod de pecunia numerata,ait Romanus Pontifex hic, quoniam pecuniæ appellatione res omnes ſignificantur,ex tex.in.l.pecunię.ff. de verb.ſign.l.quæro.ff.de iure dotium,&.l.penult. C. de conſtituta pecunia, ideo,quia totum quod antiqui habebãt in pecoribus erat, ex tex.c.totum.1.q.3.Rurſus,quod ait Pontifex in præſentia tabellionis, & teſtium precium tradi oportere,neq; ex antecedenti debito cenſum conſtitui poſſe ad hoc deſiderari putat Salazar,vt pręſumptio ſit pro contractu,quemadmodum regulariter eſſe ſolet,vt in l.cum precibus.C.de probationibus,vt quamuis reus neget contractum, nihilominus tamen ex eo agi poſsit,non tamen infirmus erit contractus, quamuis ea qualitas,& cõditio in eo non adſit, licet contra talem contractum præſumatur,interim dum actor non probat vere precium præceſsiſſe in pecunia numerata,vel res quæ preciumũ in cẽſũ deductũ eſt,tanti eſſe quanti ſunt ęſtimatæ, hoc enim probato legitimus erit contractus reputandus,& ex eo agi poterit virtute huius probationis.

Sed hæ conſiderationes profecto me parum mouent,&



à ratione

à ratione iuris longe abeſſe mihi videntur, nam quod de
ſignificatione pecuniæ inquit Salazar verbis noſtri Pij
Quinti non conuenit, cum non pecuniam ſimpliciter de-
ſideret Pontifex hic, ſed numeratam, quo caſu tantum cõ-
prehenduntur numi, qui forma publica excuſi cæteras res
extimare ſolent, ex.l.1.ff.de contrahenda emptione, idque
expreſſe probat text.in.l.ſi ventri in fine.ff.de priuilegijs
creditorum, ex quo tex.hoc notat Rebuffus in.d.l.pecu-
niæ verbum, verſi.ad hæc.

Ego tamen addo, quod & ſi ſimpliciter pecuniam deſi-
14 deraret Pontifex Pius Quintus adhuc de numis eſt etiam
intelligendus, nam in ſtatutis, & alijs diſpoſitionibus ver
bum (pecuniæ) ſimpliciter prolatum de numerata intelli-
gitur.. Docent Baldus, Socinus, & Purpuratus in.l.2.§.fi.
ff.ſi certum petatur, quod etiam in odioſis procedere cõ-
cludit Bart.in.l.talis ſcriptura.ff.de leg.1.per.tex.in.l.1.ff.
ad Macedonianum, & Ludouicus Romanus ſing.207. in-
cipienti tu habes gloſſam.

Rurſus, quod ait Salazar, ea requiſita deſiderari ſolum ad
hoc, vt præſumptio ſit pro contractu aperte falſum eſt, &
contra vincitur ex verbis conſtitutionis, quæ pro forma
exigunt pecuniam numeratam in præſentia tabellionis, &
teſtium, vt oſtendunt verba illa creari conſtituiue nullo
modo poſſe, quæ abnegant omnem potentiam contrahen
di aliter quam forma, ibi, expreſſa.

Quare ego ſic ſtatuo verba conſtitutionis tam expreſſa
eſſe, & manifeſta, vt nullam admittant declarationem. Sed
nihilominus ab expreſſa illa deciſione interdum recedere
licebit, nam quamuis vulgo tradi ſoleat expreſsis verbis le
gis omnino ſtãdum eſſe, ex.l.proſpexit.ff.qui, & a quibus
adeo, vt ceſſante legis ratione, lex ipſa non ceſſet. quod ar-
gumẽto illius tex.in.d.l.proſpexit notat gloſ.2.& ibi Bal-
dus



dus in.d.l.non dubium.C.de legibus, & gloſ.ver.ceſſante
in.c.poſt tranſlatione de renunciatione, quã ſequitur Are
tinus in.l.2.prope numerum.8.ff.de vulg. Soto lib.1.de
iuſt.& iure.q.6.arti.8.col.penult. Nihilominus tamen in
contrarium eſt magis recepta ſententia, vt ſcilicet ceſſan-
te ratione legis illius diſpoſitio ceſſet, tex.in.l.adigere.§.
quamuis.ff.de iure patronatus.l.quod dictum.ff.de pactis 15
l.ita tamen.ff.de adminiſtratione tutorum.l.Titia.ſe.10.
§.vſuras.ff.de leg.2. cap. miramur de ſeruis non ordinan-
dis iuncto capite à multis de ætate, & qualitate, quod ex-
preſſe notat gloſſ.ver.prouideri in.l.1.ff.de leg.tutoribus
gloſſ.in.l.2.verſi.extraneum, ver.filio præcedente.ff. de
vulg. quas ornant Baldus, & Alex.in.l.1.n.7.ff.de ſoluto
matrimonio, Imola in.l.ſi vero.§.de viro, eodem tit.ſolu-
to matrimonio Iaſ. dicens communem in.l.ſi conuene-
rit.nu.9.ff.de iuriſd.omn.iud. Tiraquelus in tit.de ceſſan-
te cauſa, nu.130.& vltra ab eo relatos, Abb.in.c.quoniam
contra.n.6.de probationibus, & Caiet.in opus de ſacramẽ
to matrimonij.q.2. Menchaca controuerſiarum illuſtriũ
c.46.n.5. Neq; in contrarium probat.d.l.proſpexit, quam
varie interpretantur.dd.vt colligitur ex traditis per Feli-
num in.c.ſi quando.n.4.de reſcriptis, Iaſ.in.d.l.nõ dubiũ
n.32.& in.l.ex facto.n.13.ff.de vulg.& ibi Ripa.n.46.eũ-
dem Ripã in.l.vbi pure.§.penult.ff.ad Trebelianũ, Cag-
nolũ in.l.in omnibus quidẽ.n.9.ff.de regulis iuris, Pariſiũ
in.c.in præſentia.nu.33.&.34.de probationibus, Meno-
chium de arbitrarijs lib.2.cent.1.caſu.82.nu.15.& Cona-
num lib.2.comment.c.5.nu.4. Sed ego exiſtimo in ſpe-
cie text.in.d.l.proſpexit propoſita à iure conſulto non
omnino ceſſare legis rationem, nam & ſi ſeruus in agro 16
fuiſſet, vel in prouincia potuit ex domina, vel ex cõſeruis
aliquid ſcire, vel de antiquis moribus ipſius dominę teſtari
quod

quod poſſet animum iudicis ad ferendam ſententiam mo-
uere, quæ interpretatio fuit Oldraldi, & Benedicti de Plū
bino, quos refert, & ſequitur Fulgoſius in. d. l. non dubitari
nu. 6. Alciatus lib. 1. de verborū ſign. pag. mihi. 3. & Cor-
raſius de iure ciuili in artem redigendo. 4. part. c. 6. Iuxta
hæc igitur dicendum eſt, quod cum conſtitutio noſtri Pij
Quinti in iſto proprio motu lata ſit ad euitandas fraudes,
quę in precio cenſus cōtingebant, vt ex ipſius exordio, ſeu
procœmio apparet, ceſſante tamen hac ratione neceſſum
eſt eius conſtitutionem ceſſare. Vbicumque ergo iudici
per legitimas probationes conſtiterit, vere precium in pe
cunia numerata traditum fuiſſe, veluti, quia mutuum datū
eſt, & veniēte die ſolutionis debitor non habet vnde ſol-
uere poſsit, vel ex alia legitima cauſa debetur pecunia. Va
17 lebit vtique contractus, quo fit vt multo magis ſuſtineatur
cum ea conditione datum fuerit, vt pecunia ad diem non
ſoluta ex tunc cenſus conſtituatur. Cæterum ſi debitum
nō ex mutuo, vel depoſito, vel ex alia cōſimili, & vera cau
18 ſa, ſed ex venditione alicuius rei proceſſerit, quæ tamen vē
dita fuit ſub ea conditione, vt pro precio ipſius cenſus cō-
ſtitueretur, vel id inter partes tacite actum eſt, poſſet eo ca
ſu talis cōſtitutio cenſus in fraudem legis iudicari, ſi vtiq;
conſtaſſet precium ipſius rei venditæ non eſſe iuſtum nec
competens, attenta cōmuni æſtimatione: etenim pluſquā
notorium eſt Pij Quinti Pontificis maximi propriū mo-
tum non eſſe receptum vſu apud Caſtellæ tribunalia & à
Regio fiſci aduoto ſupplicatum eſſe circa eius correctio-
nem, idque explicatum eſt in curijs de Madrid, latis anno
1585. petitione. 2.

Quapropter hac in re iudicando, & conſulendo, vt ſępe
feci iudicarem, & probarem hanc ſententiam, vt ſi probe-
tur vere & realiter, pecuniam præceſsiſſe, quæ certam, &
notam



notam habet æſtimationem valeat contractus cum non
poſsit vlla fraus in precio interuenire, atque ita ceſſet om-
nino conſtitutionis noſtri Pij Quinti ratio finalis, ſi vero
pecunia ratione venditionis rerum debeatur non valeat
contractus, cum res vendita non certam, & notam habet
extimationem, & via fraudibus aperiatur, vt cenſus non
iuſto precio conſtituatur.

Neque ad rem pertinet, quod interdum euenire poterit,
vt res pluris ſit quam extimata eſt, nam conſtitutio, quę ad
frequentiora reſpicit, vt in. l. nam ad ea. ff. de legibus non
eſt arctanda ad caſum particularem. Quare inconſulte nō 19
faciet, qui cenſum ſi conſtituit ſi debitorem coram iudice
interpellet ordinario vt ſortem ſoluat, & paratum ſe eſſe
dicat imputare ea omnia, quæ reddituū nomine percepe
rit: ad quę faciunt notata per Rebuffum vbi ſupra, vbi re-
fert quoddam Arreſtū, per quod fuerant improbati reddi
tus conſtituti propter mercedes receptas, ea ratione nem-
pe, quia emptor duplex haberet lucrum, vel dictariū mer
tium, & reddituum, quod eſt prohibitum in iure, ex tex. in
l. bona fides. ff. de reg. iuris, & ex his, quæ tradit Molineus
omnino videndus in tractatu de vſuris, nu. 229.

## V. CONDITIO.

QVinta qualitas, ſeu conditio eſt, quod in contractu cē- 20
ſus redimibilis de quo noſter Pius Quintus agit, vt
detur facultas venditori redimendi cenſum in totum, vel
pro parte, non tamen ei circa hoc neceſsitas imponatur,
quod probatur in extrauag. 1. §. & ſemper, & in extrauag.
2. ſupra relatis in. §. hoc adiecto, & in conſtitutione noſtri
Pij Quinti, verſi. ſed etiam poſſe, quod iuris rationi con-
ſentaneum eſſe oſtendit Dominicus Soto ſupra artic. 3. &
noſter Coua. d. lib. 3. variarum. c. 8. nu. 5. §. tandem ex prę
miſsis

miſsis, vbi dicit hanc eſſe cõmunem opinionem, & in toto orbe chriſtiano admiſſam.

Sed vt huiuſmodi concluſio, & opinio procedat declaranda eſt reſpectu venditoris, vel habẽtium cauſam ab eo, qui directo, aut per indirectum aſtringi non poſſunt per creditorem cenſum redimere, ſecus tamen eſt reſpectu fideiuſſorem dummodo cõpetens aliquod interuallum detur debitori ad redimendum, vt interim beneficium fideiuſsionis adiectus ſit non deceptus argumento.l.in cõmodato.§.ſicuti, verſi. idemq; eſt.ff.commodati.

Pro qua ſententia facit, quia ſi hoc non admitteretur non eſſet fauere, ſed officere fideiuſſoribus, qui non ita de facili fideiuſſores inuenirent argumento, tex.in.l. quod ſi minor.25.§.non ſemper.ff.de minoribus.l.ſi mulier tanquam.ff.ad Trebelianum, & .l. ratas .6. C. de recidenda venditione, quam ſententiam in propoſito defendit Molineus ſupra de vſuris, num. 250. Pro qua etiam ſententia facit tex. celebris in.l.Lucius.ff.mandati, & in lege ſi pro ea.C.eodem titu. vbi valet pactum inter debitorem, & fideiuſſorem, quod ipſe debitor teneatur ſuum fideiuſſorem ab obligatione redimere. Præterea facit pro hac parte, quia alias officium fideiuſſoris ipſi eſſet damnoſum contra.l. ſed ſi quis .ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur.l. videlicet.ff. ex quibus cauſis maiores, & apertiſſime probat tex.in.l.ſi ſeruus communis.§.idque euidentius.ff.de furtis, vbi potius tolleratur principalem, vltra rei ſuæ extimationem damnificari, quam alijs officium ſuum quod eius cum quo contraxit non etiam ſui commodi cauſam ſuſcepit damnoſum eſſe. Vlterius facit tex.in l.fin. ff.de contraria actione tutelæ, vbi tutor habet actionem, vt exoneretur à tutela anteaquam ſoluat, ergo eodem modo fideiuſſor habebit actionem, vt eximatur ab obligatione

gatione



gatione anteaquam ſoluat. Denique facit, quia ſuperior conditio, quod teneatur debitor intra congruum aliquod tempus cenſum redimere, vel alias fideiuſſorem ab obligatione fideiuſſoria eximere ſatis vſitata eſt, & iuſta reputatur apud bonos, & graues authores, ac per conſequens licita cenſenda erit argumento, tex.in.l. quis ſit fugitiuus §. apud labeonem.ff.de & dilectio edicto, & capit. niſi eſſent de prębendis, tradit eleganter Baldus in.l.1.C.de his quæ pene nomine, Cepola in tract. de ſimulatione contractuum in principio, columna .3. & .8. & Tiraquelus de retractu conuentionali .§. fin. numero. 120. & .127. & .130. 21

Declaranda tamen eſt ſuperior reſolutio ſequentibus modis.

Primo vt non procedat cum fraus interuenerit inter creditorem, & fideiuſſorem futurum inter quos conuenitur, ne aliàs fidei iuberet, quam ſi intra certum tempus cẽſus redimeretur, tunc enim ab ipſo creditore cenſetur tale pactum factum, & ſic in totum annullatur contractus, & creditor in ſortem imputare tenetur redditus, & tam ipſe, quam fideiuſſor pro dolo, & ſtelionatu puniendi ſunt, niſi re integra eos penituerit, ex text. in .l.1. C. de crimine ſtelionatus, & notant .dd. in .l. ſi ea mente.ff.de furtis.

Secundo cum fideiuſſor ſocius erat omnium bonorum ipſius creditoris, nam tunc cum ad eum ſpectet commodum contractus non valebit pactio inita cum debitore, vt eum liberet a fideiuſsione.

Tertio cum pactum interceſſerit de conſeruando indemne fideiuſſore, quia non eam vim habet, vt teneatur debitor cenſum redimere, ſed ſolum fideiuſſorem illęſum ſeruare, non tamen eum eximere ab obligatione.

Neque

Neque obſtabit quod ſecundum hanc opinionem fideiuſſor perpetuo manebit in obligatione, at qui diu eſt in obligatione ex hoc ſolo poteſt petere ſe ab ea eximi, ex tex. in l. Lucius. ff. mandati, ergo multo magis ſi pactio interueniat de conſeruando eo indemne, cum indemnis dici non poſsit, qui obligationi ſubiectus manet. Nam reſpondeo. d. l. Lucius procedere in obligatione, quę momento contrahitur, & cum debitor fuit in longa mora (quæ autem ſit iſta longa mora, & quid circa hoc aduerbium, hoc temporis, diu, ſignificet, vide Antonium Gometium in tomo. 2. variarum. c. 13. nu. 10. per totum) at in cenſu obligatio eſt ſucceſsiua, in qua nulla poteſt dari mora debitoris in redimendo cenſu, cum ad hoc non teneatur debitor, & ideo doctrina. d. l. Lucius non procedit in obligatione, quæ tractum habet ſucceſsiuum, vt cum Bart. & communi reſoluit Antonius Gomez vbi ſupra nu. penult. & f. quo fit, vt pactio de conſeruando indemne fideiuſſore accipienda ſit iuxta naturam obligationis cui adijcitur, & ideo in obligatione ſucceſsiua eam ſolam vim habet, vt quandiu durauerit illæſus maneat fideiuſſor, non vt liberetur quemadmodum ſi quis fideiuſſerit pro conducente ad viginti annos, & ſtipuletur ſe indemnem ſeruare, vt reſoluit Molineus in. d. tract. de vſuris. q. 30. nu. 249.

Ex quo infertur celebrem alium dari caſum in quo de-
22 bitor compelli poſsit ad redimendum cenſum, cum ſcilicet ipſe fideiuſſor, cui factum eſt pactum a debitore de redimendo cenſum ſortem principalem ſoluit, & cenſum redimit, quo caſu vel poteſt a creditore poſtulare, vt ſibi cedat ius ſuum ad hoc, vt poſsit redditus à debitore exigere, vel poteſt ipſum debitorem ad ſolutionem ſortis principalis vrgere computatis in ea redditibus, ſi quos perceperit virtute ceſsionis, vt elegãter reſoluit Mo-
lineus



lineus in. d. tract. de vſuris. q. 29. & 30. n. 245. cũ ſequẽtibus, & frater Luſitanus in explicatione Bullæ Cruciatę, pag. 20. in principio.

Et alius caſus eſt, qui colligitur ex conſtitutione noſtri Pij Quinti in iſto ſuo proprio motu, ibi, cum vero traditione precij, &c.

Infertur & deinde quartũ alium dari caſum non minus notabilẽ quam præcedentes, in quo emptor abſq; vſurę labe poſsit intra certũ tempus fructus decurſos vna cũ ſorte principali recuperare, & hoc abſq; ſcientia, & notitia vẽditoris ſaltim quoad ſortẽ principalẽ. v. g. Como ſi deſpues de hecha la eſcriptura y cõtrato de cenſo que ſe otorgo entre partes, de la vna Ticio que vẽde, y Sempronio que cõpra, ſalga vn tercero amigo del Ticio q̃ vendio, o otro qualquiera, y dize al Sempronio q̃ compro, que ſi de alli a vn año, o mas, o menos como entre ellos ſe puſiere y concertare, ſe quiſiere deshazer de aquel cẽſo q̃ compro al dicho Ticio, y venderſele, que el ſe le cõprara y le hara dello eſcriptura autentica, El Sempronio dize de ſi, y otorgaſe la tal eſcriptura cõ eſte tercero para de alli en vn año, el qual cũplido, tiene eſte Sempronio dos actiones, la vna cõtra el Ticio q̃ le vẽdio, en quãto a los reditos haſta alli decurſos y caydos: y la otra cõtra el tercero, para cõpelerle a q̃ pues el año es cumplido, y el ſe quiere deshazer y vender el dicho cenſo, que ſe le cõpre, y de la ſuerte principal q̃ el por por el dio al dicho Ticio. Y a eſto no obſta el tex. en la ley neq; emere, neq; vendere. C. de iure deliberandi, vbi dicitur, quod nemo emere inuitus, neque vendere cõpellitur, porq̃ en eſte caſo el dicho Sempronio no le cõpele principalmente a que le compre el cenſo, ſino a que le cumpla la eſcriptura que voluntariamẽte le hizo de comprarſele, queriendoſe, como agora quiere, deshazer del, y aceſſoria

mente venderſele, Et ſic poteſt ille tertius compelli adimplere promiſſa ex prædicta ſcriptura, & amborum partiū conuentione, quæ legem tēpore celebrationis ſcripturę inter eos fecit argumēto, tex. in. l. 1. §. ſi conueniat, & in. l. veteribus. ff. de pactis, &. c. 1. &. 3. de pactis.

23 Sed & illud traditione dignum eſt, quod ſuperius in hac conditione diximus poſſe debitorem, ſi velit cenſum in totum, vel pro parte redimere, quod ex. d. extrauagātibus, & ex cōſtitutione noſtri Pij Quinti in præſenti: ram colligitur. Sed contra omnem iuris rationē eſſe videtur hoc quippe cum creditor compelli non poſsit particularē recipere ſolutionē, non quod indiuidua exiſtimetur ex. l. 2. §. & harum. ff. de verborū obligationibus, ſed quia magna incōmoda ſolet afferre, ex. l. tutor. §. Lucius. ff. de vſuris, qui tex. in terminis prædictis extrauag. & cōſtitutioni, Pij Quinti aduerſari videtur, dum ex eo notāt. dd. ibi, & in. l. quidam exiſtimauerunt. ff. ſi certum petatur, creditorem non eſſe compellendū particularem recipere ſolutionē, quod etiā probat tex. in. l. cum hæres. §. penult. verſi. item ſi decem ff. de ſtatu liberis, vbi fauor libertatis efficit, vt ſolutio partis admittatur, atque ita prædict. m concluſionem contra Alciatum, & Fulgoſium defendit Sarmiento lib. 6. ſelectarum interpretationum. c. 17. & Octomanus lib. ſingularium quæſtionum. q. 20. Quo argumento particularem ſolutionem vel redemptionem cenſus admittendam non eſſe, niſi creditore volente, defendit idem Sarmiento in lib. 7. ſelectarum. c. 1. n. 27. idq; multo indubitabilius procedere cū emptor redditŭum hanc conditionē appoſuit.

Sed in tribunalibus ipſe audiui paſsim receptam fuiſſe contrariam ſententiam, & opinionem, & emptorem cenſus compelli poſſe, particularem recipere redemptionem, dummodo minor non ſit talis redemptio dimidia, aut tertia,

tia, quod non ſolum procedit, vbi in ſcriptura cenſus nihil dictum fuerit, ſed etiam vbi contraria pactio eſt appoſita, quaſi ea aduerſetur naturę cenſus, in quo directo, aut per indirectū facultas redimendi adimi non debet, quod expreſſe probari putatur in cōſtitutione noſtri Pij Quinti in verſi. poſtremo ſi verbum, in totum, vel pro parte repetitum intelligatur in ſequentibus verbis, ſed etiam poſſe pro eodem precio extingui.

Sed ego cum Sarmiento vbi ſupra contrariū verius exiſtimo, quia cū hi contractus ad ſimilitudinē emptionis ſuſtineatur omnis pactio naturæ emptionis conformis cenſum non viciat, vt probat Sarmientus vbi ſupra. d. c. 1. nu. 25. ſed quod debitor teneatur integrum precium ſoluere, nam pro parte naturę emptionis non repugnat, imo conforme eſt iure communi, ergo in cenſu talis pactio admittenda eſt. Præterea licet conditio ſoleat eſſe pars precij, ex tex. in. l. fundi partem cum complicibus. ff. de contrahenda emptione, tamen conditio hæc non auget precium traditum ab emptore, neque per eam agit de lucro captādo, ac per conſequens admittenda videtur.

Vlterius quia cenſus perpetuus emi poteſt ſine conditione retrouendendi, ergo multo magis ſi ea appoſita cōditione emptor noluerit grauius ſe obligare, quam ad reuendendum integrum cenſum, quo argumento, & alijs vtitur Dominicus Soto. d. lib. 6. de iuſt. & iure, quæſt. 5. art. 3. conclu. 4. vbi hanc ſententiam defendit, quam in Pinciana curia nuper admiſſam eſſe mihi a fidedignis renunciatum eſſe teſtor.

Neque obſtant extrauagantes ſupra allegatæ, quia loquuntur vbi expreſſe fuit deductū in pactum, quod liceret venditori pro parte redimere, quo caſu certum eſt particularē ſolutionem admittendá eſſe accedēte tamē voluntate



 creditoris

creditoris,vt in.l.tutor.§.Lucius.ff.de vſuris,vnde licet in extrauagãtibus illis eam conditionẽ apponere cõcedatur, non tamẽ negatur omitti poſſe vel contrariã apponi, cum non aduerſetur iuri cõmuni,aut naturæ cẽſus,quin potius vtrique cõueniat, vt reſpondit Soto vbi ſupra.d.cõclu.4.

Rurſus non obſtat noſtra hęc conſtitutio Pij Quinti, quia cenſum extingui pro parte quoties res ſuper qua cõ-
24 ſtitutus eſt pro parte extinguitur vel infructuoſa redditur, quia tunc deficit,id quod eſt ſubſtantia emptionis res ſcilicet,ex.l.neq; emptio.ff.de contrahenda emptione,non vero quoties pro parte ſoluitur precium, quia id non eſt de emptionis ſubſtantia,quinimo cum ſimpliciter dicat noſter ſanctus Pontifex cenſum poſſe pro eodem precio extingui intelligẽdus eſt iuxta regulas iuris communis ſoluto,ſcilicet integro precio,neque verbum(pro parte)repetitum intelligi debet in tali redemptione.

Rurſus nõ obſtat,quod improbat pactiones auferentes liberã redimẽdi facultatẽ,nam ſuperior pactio nõ aufert talẽ facultatẽ,ſed incõmoda creditoris vitat,nõ lucrũ captat.
25 Hæ ſupradictæ cõditiones neceſſariæ ſunt ad valorẽ contractus adeo, vt ſi quę deficiãt contractus non ſolũ nullus, ſed fœneratitius iudicetur,vt colligitur ex.d.extrauaganti bus,& proprio motu,ibi,Sub alia forma poſthac celebrãdos fœneratitios iudicamus,quo fit primo,quod ſi executio petatur virtute talis contractus poſſit executioni opponi exceptio nullitatis,& exceptio vſurarum,quarum quęlibet ſufficiens eſt ad executionem impediendam, nam licet.l.1.tit.21.lib.4.nouæ Recop.contra inſtrumentũ guarentigium,certas tamen exceptiones admittat, hoc tamen procedit in inſtrumento valido, quod enim nullũ eſt executionem non meretur, vt docet Baldus in.l. etiam.C. de exceptione rei iudicatæ, & in.l.abſentis.C. ſi certum petatur, & alij quos refert & ſequitur Abiles in capitulis prætorum



prætorum.c.10.nu.61.quod vſque adeo procedit,vt iudex ex officio parte non petente poſsit repellere agentem via executiua virtute talis cõtractus, vt in terminis docet Romanus conſil.42.quem ſequitur Franciſcus Curtius in additionibus ad Alex.in.l.fili etiam.C.de collat. & eſt ratio quia licet iudex non poſsit impartiri officium ſuum ad vtilitatem priuatam parte non petente ex.l.4. §. hoc autem iudicium.ff.de damno infecto, agentem tamẽ ſine actione poteſt a iudicio repellere, vt notat gloſſ.in.l. vbi pactũ ver. pena.C. de tranſact. quam commendat Bart. in.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret,nu.20.ff.de pactis,& eſt recepta ſententia ſecundum Seguram in.l.ſi ex legati cauſa,num. 85.ff.de verb. oblig. Tiraquelus in.l.vnquam ver. reuertatur,nu.281.C.de reuocandis,Belonum lib.2.ſupputatio num.c.20.nu.2.pro quibus vltra generalem regulam.l. ſi pupili.§.videamus.ff.de neg. geſtis, facit magis in ſpecie tex.in.l.generaliter,&.l.veluti.ff.de verb.oblig.l.mercalem.C.de conditione ob turpem cauſam.

Sed & exceptio vſurarum legitima eſt ad executionem impediendam cum annumeretur in.d.l.1. quod procedit ſiue manifeſta ſit vſura,ſiue paliata extra titu.C.plus valere,quod agitur.Facit.l.f.tit.6.lib.8.nouæ Recop.ibi,O hiziere qualeſquier contratos en fraude de vſuras, notat Perecius in.l.4.tit.8.lib.3.ord.

Secundo deducitur eum qui emit cenſum non obſeruatis conditionibus,de quibus ſupra ſubiacere pœnis aduerſos vſurarios ſtatutis maxime in hoc regno, in quo nõ modo manifeſta, ſed & paliata vſura punitur ex.d.l. fin. tit. 6. lib. 8. nouæ Recop. quod tamen ego intelligo non procedere vbi bona fide celebratus eſt cõtractus,quo caſu ſufficit contractum annullare,& iubere,vt creditor fructus vel redditus in ſortem imputet comminatione facta ne de 26

 inceps

inceps ſimiles cōtractus faciat ſub pœnis contra vſurarios ſtatutis quoniam praxim ſemper obſeruare vidi.

27 Solent & vltra conditiones hic expreſſas aliæ conditiones adijci in ſcriptura cenſus, quæ & ipſę admittēdę ſunt, dummodo cōtrariæ non ſint ſuperioribus, vel directo, vel indirecto, quę enim conditiones, vt cognoſci poſsint obſeruandæ ſunt tres regulæ.

Prima eſt, omnis conditio ſubtrahens materiam emptionis, & venditionis efficit, vt cenſus non recte conſtitutus intelligatur, quia cum ſit emptio, & venditio, debet ſubſtātialia emptionis continere, nec partes in hoc aliquid mutare poſſunt, quam regulam late proſequitur multa vtilia ex ea deducens Sarmientus. d. lib. 7. ſelectarum. c. 1. n. 25. & ſequentibus.

Secunda regula eſt, quod ſi tales ſint conditiones, quæ diminuāt precium, ita vt emptoris vtilitatem, & venditoris damnū reſpicient, licet non reddant cōtractum nullū, reijciendæ tamen ſunt, & eſt ratio, quia conditio pars precij exiſtimatur. d. l. fundi partem. l. ſi venditor. ff. de ſeruis exportandis. c. cum Ioannis, ibi, Cuius conditionis intuitu de fide inſtrumentorum reſoluit late Pinelus in. l. 2. C. de recindenda. 3. p. c. fin. nu. 19. Coua. lib. 2. variarum. c. 3. n. 4. & lib. 3. c. 10. n. 1. quo fit, vt pactum quodquod ſi biēnio ceſſauerit debitor in ſolutione cadat in commiſſum res nō valeat, cum huiuſmodi conditio ſit precio extimabilis cōtinēs emptoris vtilitatē, vnde tex. in. l. 68. Tauri, merito in his cenſibus redimibilibus non obtinet, vt cū Coua. ſupra obſeruauimus, quæ opinio aperte comprobatur conſtitutione Pij Quinti verſ. pacta cōtinentia, & ibi, aut rem ſenſui ſubiectam, ſeu aliquam eius partem admittere. Sic etiā reprobanda eſt conditio, quod tempore redemptionis vēditor maius precium reddat quam accepit.





Tertia regula eſt, quod ſi conditiones tales, quæ non augent annuum redditum vel minuant precium taxatum a lege, ſed reſpiciāt ſecuritatem emptoris, vel ex eis reddatur melior venditoris conditio valebunt.

Quo fit primo valere conditionem, vt res non alienetur 28
niſi in perſonam idoneā, ſed & ſimplex conditio non alienandi valebit, per tex. in. l. ſi creditor. §. fin. ff. de diſtractione pignorum ſecundum literam negatiuam, quoniam Bart. vbique defendit ſecundum Anto. Auguſtinum lib. 4. emendationum. c. 17. quæ communis eſt ſecundum Gutierrez in. l. nemo poteſt, nu. 28. ff. de leg. 1. extra quam probat ille tex. valere pactum de non alienando appoſitum ab eo, qui ius hypotecæ in re habebat ad quod eum tex. extollit Bart. in repetitione. l. filius familias. §. Diui, num. 14. ff. de leg. 1. vbi Rippa, nume. 87. Loaces, nume. 165. plures quos refert Gutierrez ſupra ſecundum quem intellectum concordat de iure regni, tex. in. l. fin. verſi. ſ. tit. 5. pa. 5. Nec hoc immutatum eſt conſtitutione noſtri Pij Quinti in illis verbis, quemadmodum, nec pactum auferens, aut reſtringens facultatē alienandi rem cenſui ſuppoſitam, nam ea verba intelliguntur de pacto, quod omnino impedit alienationem, aut facultatem alienandi coarctat metu pœnę, veluti quia pactio interceſsit de ſoluenda laudimia domino cenſus in caſu alienationis, vt ſubijcit Pontifex Pius Quintus in verſi. quia volumus. Cęterum pactum de non alienando appoſitum in contractu cenſus non impedit alienationem omnino, ſed eatenus quatenus præiudicium allatura eſt domino cenſus atque hoc forſan voluit Iuriſ. C. in dicto. §. fin. qui non ſimpliciter inquit venditionem factam contra pactum nullam eſſe, ſed nullam eſſe, vt pactioni extetit, ideſt (vt ego interpretor) vt creditori, qui habebat ius hypotecæ in re ius ſuum

illæſum conſeruetur, itaque valet donatio, & dominium transfertur, nõ tamen præiudicat ei, qui propter ius hypotecæ, quod habebat in re appoſuit pactum de non alienãdo, cui ius ſuum illęſum conſeruatur, perinde ac ſi res in bonis debitores manſiſſet. Quo fit pactum de non alienãdo, quod omnino impediret alienationem rei, vel eam reſtringeret metu pœnæ non valere. Cæterum ſi operetur conſeruationem iuris proprij emptoris cenſus.

29 Ex quo infertur primo, quod quamuis contra tertium poſſeſſorem rei agi non poſsit non excuſo principali debitore, authentica hoc ſi debitor. C. de pig. l. 14. titu. 13. p. 5. & in ordinationibus Portugaliæ lib. 4. tit. 33. appoſito tamen prædicto pacto agetur aduerſus tertium poſſeſſorẽ per eum qui dominus eſt cenſus non excuſo principali debitore, quod in ſpecie notat Bart. in. d. §. fi. nu. 2. Suarez in. l. poſt rem iudicatam. 1. limitatione, nu. 13. & Couarr. lib. 3. variarum. c. 7. nu. 6. verſi. illud tamen, Gutierrez vbi ſupra, nu. 30. in fine.

Secundo deducitur, quod quamuis vis exequendi perſonale ſit, & ſolum competat cõtra contentos in inſtrumento, vt in. l. ad probationem, ibi, niſi quem thenor ſcripturæ deſignat. C. de probat. nihilominus tamen contra tertium poſſeſſorem rei cenſui ſuppoſitam cum pacto de non alienando poterit fieri executio, quod in ardua cauſa conſuluiſſe, & obtinuiſſe, refert Suarez ſupra. n. 12. & 17. & Gomez de Leon in Cẽturia informationum facto. 59. & cum Coua. quem refert Gutierrez ſupra nu. 31.

Vnde ſub infertur multo magis valere pactum, quo res non alienetur, ſine licentia emptoris cenſus, vt reſoluit Soto lib. 6. de iuſt. q. 5. art. 2. col. 3. ad finem, & quod poſsit retrahi pro tanto, licet pactione non appoſita retractus locũ non habeat in cenſu cum nullum dominium rei ſit penes emptorem



emptorem cenſus, vt colligitur ex. l. 74. Tauri per locum ab ſpeciali cũ ibi notatis à doctoribus maxime a Caſtillo nu. 16. de quo plura ſcripſit Coua. lib. 3. variarum. c. 11. & Tiraquelus lib. 1. retractus, tit. 1. §. 1. gloſſ. 6. quamuis conſtitutione Pij Quinti in verſi. vbi autẽ retractus ius etiam ſine pactione concedatur.

Tertio ex dicta tertia regula deducitur, non valere pactum quod venditor cenſus teneatur ſoluere in domicilio emptoris, aut expenſas factas in exactione redditum pręſtare, quia licet regulariter creditor non teneatur ire ad domicilium debitoris, vt tradunt Bart. & Paulus in. l. item illa. ff. de conſtituta pecunia, ſi tamen hæc pactio fuerit appoſita valebit ex doctrina Baldi in. l. fin. nu. 8. C de cond. inſertis, & in ſpecie tenet Molineus de vſuris num. 137. & ratio eſt, quia licet reſpectu venditoris videatur hæc conditio pecunia extimabilis, reſpectu tamen emptoris id non cõtingit, cum in nihilo fiat locupletior, nec accipiat quidquam vltra iuſtum precium a lege taxatum. 30

Nec obſtat conſtitutio noſtri Pij Quinti, ibi, Annullamus pacta continentia ſolutionis onerũ ad eum expectare ad quem de iure, & ex natura contractus non expectarent: Nam reſpondeo illud procedere reſpectu onerũ, quæ cohærent ipſi cõtractui ſine mora debitoris, veluti ſi gabela eſſet ſoluenda ab emptore cenſus proculdubio non valeret pactum, vt a venditore ſolueretur, quemadmodum nõ valeret, vt exemplum ſcripturę (vulgo, El trãslado) ad conſeruationem iuris emptoris expenſis extraheretur. 31

Cæterum expenſæ, quæ fiunt propter culpam debitoris inique remorantis ſolutionem non ſunt onera cõtractus, & ideo mirum non eſt ſi poſsit deduci in pactum, vt a venditore ſoluantur cum de iure ad eas teneatur, ex regula. l. properandum. §. ſin autem alterutra. C. de iudicijs.

 Rurſus

Rurſus conſtitutio noſtri Pontificis Pij Quinti in illis verbis,intereſſe lucri ceſſantis,nam huiuſmodi pactum non continet intereſſe lucri ceſſantis,ſed damni emergentis,cuius maior ratio habetur,quam lucri ceſſantis,ex.l. ſi. verſi. non enim eſt pars. C.de codicillijs, atque ita licet lucrum ceſſans nō poſsit ſemper exigui, niſi quibuſdam requiſitis interuenientibus,de quibus per Bart. in .l. vnica, num.25. C.de ſententijs,quę pro eo, quod intereſt Afflictis deciſione.20. Molineus in tract. de eo, quod intereſt, num.97.& de vſuris,num.514.at vero damnum emergēs ſemper poteſt peti, quia nihil vltra ſortem recipit creditor,ſed rem propriam perſequitur.

Denique non obſtat eadem conſtitutio, ibi certas expenſas,aut certa ſalaria,aut ad ſalaria, ſeu expenſas medio iuramento creditoris liquidendas, quoniam his verbis nō ſimpliciter prohibetur ſalaria,& expenſas in pactum deduci,ſed certas & determinatas, aut iuramento creditoris liquidandas poſſet enim euenire,vt non tantas expenſas faciat creditor quantæ in ſcriptura comprehenſæ ſunt,atque ita plus iuſto precio reciperet. Cæterum expenſas, quas vere facit actor poterit ratione damni emergentis petere, quod ſanctus Pontifex Pius Qintus ſupra non negat,quin imo concedere videtur dum ſe reſtringit ad extenſas, & ſalaria certa,aut liquidanda per iuramentum actoris.quaſi non comprehendat expenſas,quas actorem feciſſe per probationem liquido conſtiterit.

32 Denique ex ſupradicta regula infertur valere pactum, per quod venditur facultatem concedit emptori occupandi bona hypotecata vſque ad concurrentem quantitatem reddituum appoſita clauſula conſtituti, quia magis pertinet ad ſecuritatem contractus,quam ad documentum precij,quidquid contradicat Molineus de vſuris, nume.136. quo



quo caſu licebit emptori propria authoritate poſſeſsionē ingredi,quia per conſtitutum poſſeſsionem adquiſiuit .l. quod medio .ff.de adquir. poſſeſſ. C. cum veniſſent in fine de reſtitutione ſpoliatorum, & ideo magis videtur propriam defendere poſſeſsionem, quam alienam occupare .l. cum fundum,vbi gloſſ.ver. poſtea.ff.de vi,& vi armata, docet Bart.in.l.3.nume.25. C. de pig.in.2.lectura, Tiraquelus de iure conſtituti.1.p.num.37.&.43.Neguſantius de pig.4.p.principali,num.20.Dueñas reg. 275. limitatione.6. Molineus recte explicans tex.in dicta.l. cum fundum in conſuetud. Pariſienſibus .2. parte, gloſſa .1. numero.188.

## Cap.4. De recognitione cenſus facienda per tertium poſſeſſorem.

### SVMMARIVM.

¶ *Quando res ſuper quibus cenſus eſt conſtitutus ad tertios poſſeſſores deueniunt eos teneri recognitionem facere pluſquam manifeſtum eſt, num.1.*

*Elegans & in praxi vtilis tractatur quæſtio, vtrum ſi cēſus conſignatiuus ſuper pluribus rebus ſit conſtitutus, & tales res ad varios poſſeſſores deueniant, an aduerſus vnumquemque inſolidū, an pro rata agi poſsit late diſcutitur, num.2.*

CVM cenſus neceſſario ſuper rebus debeat conſtitui, vt diximus in.c.præcedenti, euenit interdum, vt res ſuper

ſuper quibus cenſus eſt conſtitutus ad tertios poſſeſſores perueniant, contra quos agi poteſt non modo ad ſolutionem redditum decurſorum, ſed vt in futurum debitum agnoſcant, & ſcripturam publicam, & authenticam faciãt,
1 qua ſe aſtringãt, & obligent redditus in poſterum ſoluere interim dum cenſus non fuerit redemptus, quæ recognitio vocatur. Hæc autem fieri poteſt, vel in cenſu reſeruatiuo, cui correſpondet cenſus perpetuus, qui vulgo dicitur (fuero) vel incõſignatiuo, cui correſpondet cenſus ordinarius quem dicimus (al quitar).

In cenſu autem perpetuo hæc recognitio dominium minime probat, vt notant. dd. per tex. ibi in. c. peruenit de cẽſibus, & docet in terminis Rebuffus in. 2. tomo ad. ll. Gallicas in tract. de cõſtitutionibus redditum, ar. 2. gloſſ. vnica, qui multa de hac recognitione tradit.

Sed in cenſu conſignatiuo (vulgo, al quitar) celebris quæſtio eſt, vtrum ſi conſtitutus fuerit ſuper pluribus rebus, & hæc ad varios poſſeſſores perueniant, qui neque cõtraxerunt cum emptore annui redditus, neq; hæredes eius ſint an aduerſus vnumquemq; inſolidum agi poſſit ad exactionem redditus decurſi, & ad recognitionem in futurũ, an vero pro rata, & inſolidum agi poſſe: neque compellẽdum eſſe dominum cenſus aduerſus omnes ſimul, aut cõ-
2 tra quemlibet pro rata actionem exercere ſuã, probat tex. in. l. moſchis. ff. de iure fiſci, ex qua communiter notatur actionem hypotecariam contra vnũquemq; poſſeſſorem rerum obligatorum inſolidum competere, quod præter ordinarios ibidem ex ea. l. deduxit Iaſ. in. §. item ſi quis in fraudem, nu. 128. inſtituta de actionibus, Fanus in tract. de pig. 1. memb. 8. partis principalis, nu. 50. & alijs quos ipſe congerit, & refert Couarr. lib. 3. var. c. 7. nu. 7. & quamuis plures aliquos ipſemet Coua. congerit contrarium in hoc

tenuerint



tenuerint retorquentes pro ſua ſententia, tex. in. d. l. moſchis, eos tamen recte improbat ipſe Coua. vbi ſupra verſi. ſed nihilominus prior aſſerens primam opinionem, & veriorem eſſe, & magis communem, & vltra ipſum approbat Rebuffus in. l. plebs. §. pignus, verſi. & quilibet poſſeſſor. ff. de verb. ſign. firmans ita fuiſſe iudicatum in ſenatu Pariſienſi.

Sed licet hæc opinio admittatur in hypotecis, non tamen euincit idem omnino eſſe in caſu, in quo rerum obligatio differt ab ordinarijs hypotecis, cum potius ipſæ res venditę cenſeantur, & rurſus venditori traditæ, vt propter eas cenſum annuum præſtet, atque ita hic contractus potius adſimilatur contractui cenſus, qui iure canonico antiquiori erat cognitus, in quo quilibet poſſeſſor pro rata tenebatur, ex text. in. c. conſtitutus de religioſis domibus. Quam partẽ in cenſu defendit Guido in. q. 432. Caſaneus in conſuetudinibus Burgundiæ, Rub. 5. §. 2. nu. 35. Rupelanus lib. 1. forenſium inſtitutionum. c. 10. & alij relati, & ſecuti a Coua. vbi ſupra, vltra quos ego allego text. in. l. 2. C. de debitoribus ciuitatum, verſi. pro rata lib. 11.

Sed in praxi contrariam opinionem frequentiſsime admiſſam eſſe agnouit Coua. vbi ſupra, qui eam tamen limitat, vt non procedat cum vnus ex pluribus hæredibus cõſtituentis cenſum rem poſſederit, quo caſu pro rata tantũ non inſolidum conueniendus erit ad recognitionem, & ſolutionem annui redditus decurſi, cuius ſententię ſumma ratio eſt, quia eo caſu non agitur hypotecaria actione ſimpliciter, ſed ratione conſtitutionis, & aſsignationis annui redditus ſuper ea re, quæ facta videtur pro rata, & diſtributiue.

Sed hec limitatio nullo modo mihi videtur admittẽda, nam iuris ratio admonet, vt eo caſu potius inſolidum cõ-

ueniatur.

ueniatur hæres,quia licet in iure controuerſum ſit, vtrum hypotecaria actio inſolidum,an pro parte debeat exerceri contra poſſeſſorem rerum obligatarum, vt ex ſupradictis apparet,illud tamen ſine controuerſia eſt aduerſus illum, qui obligauit inſolidum competere,ex .l. creditores.ff.de diſtractione pig.idemque eſt aduerſus eius hæredes,vt eſt expreſſus tex.in.l.1.C.ſi vnus ex pluribus hæredibus creditoris vel debitoris,per quem tex.idem tenet,& explicat Socinus conſil.75.col.penult.lib.1.conſiliorum,& agnoſcit verum eſſe idem Coua.d.n.7. paulò poſt principium, ſi ergo contra tertios poſſeſſores praxis admittit inſolidū agi poſſe pugnantibus pluribus, qui cōtrarium defendūt, quanto magis id admittendum eſt quoties res obligata ab vno ex hæredibus poſsidetur cum in hoc caſu iure expreſſum ſit ipſum inſolidum conueniri poſſe, quod eleganter in terminis docet Rupelanus vbi ſupra.c.10. Neque obſtat ratio qua mouebatur noſter Coua. vbi ſupra, quæ in iure non probatur,neque ad rem facit regula tex.in.l.pro hæreditarijs.C.de hæreditarijs actionibus,procedit enim in actionibus perſonalibus,ſecus vero eſt in realibus,quę aduerſus hæredem rem poſsidētem inſolidum cōpetunt.

## Cap.5.De extinctione cenſus.

*SVMMARIVM.*

*¶ Solutione ſortis principalis cum fructibus decurſis contractus cenſualis extinguitur,& euaneſcit,num.1.*

*Re ſuper,qua cenſus eſt cōſtitutus,& impoſitus perempta, ſeu infructuoſa reddita in totū,vel in parte omnino cēſus extinguitur,& cū qua limitatione hoc intelligatur,n.2.*





*Diſputatur vtrum cēſus praſcriptione quadraginta annorum,ſicuti quodlibet ius publicum,ſeu priuatum extinguatur:& quando,& quomodo declaratur,nu.3.*

*Cenſum qui in ſignum ſubiectionis,& recognitionis principi præſtatur impræſcriptibilem eſſe oſtenditur,nu.4.*

*Differentia inter annuū debitum ex vltima voluntate,& ex contractu depingitur.num.5.*

CEnſus autem legitime conſtitutus multis modis extinguitur.

1 Primo ſolutione ſortis principalis cum decurſis redditibus,quæ ſolutio,&pro parte fieri poteſt,vt ſupra diximus, niſi per particularem pactionem ſibi prouiderit emptor, ne cogatur particularē recipere ſolutionē,hæc autē redēptio pacto differri non poterit vſq; ad certum tempus,ita vt antea illud redimere non liceat,quia per illud conſtituitur emptor certus de lucro vltra ſortem principalem, atq; ita vſurarium iudicari debere talē contractum affirmat Coua. cum multis omnino legēdus in lib.3.var.reſ.c.8.n.8.ſane vbi cenſus perpetuus eſt ſine redimendi pacto nō poterit venditor oblata ſorte principali liberari,ſed ſi non cōſtet, vtrum cenſus habeat eam conditionem, vt redimi poſsit dubitari merito poteſt,vtrum perpetuus an redimibilis cēſeatur. Quam quæſtionem late proſequitur noſter Coua. omnino videndus vbi ſupra.c.10.nu.fin.

Obſeruabis tamen etiam ex conſtitutione Pij Quinti in iſto proprio motu,verſic. cum vero nouam formam exigendi cenſus per ſolutionem ſortis principalis.

Secundo extinguitur cēſus perempta re, vel infructuoſa reddita in totum vel in parte,vt in cōſtitutione noſtri Pij Quinti exprimitur,&clare demōſtratur in verſ.poſtremo

cuius rei euidens ratio eſt, quia cum hic contractus ad in-
2 ſtar emptionis celebretur, vt ſæpius adhuc dictum eſt re
perempta merito extinguitur cum, pereat periculo illius,
qui habet ius in re, & ideo contraria conuentio iniqua eſt.
vt in.l.non moriturum.C.de contrahenda emptione, & in
ſpecie docet Sarmientus, lib.7.ſelect.interpret. c.1. n.29.

Neque obſtat quod in cenſu, & res, & perſona obligatur,
& ideo re perempta manet obligatio perſonalis, cuius reſ-
pectu teneri poteſt venditor cenſus.

Nam reſpondeo, quod quemadmodum in emptione re
tradita liberatur venditor, ex tex.in.l.ex empto.ff.de actio
nibus empti, neque vlterius tenetur, niſi forte res fuerit eui
cta, ita & in cenſibus cenſu ſemel conſtituto ſuper re mea
videor ſatisfeciſſe, & re perempta vtique liberor, vt notat
Sarmientus vbi ſupra.

Sed ego ſuperiorem reſolutionem limito, vt non proce
dat cum culpa debitoris res perierit hoc caſu, licet extin-
guatur cenſus poteſt aduerſus debitorē ad omne intereſſe
agi, quemadmodum ſi ſuper re aliena cenſus conſtituatur,
quæ poſtea à domino euincatur irritus vtique manebit ta-
lis cōtractus cenſualis, licet emptor ratione euictionis exi
gere poſsit precium quod dedit, & redditus decurſos vſq;
ad veram, & realem reſtitutionem damni illati. Neq; enim
debet melioris conditionis eſſe, qui delinquit cenſum cō-
ſtituendo ſuper re aliena, quam ſi non deliquiſſet. In quā
rem facit tex.in.l.venditor hominis.ff. de euictionibus.

3 Tertio etiam modo extingui videtur cenſus noſter, de
quo agit Pontifex in iſto ſuo proprio motu pręſcriptione
quippe cum omne ius, ſiue publicum, ſiue priuatum qua-
draginta annorum ſpatio, & interuallo in vnaquaque per-
ſona extinguatur, ex tex.in.l.omnes, verſ.nullumq; ius cū
complicibus.C.de pręſcriptione triginta, vel quadraginta
annorum,



annorum, quod etiam in redditibus decurſis annuis pro-
cedit, ex tex.in.l.eos .C. de vſuris, & facit tex in .l. plures
C.de fide inſtrumentorum, notat bona gloſſ.in.c.tua, el.2.
de decimis, & ſequitur Rebuffus in tract.de conſtitutione
reddituum.2.tomo, art.2.gloſſ.vnica in princ.

Sed in contrarium, imo, quod annuus redditus perſcribi
non poſſet probari, videtur ex eo, quod in cenſum non
vnum, ſed plura debita ſunt, quę quotannis deberi inci-
piunt, ex tex.celebri in.l.ſi in ſingulos.ff.de annuis leg.&
obid vſucapi non poſſunt, quia in quolibet anno de per ſe
ius capiendi inſpicitur, ex.l.cum in annos verſi.& per ſin-
gula eodem tit.l.cum in annos.23. ff. quando dies legatis
cedat, & facit etiam tex.in.l.cum notiſsimi.§.f. C.de per-
ſcriptione triginta, vel quadraginta annorum, vbi notat
gloſſ.ver.cuiuſcumq;, quam communiter approbari teſta
tur Carolus Ruinus conſil.34.num.6.lib.2.conſil. Alcia
tus in.l.vnica.C.de ſententijs, quæ ſine iuſta cauſa profe-
runtur, & Lara in.l. ſi quis a liberis .§. ſed verum, numer.
40.ff.de rebus dubijs, & nouiſsime tradit practicus no-
ſter Parladorus in lib.rerum quotidianarum, cap.1. §.13.
num.44.

Cui ſententiæ nihil obſtare videtur, tex. in dicta.l.om-
nes, quia procedit in actionibus, quæ curſum habet conti
nuum: ſecus tamen eſt quando vnica tantum obligatio,
vel actio naſcitur. Deinde in.d.l.eos ſpeciale eſt vſurarum
odio, vt ibi obſeruant Belapertica, & Raynerius, & Cinus,
q.f. & Albericus in.l.cum notiſsimi.§.fin. columna pe-
nultima. Et hāc eſſe communem interpretationem illius
tex.teſtatur Iaſon in.l.de pupillo.§.ſi in pluribus, nu.4.ff.
de noui operis nuntiatione.

Neque rurſus obſtat tex.in dicta.l.plures, procedit enim
reſpectu illius redditus, qui ante legitimum tēpus effluxit.

Cæterum alij redditus, qui poſtea cęperunt deberi non potuerunt perſcriui quanuis Hugo, & Roſerius relati a gloſ. in. d. ver. cuiuſcumque vnicã ſufficere perſcriptionem affirment eamq incipere a tempore ceſſantis ſolutionis.

4 Sed vt deinceps vera, & pleniſsima reſolutio huius articuli habeatur, ego ſic ſtatuo cenſum, qui in ſignum ſubiectionis, & recognitionis principi præſtatur, vt in. c. 20. de cenſibus, & in capit. magnum. 11. q. 1. in perſcriptibilem eſſe, vt notat gloſſ. per tex. ibi in. c. cũ non liceat de perſcriptionibus, & eſt tex. de hoc expreſſus in. l. comperit. C. de perſcriptione triginta, vel quadraginta annorum, & de iure regio extant tex. in. l. 6. tit. 29. pa. 3. l. 5. tit. 11. lib. 2. fori, & in. l. 1. tit. 15. lib. 4. nouæ Recop. quod & in ſpecie notauit Abb. in. c. cum contingat, & in. c. ad audientiam, vbi Felin. de præſcriptionibus, & plures alij quos refert, & ſequitur Rebuffus vbi ſupra art. 2. gloſ. vnica, num. 1. & 2. & Petrus Folerius in tract. de cenſibus, fol. 300. At vero cenſus de quo noſtra diſputatio eſt, recte, & iuridice perſcribitur, vt reſoluitur Parladorus vbiſupra. §. 12. nu. 41. & § 13. nu. 44.

Neque obſtat, quod delegato annuo ſupra cũ communi
5 reſoluimus, nam ea doctrina non procedit in annua ſtipulatione, ſeu alio debito annuo ex contractu decendenti, quoniá annua ſtipulatio vna eſt, & ideo ſufficit vna præſtatio ex. l. ſi Stichũ. 16. §. ſtipulatio, ibi, vna eſt. ff. de verb. oblig. quam differentiæ rationem inter annuum debitum ex vltima voluntate, vel contractu conſtituit gloſ. in. d. verbo cuiuſcumque, vbi eam ſequuntur Bart. & Fulg. n. 2. & eſt gloſſ. conſimilis in. l. de pupillo, ver. remiſsionis. §. ſi in pluribus. ff. de noui operis nuntiatione, & communiter approbari teſtantur, Abb. num. 38. & Pariſius, num. 33. in. c. auditis de perſcriptionibus, Balbus in tractatu de perſcriptionibus



tionibus. 4. p. quartæ partis principalis, quæſt. 4. Gigas in tractatu de penſionibus, quæſt. 37. num. 5. & Ant. Gomez in. 2. tomo variarũ. c. 11. nu. 25. & Parladorus. d. c. 1. §. 12. num. 4. Pro qua ſententia extat text. in. l. ſi vſusfructus alternis annis. ff. quibus modis vſusfructus amittatur inducendo eam a contrario ſenſu, & in cap. de quarta de perſcriptionibus. Vnde ſufficit vna perſcriptio quadraginta annorum, licet quarta ſingulis annis ſoluenda ſit.

# Cap. vltimum, De vectigali ſoluendo, quod Hiſpane dicimus, alcauala.

## *SVMMARIVM.*

¶ *Vectigal non ex omnibus contractibus debetur, ſed ſolũ modo ex emptione, & venditione, & permutatione, num. 1.*

*Gabella ex conſtitutione contractus cenſualis, non tamen ex reſolutione debetur, num. 2.*

*Vtrum pactum de retrouendendo in emptione huius annui cenſus ſit iuſtum, necne diſputatur, num. 3.*

*Si in celebratione contractus cenſualis aliqua requirendarum conditionum deficiat, contractus eſt nullus, & ex tali contractu nullo gabella non debetur, num. 4.*

Vectigal non ex omnibus contractibus, ſed ex emptione, & permutatione tantum debetur, ex tex. in. l. 1. & 2. titu. 17. lib. 9. nouæ Recop. cum complicibus, vbi venditionem ſtricte accipere debemus, nam quamuis venditionis appellatio omnes cõ- 1

Y 2 tractus

tractus comprehendere ſoleat, vt in.l.ſtatu liberi.§.quintus.ff.de ſtatu liberi, reſoluit Tiraquelus de retractu linagiei.§.1.gloſſ.2.num.1.id tamen intelligẽdum eſt,vt procedat data paritate rationis in alijs contractibus, vt ad veram interpretationem.d.§.quintus, tradit Pinelus in.l.2. 2.part.c.1.num.12.C. de recindenda venditione. Vnde cũ in cenſuali contractu vera emptio contrahatur clara conſequentia eſt vectigal deberi.Neque obſtat, quod contractus iſte cenſualis reſoluitur per pactum de retrouendendo,& reſoluto contractu gabella nõ debetur,iuxta doctrinam Bart.in.l.à ventione.ff.de pactis,nam id procedit in pacto in initio appoſito, quod ipſo iure reſoluit emptionem,quale eſt pactum legis commiſſoriæ, & adiectionis

2 in diem. At vero pactum de retrouendendo,non ipſo iure reſoluit venditionem,& ideo gabella debetur,ſemel tantum ex celebratione contractus, non tamen ex reſolutione,præterquam ſi reſolutio fiat non ex pacto in initio appoſito,ſed ex noua conuentione,tunc enim duplex contractus eſt,& ex vtroq; gabella debetur,quæ diſtinctio colligitur ex Baldo.l.1.C.quando liceat a venditione diſcedere, eodem Baldo, & Alberico in.d.l.à ventione; & ex Vertachino in tractatu de gabellis.5 p.nu.6.&.8.p. membro.3.q.14. Fabiano de Monte,in tract. de emptione, & venditione.8.part.num.5. &.6. Antonio Gomez in dicto.2.tomo,Bart.c.2.num.31. Pinelo in.l.2. 2.p. c.3. nu. 36.C.de recindenda venditione. Quo fit, vt cum in contractu cenſuali pactum de retrouendendo in principio cõtractus apponatur gabella a venditore ſemel debeatur, nõ autẽ ex redẽptione,poſtea facta virtute pacti præcedẽtis.

3 Rurſus non inutile erit inueſtigare, Vtrum pactum de retrouendendo in emptione huius noſtri annui cenſus ſit iuſtum,nec ne,& pro parte negatiua faciunt ſequentia.

Primum.



Primum,quia pactum de retrouendendo in rei veritate continere videtur antichreſim,quę iure noſtro improbata eſt,iuxta tex.in.c.illo vos de pig.ergo,& iſtud pactum debet improbari.

Secundum,quia & ſi ceſſet vſura, nõ tamen ceſſat iniuſtitia,quia poſſet contingere,quod res, quæ de præſenti valet decem,poſtea tempore redemptionis virtute pacti valeat viginti:vnde ex modicitate precij inſurgit iniuſtitia, pretia enim rerum non ex præteritis emptionibus,ſed ex præſentibus conſtituuntur, iuxta text. in .l. ad recidendam, C.de recidenda venditione,&.l.3.§.diuus.ff.de iure offiſcij,& in.l.in lege falcidia.§.corpora.ff.ad legem falcidiam ergo.

Tertium,quia quando res ipſa venditur,cum pacto de retrouendendo vilius venditur ratione pacti argumẽto,tex. in.l.fundi partem.ff.de contrahenda emptione,ſed quãdo poſtea retrouenditur res nullum pactum apponitur,& ſic maioris precij eſt, ergo iniuſtum eſt idem precium conſtitutum in redemptione, imo maius requiritur.

Sed prædictis non obſtantibus dicendum eſt,pactũ iſtud de retrouendendo in emptione,& venditione appoſitum licitum eſſe, & probatur, quia ſine contractu venditionis poteſt quis ſe obligare ad vendendum,cum alius voluerit, ergo idem fieri poteſt interueniente contractu principali venditionis, qui ex conuentione partium legem accipere dignoſcitur argumento,tex.in.l.1.§.ſi conueniat.ff.depoſiti.&.l.veteribus.ff.de pactis,&confirmatur hæc ratio, ex regula tex.in.l.tempore.C.de pactis inter emptorem, & venditorem,& in.l.1.cum ſimilibus.ff.eodem.

Præterea, quia dictum pactum omni iure comprobatũ eſt,&primo de iure diuino,vt habetur Leuit.c.25.ibi,Sub redẽptionis cõditione vẽditur.2.de iure canonico,vt patet

ex.d.c.illo vos de pig.vbi habetur,quod venditio facta cũ pacto de retrouendendo eſt pura quamuis reſoluatur ſub conditione ad diem,ſecundum tex.in.c.ad noſtrã,de emptione,& venditione.3.de iure ciuili,probat tex.in.l.2.ſecundum communem intellectum.C.de pactis inter emptorem,&venditorem,& apertiſsime tex.in.l.ſi à te.C.eodem.l.ſi vir vxori.ff.de preſcriptis verbis.4.de iure regio in.l.42.tit.5.pa.5.& in terminis huius noſtri contractus cẽſus redimibilis extat.l.1.tit.15.lib.5.noueRecop.tenet etiã noſter motus proprius in columna penult.& reſoluit Conra.de contractibus.q.83.Coua.lib.3.var.c.8.per totũ & in terminis in nu.5.in fine.Soto lib.6.de iuſt.& iure.q.5.ar.3.& Albornoz de arte contractuum,lib.3.c.de cenſo al quitar.

Quibus tamen ſic conſtitutis ad argumenta reſpondere neceſſe eſt.

Et non obſtat primum,quia reſpõdetur negando, quod per hoc pactum conſtituatur antichreſis cum pignus ſit, & omne pignus neceſſario preſupponat obligationẽ ſoluendi ſortem,qua tenetur debitor,neque enim res pignorate poſſeſsio, vel dominium adquiratur creditori, iuxta tex.in.l.non ſolum.§.qui pignori.ff.de vſucapionibus, ita in antichreſi,iuxta.l.ſi pecuniã,&.l.ſi is,qui bona.ff.de pignatitia actione, at vero pactũ de retrouẽdendo longe diuerſos effectus habet, quia venditorem rei non conſtitui in aliqua obligatione reſtituẽdi precium cum libere eius voluntati relinquatur. Neque impedit tranſactionem poſſeſsionis,vel dominij rei venditæ iuxta.l.2.& quæ.dd.ibi notant.C.de pactis inter emptorem,& ea quæ tradit Couarr.dicto.c.8.ergo dictum pactum nõ conſtituit antichreſim. Sed replicatur,quia ſi pactum de retrouendendo non duceret antichreſim nonfaceret contractum venditionis

ſuper



ſuper qua ponitur vſurarium. Sed contrarium colligitur, ex tex.in.c.ad noſtram,de emptione,&vend.ibi,quod patet ex eo,&c.facit etiam tex.in dicto.c.illo vos, vbi cõtractus emptionis vitiatur ratione pacti de retrouendendo. Sed reſpondetur non obſtare dicto.c.ad noſtrã,nam quãuis reſponderi poſsit ſecundum eius communem intellectum,videlicet,quod quando cum pacto de retrouendendo concurrit modicitas precij,preſumatur cõtractus pignoratitius,ac per conſequens vſurarius:ſecus ſi interueniat pactum de retrouendendo ſolum,quia non vitiat tunc, vt docet Panormi.in eodem.c.ad noſtram,num.9. Siculus conſil.51.Beltrandus conſil.86.volum.1. Greg.Lupus in dicta.l.42.gloſſ.1.quamuis Coua.dicto lib.3.c.8.num.4. exiſtimat ſupradictis addendam eſſe aliam circũſtantiam, vt cenſeatur omnino contractus vſurarius,videlicet,quod tempus ſit adiectum redemptioni,vt colligitur ex dicto.c. ad noſtram,& notant plures quos ipſemet allegat.

Tu igitur aliter,& melius ſatisfacies ſi dicas tex.in.d.c. ad noſtram,non loqui in pacto de retrouendendo, ſed in pacto de reſtituendo,ex quo maior præſumptio ſimulationis colligitur cum plurimum accedat naturæ pignoratitij contractus,quemadmodum enim pignorata res ſoluto precio ſine nouo contractu reſtituitur,iuxta tex.in.l.neque creditores cũ.l.ſeq.C.de pignoratitia actione,&.l.ſi rem 1.§.omnis,&.l.ſi pecuniam.ff.eodem,ita etiam vbi res vẽdita eſt cum pacto de reſtituendo,nam tunc poteſt reſtitui ſine nouo contractu,res vero vendita cum pacto de retrouendendo non poteſt, vt patet ex natura ipſius pacti, ad quod facit tex.in.l.2.C.de pactis inter emptorem, & venditorem,& explicat Corneus conſil.224.nu.7.& conſil. 356.num.25.volumine.1.conſiliorum, Cepola de ſimulatione contractum,num.58.& Corraſ.lib.3.miſcelanea-

 rum,

rum.c.9.& noſter Couarr.d.c.8.nu.4.Pro quo intellectũ facit apertiſsime dictũ tex.in.d.c.ad noſtram, ibi, Domus eius reſtituere, & oliuas. Et ita aduerte, quod licet in venditionibus non ſit prohibitum pactum de reſtituendo, vt docet Cagnolus in .d.l.2.nu.54.tamẽ coniecturæ illę vſurarum, quas notant.dd.prædicti facilius applicantur iſti pacto, quam pacto de retrouendendo ex prædictis iuribus, & ſic non obſtat primum argumentum, quod fundabatur in.d.c.illo vos, quia ſatisfacies illi ſi perpẽdas, quæ in eius intellectum tradit noſter Couarr.d.lib.3.var.c.9.n.2. qui etiam intelligit.l.1.tit.2.lib.8.ordinamenti, Naua. in manuali latino.c.17.nu.248.& Tiraquelus in tract.de vtroque retractu lib.2.in præfacione, nu.31.

Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quod licet tẽpore redemptionis res ſit maioris precij, non præter hoc redditur pactum de retrouendendo eodem pretio iniuſtũ ex eo nempe, quia etiam potuiſſet valere minus, & propter hoc in cõuentione viliori precio venditur res ratione pacti de retrouendẽdo, vt docet Medina in.c.de cenſu redimibili, quem omnino vide circa alia dubia, quæ in hoc propoſito poſſent contingere.

Ad tertium reſpondetur, quod ideo res minori precio venditur, quia habetur ratio eius, quod poſtea emptor ſimpliciter, & ſine aliquo alio pacto vel conditione eodẽ precio eſt venditurus, & ita inſurgit euidens ęqualitas inter ipſos contrahentes, quod ſane iuſtiſsimum cenſeo, ex Medina, & Soto vbi ſupra, & ita in iudicando, & conſulendo tenendum eſſe affirmo.

Et vt à propoſito, & a ſuperiori ſententia recedere non videamur, prædicta tamen opinio limitanda eſt, vt nõ pro
4 cedat, cum cenſus nullus eſt propter defectum alicuius cõditionis, ex illis quas ad ipſius contractus ſubſtantiam, & valorem



valorem neceſſarias eſſe diximus ſupra in.c.2. nam ex cõtractu nullo gabella nõ debetur, vt docet Baldus in.l.f.C. de Eunuchis, & in.l. non dubium. C. de legatis notab. 2. & Tiraquelus de retractu linagiei.§.1.gloſſ.2.nu.7. & in tractatu de retractu conuentionali.§.6.gloſſ.2.nu.6. Quo fit, vt ſi domus vel fundus pro precio annui redditus detur cum cõtractus nullus ſit gabella non debeatur, vt reſoluto contractu is qui fundum accipit fructus reddere teneatur iuxta reſoluta per noſtrum Coua.lib.2.variar.c.9.nu.10. & alia de gabellis ex cõtractu cenſuali reſoluendis, vel nõ tradit Parladorus in lib. rerum quotidianarum.c.3.fo.77. & nouiſsime Laſarte in eodem tractatu de gabellis. Hic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.
Matth.5.

FINIS.

*COMPLVTI.*

Ioannes Iñiguez a Lequerica excudebat, Anno.1593.

# Index rerum notabilium, quæ in hoc tractatu continentur: ordine alphabetico ſummatim recenſetur.

## A.

ANtiquitus & hodie nomen iſtud (cenſus) vnde dictus, & quid ſignificet demonſtratur, cap.1.nu.1.fol.145.

B.

Bona ab authore, declaratio ad propriũ motũ Pij Quinti traditur, c.3.nu.31. fol.165.

C.

Cautela elegans traditur illi, qui ex vẽditione alicuius rei in ſui fauorem conſtituitur cenſus.c.3.nu.19. fol.159.
Cẽſores quales, & quidã quondã dicebãtur.c.1.n.2.f.145.
Cenſus conſtitutionem, neq; vere, neq; interpretatiue mutuum dici poteſt, & huius rationis cauſa demonſtratur, c.2.num.5. fol.149.
Cenſus contractus potius emptionis, & venditionis, quam mutui vicem obtinet, c.2.num.6. fol.149.
Cenſus ſuper rebus, ſuper perſona, minime impoſitus reputatur, c.2.num.7. fol.150.
Cenſus perpetuos iuſtos, & licitos eſſe cũ ratione docetur, c.2.num.9. fol.150.
Ceſſante ratione legis, eius diſpoſitionem ceſſare clara cõſequentia eſt.c.3.num.15. fol.158.
Cenſum qui in ſignum ſubiectionis, & recognitionis principi præſtatur impręſcriptibilem eſſe oſtenditur.c.4. num..2. fol.167.
Contractus cenſualis antiquis iureconſultus incognitus poſtea pro cõmuni cõmertiorum vtilitate fuit inuẽtus, &



& duplici hodie celebratur modo.c.1.n.9. fol.147.
Conditio quarta, quę requiritur in celebratione cõtractus cenſualis, eſt ſcilicet, quod detur facultas venditori cenſum in totum, vel pro parte redimendi, non tamen ei neceſsitas imponatur.c.3.num.2. fol.159.
Conditio illa, quæ paſsim ſolet apponi in ſcriptura cenſus inter venditorem, & eius fideiuſſorem (emptore tamẽ neſciẽte) quod teneatur venditor debitor intra aliquod tẽpus cenſum redimere, vel ab obligatione fideiuſſorẽ eximere, ſatis vſitata eſt, & in qua eſt caſus, in quo vẽditor ad redimendum cenſum cõpellitur.c.3.n.21.fo.160.
Conditione requiſitæ in creatione cẽſus ſunt omnino ſeruandæ, & ſi earum quælibet deficiat, talis cõtractus, nõ ſolum nullus, verumetiam, & fœneratitius iudicabitur, c.3.num.25. fol.162.
Conditio illa in cõtractu cenſus appoſita, vt res ſuper qua eſt impoſitus, nõ alienetur, niſi in perſonam idoneam, quomodo intelligatur diſputatur.c.3.num.28.fol.164.

D.

Differentia inter annum debitum ex vltima voluntate, vel ex contractu traditur.c.5.num.5. fol.169.
Differentiæ inter cenſum, & emphitheuſim, ſcitu digne depinguntur.c.2.num.11. fol.150.
Diſputatur, Vtrum cẽſus pręſcriptione quadraginta annorum, veluti quodlibet ius publicum, ſeu priuatum extinguatur, & quomodo, & quando declaratur, cap.5. num.3. fol.168.

E.

Elegans, & in praxi vtilis tractatur quæſtio, Vtrum ſi cenſus cõſignatiuus ſuper pluribus rebus ſit conſtitutus, & tales res ad varios, & diuerſos poſſeſſores deueniant, an aduerſus vnumquenque inſolidũ, an pro rata agi poſsit, late.

late diſcutitur.c.4.num.2. fol.166.

Emens cenſum non ſeruatis conditionibus a iure requiſitis ſubiacebit pœnis, aduerſus vſurarios ſtatutis, hoc tamen cum limitatione ponitur.c.3.nu.26. fol.163.

Emphitheutica vendens, vel alienans rem hypoticatam irrequiſito domino, qui rem pro codẽ precio accipere poteſt, tenetur ei laudemiæ nomine quinquageſimam precij partem ſoluere: ſecus tamen obſeruandum eſt in cenſuario.c.2.nu.12. fol.150.

Ex vero debito, quod ex pecunia numerata conſtitit tempore mutui, bene poteſt conſtitui cenſus, ſi tempore ſolutionis non habeat debitor, vnde ſoluere poſsit, quo in caſu proprium motum Pij Quinti procedere docetur. c.3.num.27. fol.163.

Emptio ſine re, quæ veneat contrahi non poteſt, capit.2. num.3. fol.148.

F.

Fructifera ſui natura debet eſſe res ſuper qua conſtituitur cenſus: tali modo, quod eius fructus equiualeant redditibus ſoluendis, &c. An ſuper vrbanis ędificijs poſſe cẽſum conſtitui diſputatur.c.3.nu.6. fol.155.

G.

Gabellam ex conſtitutione cenſus, nõ ex reſolutione deberi concors omnium noſtratum veriſsima opinio eſt, c.vltimo, num.3. fol.170.

H.

Hodie attento iure regali cenſus, qui in fructibus, vt in tritico, oleo, & his ſimilibus ſoluuntur, illiciti reputantur, c.2.num.8. fol.150.

I.

Intellectus ad.l.rem legatam.ff.de adimendis legatis.c.3. num.10. fol.156.

In



In Italia, & Gallia, conſtituũtur cenſus ad rationẽm vnius pro duodecimo, ſed in Germania vnius pro vigeſimo, & antiquitus in noſtra Hiſpania, vnius pro decem.c.3. numero.8. fol.155.

In quo differant cenſus, & emphitheuſis a fœudo, docetur.c.2.num.14. fol.151.

Interpretatio ad.l.2.ff.de cenſibus, c.1.nu.4. fol.146

Iniuſtus an iudicetur cenſus, quando non ex pecunia numerata, ſed ex venditione alicuius rei precium conſtituitur.c.3.num.18. fol.158.

Interpretatio ad.l.proſpexit.ff.qui, & a quibus traditur, c. 3.num.16. fol.158.

Intellectus ad propriũ motũ Pij Quinti.c.3.n.24.fo.162.

L.

Licitum eſſe ſecundum ſacræ Theologiæ, & vtriuſque iuris profeſſores, tam priſcos, quam neothericos, contractum cenſualem, atque iuſtum problematice dicitur. c.2.num.4. fol.148.

M.

Modica deceptio in emptione cenſus, & precij huius noſtri temporis conſtituti, reddit contractum nullum, & ad peccatum, & reſtitutionem aſtringit illum, qui ſic contrahit.c.3.num.11. fo.156.

N.

Nomen (cenſus) apud bonos latinę linguæ authores, quãdo adiectiuum eſt diuitem ſignificat, cap. primo, numero.6. fol 146.

Nouiſsimo iam hodie Regali iure in noſtra Hiſpania nõ minus, quam vnum pro quatuordecimo cenſum emere licet.c.3.num.9. fol.156.

O.

Opiniones, Salazar circa ſolemnitatẽ a Pio Quinto requiſitam

ſitam in conſtitutione cenſus referuntur,& ab authore diſputantur.c.3.nu.13. fo.157.
Opinio Dominici a Soto refertur,& ab authore ſalua eius pace improbatur.c.1.num.7. fo.146

P.

Pactum,quod venditor cenſus teneatur ſoluere in domicilio emptoris,aut expẽſas factas in exactione reddituũ præſtare: vtrum valeat & quomodo,c.3.nu.30. fo.165.
Pactum per quod venditor facultatem concedit emptori occupandi bona hypotecata,vſq; ad concurrentem quãtitatem redditũum, appoſita tamen clauſula cõſtituti,valet,& quare.c.3.nu.32. fo.165
Pactum quodliber redimendi cenſus in voluntate emptoris poſitum,reprobatum eſſe,in voluntatate venditoris depingitur.c.2.num.10. fol.150.
Pœna commiſsi,vtrum in emphitheuſi, aut in conſignatiuo cenſu, vulgo (al quitar) an in vtroque cõmittatur.c.2.num.13. fo.151.
Peremptis bonis immobilibus,ſuper quibus cẽſus eſt cõſtitutus cenſum ipſum perimi cum ratione docetur,c.3.num.5. fol.155.
Præſtatio tributi ſignum eſt ſubiectionis.c.1.nu.8.f.146.
Prima conditio contractus cenſualis eſt, vt redditus conſtituãtur ſuper certis bonis immobilibus.c.3.nu.1.fo.154
Pro axiomate ponitur cenſum pro parte redimi poſſe.c.3.num.23. fol.161.

Q.

Quando in ſtatutis,& alijs diſpoſitionibus de verbo pecuniæ ſimpliciter mentio fit, de numerata intelligitur .c.3.num.14. fol.157.
Quando res ſuper quibus cenſus eſt cõſtitutus, ad tertios poſſeſſores deueniunt,eos teneri recognitionem facere
plusquam



pluſquam manifeſtum eſt,c.4.num.1. fol.166.
Quarta neceſſaria cenſus conditio eſt,quod eius precium integre perſoluatur ante ipſius cenſus conſtitutionem, & in pecunia numerata in præſentia tabellionis, & teſtium.c.3.nu.12. fol.156.
Quoties aliquid ratione mutui vltra ſortem principalem accipitur,manifeſta eſt vſura,c.2.n.2. fol.148.

R.

Regulare licet ſit contra tertium poſſeſſorem agi non poſſe,niſi excuſſo prius principali debitore,in contractu tamen cenſus ſpeciale eſſe demonſtratur.c.3.n.29. f.164.
Recte valet argumentum de fœudo ad maioratum , teſte Hiſpano noſtro Molina.c.2.num.15. fol. 151.
Regulę quæ ſeruandæ omnino ſunt ad cognoſcendas conditiones in contractu cenſuali requiſitas ab authore traduntur.c.3.num.27. fol.163.
Re ſuper qua cenſus eſt conſtitutus perempta , vel infructuoſa reddita,in totum,vel in parte, & cum qua limitatione hoc intelligatur,dicitur.c.5.num.2. fol.168.

S.

Secunda conditio, quę in cenſu conſignatiuo requiritur eſt,vt res ſuper qua ipſemet cenſus imponitur,ſit ſui natura fructifera,tali modo, quod eius fructus redditibus ſoluendis ęquiualeant.c.3.nu.6,fol.155. Et an ſuper vrbanis ędificijs cenſum conſtitui poſſe diſputatur,ibidẽ.
Secundum Theologiæ,& vtriuſque iuris profeſſores,cõtractum cenſualem iuſtum, atque licitum eſſe aſſeritur, c.2.num.4. fol.148.
Secundus caſus in quo debitor poteſt compelli cẽſum redimere vna cum ratione docetur.c.3.nu.22. fol.160.
Si in celebratione contractus cenſualis aliqua requirendarum conditionum deficiat, contractus vtique deficiet,
& erit

& erit nullus, & ex tali contractu nullo gabella non debetur. c. vltimo, num. 3. fol. 171
Senſus proprij moti Pij Quinti, ab authore traditur. c. 3. num. 4. fol. 154.
Solutione ſortis principalis cum fructibus decurſis contractus cenſualis extinguitur. c. 5. num. 1. fol. 168
Super nominibus debitorum cenſum conſtitui non poſſe defenditur, quippecũ inter mobilia annumeretur, & cõtra Acurſium ratio demonſtratur euidẽs. c. 3. n. 2. f. 154.

T.

Tertia conditio, contractus cenſualis eſt, vt precium competens in eius impoſitione aſsignetur. c. 3. n. 7. fo. 155.
Tributum, quod etiam cenſus ſignificat duplex eſt, capitis ſcilicet, & patrimonij, c. 1. num. 3. fol. 145.

V.

Vectigal nõ ex omnibus contractibus debetur, ſed ſolummodo ex emptione, & venditione, necnon, & per mutationem. c. vltimo, num. 1. fol. 172.
Vſura, teſte fratre Dominico a Soto, omni iure prohibita eſt. c. 2. nu. 1. fol. 148.
Vtrum ſuper cenſibus annuum, reddituum cenſum conſtitui poſſe diſputatur. c. 3. num: 3. fol. 154

Laus Deo.

*COMPLVTI.*

Ioannes Iñiguez a Lequerica excudebat, Anno. 1593.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA